A
2
1
2385
7 — 29
№ 1
5-175

rn Zen
II.

del Colegio M.r y M.r Univ.d de G.da R-1829

# FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI,

## Tractatus DE EXECVTIONE ET SENTENTIAE CONTVMACIALIS Capto Bannito.

*IN QVO NON PAVCA SCITV DIGNA, ad vniuerſam huius rei Theoricam, & Praxim, ac Motuum propriorum, & Conſtitutionum Summorum Pont. ſtatutorumq́ diuerſorum Ciuitatum deſuper iuſta ſeueritate æditorum declarationem pertinent, continentur.*

Nunc primum in gratiam Tyronum, & ad communem etiam omnium vtilitatem æditus.

*Cum Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.*

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º C. 30 N. 3º

VENETIIS, Apud Ioannem Zenarium.
M. D. XCIII.

# ILLVSTRISSIMO
## AC REVERENDISSIMO
D. D. PHILIPPO SPINVLAE

## S. R. E. CARDINALI,
PERVSIAE, VMBRIAEQVE
de Latere Legato, viro ſapientiſſimo:

*Flaminius Chartarius* S. D.

BIBLIOTECA UNIV. GRAN

V*ERA profecto eſt, (Cardinalis ampliſsime) ac vere homine digna illorum ſententia, qui nos eſſe monitos volunt, vt alter alterius commodis ſtudeamus. Quandoquidem & feræ etiam, aueſq; quodam inſtinctu naturæ hoc idem facere, iſtiusq; iuris peritia cenſeri dicuntur: Quoties enim volucres è partibus tranſmarinis auſtrales, & meridianos relinquunt calores, & ad occidentalem temperiem temporum ratione monente tranſmigrant, cum mare magnum, ac ſpacioſum præpeti tranſmigratione tranſmittant, ſi qua forte de ſocijs aciem ordinati agminis, atque diſtincti volatu laſſeſcens humiliore turbauerit, continuo imbecillam ſuſcipiunt fortiores, quæ charo ſe oneri alarum remigio famulante ſubijciunt, ac leuem ſarcinam iunctis viribus ferunt,*

runt, & lento volatu aerem prouocantes leues aurarum flatus excitant, ac ſic ſeruatam comitem læta baiulo itineri, atque altis nubibus reparato vigore committunt. Ceruorum quoque greges (vt nonnulli frequenter experti prodiderunt) ita facere compertum eſt. Cum enim fretum ad inſulam transfretant paſcuorum gratia, alter ſuper alterum capita ſua cornibus onerata componit, & ita ſe vnuſquiſque ordinato agmine proiecta in alium ceruice ſuſtentat, ac ſic transfretandi labor mutuo ſubleuatur obſequio. Quoniam vero neceſſe eſt, vt dum ſuperandos longo ordine ſecant fluctus, vnus ſemper cæteros dux præcedat, qui ante ſe alterum, ſuper quem caput ſuum poſſit reclinare, non habeat, quædam ſenſu humanitatis mutatio fit laboris, & viciſſim id agere dicuntur, vt qui primus erat ſuo capitis onere laſſus, poſtremus efficiatur, & in eius locum, qui ſequitur, prior factus ſuccedat. Ille vero, qui prior fuerat, poſt omnes remanens ab eo, qui nouiſſimus erat, ſuſtentandus excipitur, & paululum immunis ab onere ab alio ſequente ſuffertur. Si itaque ſic viciſſim laboribus ſuis animalia locata famulantur, & reddunt ſibi mutuam ſeruitutem, quæ neſciunt charitatem, quid nos facere oportet, quibus author rationis contulit intellectum, quibus Redemptor præbuit dilectionis exemplum? Nec profecto aliud, quam hoc præclariſſimum præceptum impulit Iacobum Beluiſium, Albertum Gandinum, Bonifacium Vitalinum, Angelum Gambilionum, Hyppolitum Marſilium, Aegidium Boſſium, Petrum Follerium, Ludouicum Carrerium, Iulium Clarum, cæteroſq; rerum capitalium clariſſimos ſcriptores: Qui cum perſpectum, exploratumq; haberent, Tyrones dum è ſcholis ad mare vaſtiſſimum gubernandæ Reipublicæ ſe transferunt, non tam illud non tranſmittere, quam imbecilles, & laſſeſcentes nouorum negociorum fluctibus agitari, & obrui, ſuis ipſi literarum monumentis multa in vnum colligentes, & quodammodo ſub vno aſpectu literis hæc mandata ponentes iunctis viribus illos ſuſcipiunt, ac veluti data dextera, porrectaq; ceruice ſuſtentant, ne ad ſiniſtram deflectant, & corruant, neve mergantur, ſed vt ita baiulo itineri, atque altis negociorum nubibus acquiſito vigore tutè committantur. Quomodo enim in portum, quo debiles, ſibiq; ipſi diffidentes contendunt, peruenirent, ſi horum monimentorum remigio minime famulante nauigationi huiuſmodi ſe committerent? Quæ cauſa & me impulit, vt quæ de executione ſententiæ contumacialis capto bannito, varijs in locis ſcripta, veluti diſperſa, & diſſipata membra in vnum corpus a me compacta, certaq; ratione, atque ordine digeſta pro meo priuato ſtudio literis mandaueram, ad communem etiam omnium vtilitatem ederem & peruulgarem. Magni enim exiſtimaui intereſſe ad munus hoc executoris recte, rectaq; conſcientia, a qua nec transuerſum vnguem in omni vita ſua quemquam diſcedere oportet, perfungendum, rem tam grauem, in qua de periculo capitis, & indefenſi quidem agitur, quaſi ſub vno aſpectu literis contineri. Manum enim id præſertim Tyronibus inijciet, & pauliſper conſiſtere omnes cogens, ſuſtentabit, ne ſola ſententiæ ac rei iudicatæ authoritate acriter, cætera, quæ ſub manu, vnoq; ſub aſpectu non eſſent, minime intelligentes, in executione præcipites ferantur, & corruant, neve ſi exequendum eſſet, remorentur. Ius enim nec patitur pro ſcelere innocentem pœnas perſoluere, & iubet veloci pœna nocentem tolli. Cum primum autem decreuiſſem (Cardinalis ampliſſime) hos meos, quicunque ſint, labores in lucem emittere, nihil prius mihi in mentem venit, quam vt aliquem Principem virum deligerem, ſanctitate, omni virtute, & authoritate præſtantem, cui potiſſimum, vt eſt in more poſitum, inſtitutoq; maiorum, eos dicarem. Ea eſt enim huius ſeculi labes, & macula, vt nunquam defuerint, qui procacis linguæ aculeos in illos emitterent, qui monimenta ingenij ſui mandata literis promulgarent: Vnde quanti referat, hæc ipſa, antequam exeant, eius, qui ſanctitate, virtute, & authoritate ſit ornatus, grauiſſimo teſtimonio comprobari nemo eſt qui neſciat. Quamobrem cum cœpiſſem hoc mecum cogitare, ſtatim Tu Vir Ampliſſime occurriſti, in quo ſine dubio ſumma hæc ſunt omnia, quæ te & PIO V. & GREGORIO XIII. PONT. ſanctiſsimis apprime charum reddiderunt, & ad ſummam iſtam, qua nuper magna omnium lætitia exornatus es Cardinalatus dignitatem euexerunt: Et ex his fit etiam, vt ſperent omnes, te aliquando Dei Opt. Max. beneficio pro Chriſtianæ religionis vtilitate maiora multo, atque ampliora conſe-

conſecuturum. Mitto nunc generis tui nobilitatem, atque clarita-
tem, aliasq́; penè innumerabiles tuas laudes, quæ cum omnibus notæ
ſint, ab omnibusq́; ſummis elogijs extollantur, muneris mei non
eſt, hac incondita oratione recenſere. Quod eo libentius facio,
quod tua clementia, ſingularisq́; modeſtia nihil minus pati ſolet,
quam accumulatos laudum titulos etiam modeſtiſſimos. Itaque
& debeo, & volo hoc meum opus, qualecunque eſt, nomini tuo
dicatum, & conſecratum emittere, vt tui nominis ſplendore illu-
ſtratum, tuaq́; ſanctitate, virtute, & authoritate approbatum,
non dubitet iam tandem inter hominum manus verſari. Cæterum
magna hæc cauſa, quæ me, vt tanti nominis tui ſplendore illuſtra
tum hoc exeat opus, maxime impulit, mihi cum reliquis omnibus,
qui tuam hanc ſanctitatem, vnde omnes riui veræ pietatis, & re-
ligionis in animos hominum quaſi ex vberi fonte fluunt, & vir-
tutem, vnde ſumma deriuatur auctoritas, admirantur, commu-
nis eſt. Propriæ vero meæ ſunt, quod (neſcio quo meo fato) tum
cum extremam manũ his meis laboribus impoſueram, SIXTVS V.
nunc PONT. MAX. vir ſanctiſſimus, & ſapientiſſimus te am-
pliſſimæ huius ciuitatis Auguſtæ Peruſiæ florentis ciuium nobilita
te, & Gymnaſij frequentia, (vndique enim in eam Vrbem con-
fluunt ſtudiorum cauſa adoleſcentes) atque etiam Vmbriæ Prouin
ciæ Pontificium ampliſſima poteſtate Legatum delegit, quem nouit
prudentiſſimus ille Pont. ſingulari prudentia, ſcientia, ſolertia, iu-
ſtitia, & integritate populos illos poſſe ſapientiſſime moderari.
Tuque deinde me ipſum ad tantum munus aliqua ex parte ſubeun
dum rebus capitalibus præfeciſti, hocq́; munere me locupletiſſime
decoraſti, vt nihil mihi magis cõueniens, ac rationi conſentaneum
viſum fuerit, quam eos tuo nomine conſecrari: Muneris enim
mei ita poſtulat ratio, quod ſub tuo militem vexillo, quod tua ſub
ſidiſſima, atque tutiſſima iam ita ſim tutela, quòd demum te gra-
uiſſimum virum, atque ſapientiſſimum nactus fuerim. Hunc er-
go mearum vigiliarum librum, te etiam, atque etiam rogo, obte-
ſtorq́;, vt tui ſemper ſtudioſiſſimi, & obſeruantiſſimi opus, & vt
munus a me tibi ſumma animi propenſione dedito, atque addicto
profectum hylari fronte, & quo animo nominis tui ſtudioſiſſimos
amplecti, & fouere ſoles, accipias. Quòd erit meæ erga te perpe-
tuæ

tuæ voluntatis, & obſeruantiæ apud omnes, qui nunc viuunt, &
apud poſteros etiam locuples, atque certiſſimum argumentum, &
teſtimonium. Eſt quidem (vt ſcio) exiguum, atque valde te-
nue, quod tibi offero, dicoq́; ſi & res, & tua in me beneficia ſpe-
ctentur, ſed ſummæ tuæ humanitatis, & benignitatis magnitudi-
ne, iam mihi perſpecta, muneris huius tenuitatem facile ſuble-
uabis. Et ſi has meas vigilias numini tuo dicatas gratas eſſe in-
tellexero, præclare ſatis mecum actum eſſe arbitrabor, & tanto
beneficio cumulatus maiora edere non extimeſcam. Vale.

# FLAMINIVS CHARTARIVS

## Candido Lectori S.

EXpectabas forſan, aut etiã poſtulabas (Lector optimè) diu exactam METHODVM PROCESSVS INFORMATIVI, ex quo libellus concipitur inquiſitionis, vnde bannum, & ſentẽtia fertur; nunc tandem formulis excuſam, æditamque videre? Quod tametſi nobis etiam in optatis fuerit, adhuc tamen in aliud tempus differre neceſſe eſt. Interim, quæ de EXECVTIONE SENTENTIAE CONTVMACIALIS CAPTO BANNITO, ſcripſimus, qualiacunq; ſint, emittimus. Opuſculum Viris doctis, & exercitatis (niſi me opinio fallit) non prorſus inutile, indoctis verò, ac Tyronibus etiã neceſſarium: nemo enim (quod equidem ſciam) id tractandum aſſumpſit; & quanquam hæc diuerſis in locis vulgata, verſataq; ſint, tamen hoc hactenus deſideratur, vt vniuerſa Theorica, Praxiſque executionis ſententiæ contumacialis, capto bannito, in ſumma cõpræhenderetur, quam Iudices ſimul habeant ante oculos. Solet enim vſu venire, vt ex earum rerum ignoratione in maximos errores, cum in ipſorum bannitorum, tum Reipublicæ perniciem, & detrimentũ prolabamur. Quo ego libentius feci, vt opus huiuſcemodi, quod à cæteris omiſſum erat, in gratiam Tyronũ, & vt aberrantes in viam reducerem, primus tractarem. Quod ſi præſtiterimus, non fuerit, puto, inutilis labor noſter; ſin minus, vel ipſum conatum nõ improbatum iri certò ſcio. Et erit præterea opuſculum hoc præludij cuiuſdam loco, & ceu acetarium quoddam ad appetitum excitandũ in cæteras lucubrationes meas paulo pòſt in lucẽ emittendas. Quod ſi fortè contra nos ſuſcitetur, ſed opprimatur, & ſubuertatur potius, deſperandum tamen non eſt, quin magis METHODVS illa placere queat. Is licèt primogenitus nõ ſit, primò tamen prępoſtera, quodammodoq; ſubreptitia æditione, tanquã præcurſor fratris ſui moram excuſans obortus eſt, quando ipſi ceu puſillo, breuiq: tempore abſoluẽdo neceſſaria comparare facilius fuit. Et ſi hoc non omnino damnare intelligã, tum quoq; non ſolum ad METHODVM illam libentius diuulgandam, ſed ad alia etiam, quæ non minorem fortaſſe vtilitatem ſunt allatura, quãdoque aggredienda mihi animum additum fuiſſe ſentiã. Vale.

# FLAMINIO CARTHARIO

## Viro optimo, atque honeſtiſſimo, Iuriſque Conſulto Præſtantiſsimo

## *Richardus Pontanus.* S. P. D.

EX humaniſſimis literis tuis, quas proximis hiſce ſuperioribus diebus ad me dediſti, intellexi (quod quidem mihi iucundiſſimum fuit) ſtatuiſſe te, ea, quæ tam multis ab hinc annis animo excogitata, & meditata habebas, quæq; ex optimis quibusque veteribus & recentioribus ſcriptoribus excerpſeras, collegerasque, & in meliorem, facilioremque ordinem multo cum tuo ſtudio, magnoque labore redegeras, ad omnium Iuriſconſultorum vtilitatem in medium proferre, edere, ac peruulgare: Probatur mihi conſilium tuum vehementer, & pro veteri mea in te beneuolentia, fide, & obſeruantia hortor te, immo uero rogo, obſecro, atque obteſtor, vt præclari iſtius operis tui editionem quantum potes, acceleres, cęteraque alia, quæ inſtituta habes, perpolias, atque abſoluas, & quamprimum edenda cures; vt & tibi, Patriæq; etiã, tuisque liberis te quidem tanto Patre dignis, tuæque Nobiliſsimæ Familiæ ornamentum, ſplendorem, decus, & honorem maximum compares, Nomenq; tuum immortalitati commendes. Iuriſconſultis denique omnibus tam primæ, quàm ſecundæ, poſtremæque claſſis non mediocre adiumentum afferas. Vale Vir omni liberali ſcientia, ſummaque doctrina, & eruditione politiſſime, & me ad omnia vtare. Dat. Fulginiæ xij. Kalendas Septembris. M D LXXXVI.

## RICHARDI PONTANI CARMEN

# Ad Eundem.

*EST opus eximium, miroq; eſt ordine*
*ſcriptum,*
*Vtilis eſt etiam mirificusq; labor.*
*Carthari generisq; tui ſplendorq; tuorũ,*
*Cuius in æternum Fama ſuperſtes erit:*
*Illuſtras Patriæ Nomen, famamq;, decusq;,*
*Profer & in medium cætera ſcripta breui.*



## EIVSDEM CARMEN AD LECTOREM.

*SI cui Flaminij Carthari ſumma diſerti*
*Nota minus Virtus, Ingeniumq; foret:*
*Hoc opus eximium miro legat ordine*
*ſcriptum.*
*In lucem quæ etiam proferet ipſe breui.*
*Sic agere, & cauſas capitales nouerit omnes,*
*Errare & nuſquam, iuſtitiamq; ſequi:*
*Quæ veteres enim ſcriptores, atq; recentes*
*Diſperſim, multo ſtudio, magnoq; labore*
*Excerpſit, paruas hic imitatus apes.*

# IOSEPHI LOMBARDI NOLANI
## in Praxim executionis ſententiæ contumacialis Excellentiſſimi D. Flaminij Carthari I. V. D.

# Ode.

*ARDET quiſque ſui hoc tempore Principis*
*Veſtigare animos, & ſtudia, & modos:*
*Ad nutum vt valeat ſedulus obſequi;*
*Tantum eſt Imperio decus.*
*Hinc ſi belliger is noſcitur, illico*
*Hic donatus equus poſtibus inſilit*
*Hic ardent galeæ, hic enſis inhorruit,*
*Ferrum frangere pertinax.*
*At verò cupido congredier feris.*
*Aut, apro laqueos tendere Marſico,*
*Aut pictas volucres fallere; num greges*
*Deſunt accipitrum, canum?*
*Sic tu cætera conclude breui metro:*
*NAM quiuis Domini ſeruit amoribus:*
*Cui ſæpe, vt placeat, diſplicet (heu nefas*
*Indignum) ipſi etiam DEO.*
*Quàm felicius eſt conſilium mei*
*Cartharij, occiduus quem fugit heſperus;*
*Eius dum ſtudium militat optimo*
*Atque induſtria Principi?*
*Cultor Iuſtitiæ eſt SPINVLA, ſubditis*
*Aequa lance librat iudicium ſuis;*
*Parcens innocuis, terribilis malis,*
*Iudex omnibus integer.*
*Hæc laus purpureum reſpicit ordinem,*
*Hæc mundi retinet gloria Cardines,*
*Non apris laqueos, ſed ſcelerum reis*
*Moliri, vt ſcelus auferant.*
*SIXTO nota prius conditio viri,*
*Quàm Diuini apicem ſcanderet Imperij;*
*Auguſtæ mage ſit clara Peruſiæ*
*Dum ius dicit, & Vmbriæ.*



*Illi ergo Methodum, qua datur exequi*
*Prolatum capitis iudicium in reos,*
*Et quæ hoc digeritur docta volumine*
*Carthari ſapiens dicas.*
*Eius nam probitas, atque ſcientia*
*Vt cælo inſeritur; ſic opus hoc tuum*
*Indocti timeant voce laceſſere,*
*Princeps cui fauet optimus.*

## Eiuſdem ad Lectorem.

*Candide, qui vt Praxim valeas ediſcere Lector*
*Humani Iuris, pectora anhela geris:*
*Perlege Cartharij, quæ ſunt nuper edita chartis:*
*Hiſce breui Iudex practicus eſſe potes.*
*Nam quæ ſunt vario diſperſa volumine Iura,*
*Cartharij chartæ nunc tibi lecta dabunt.*

# D. FABII TORRETTI
## I. V. D. PERVSINI.

*QVA iuris methodo damnatos plectere iudex*
*Debeat, hoc vnum nobile pandit opus.*
*Proſiluit genus omne mali ſic plurima ſummi*
*Subiectis Domini iura dedere ſuis*
*Ob varios caſus, varium ius venit, & inde*
*Inſontes pœnam, res miſeranda, dabant.*
*Hoc opus eſt alio longe præſtantius omni,*
*Quantum rebus homo maior in orbe viget.*

### Eiuſdem.

*Prodierat genus omne mali, hac re plurima cuncti*
*Subiectis reges iuris dedere ſuis.*
*Quæ ad varios caſus, varie prodeſſe valerent;*
*Et multare malos, & releuare bonos.*
*At iuris methodum, qua vinctos plectere iudex,*
*Qua laxare queat, ſolus hic Author habet.*
*Aptius id tradens, ac tanto illuſtrius illis,*
*Quanto rebus homo maior in orbe nitet.*
*Quòd ſi iure in hias damnatos reddere ſaluos;*
*Carthari id clare hæc pagina parua dabit.*

### Eiuſdem.

*Si vultis veſtros caros à morte clientes,*
*Cartharus cartis eripere hiſce docet.*

MARCI

# MARCI ANTONII BONCIARII
## PERVSINI
### In Librum D. Flaminij Carthari.

*NIL eſt præcipiti Iudice tætrius:*
*Nil illo melius conſiderato,*
*Qui cura, & ſtudio deliberat graui,*
*Vnguem quod ſapiat diu demorſum.*
*Eſt lapſus facilis per vada lubrica,*
*Per rupes, per iter tenebricoſum,*
*Qua nullus doceat Mercurius viam.*
*O quantum merito fert gratiarum,*
*Qui claro tenebras lumine diſcutit;*
*Duroſque expediens, hirtoſque calles,*
*Commonſtrat facilem Flaminius viam,*
*Iam recte poteris videre Iudex.*
*Et quæ in iudicijs te deceat ſequi,*
*Et quæ te pariter cauere oportet.*
*Quæ nanque innumeri vix dederint libri,*
*Hic cuncta aureolus docet libellus.*
*Dignus perpetuis viuere ſæculis.*
*Dignus perpetuo nitere honore.*
*I Liber propera tollere perditos;*
*I Liber propera ſeruare iuſtos.*

# ELENCHVS CAPITVM totius operis.

## P R AE F A T I O.

*QVàm diligenti conſideratione ad executionem ſententiæ contumacialis capto bannito decurrendum ſit.*

## C A P. I.

*Quomodo in abſentes hodie procedat condemnatio capitalis, & quomodo, ita capto bannito, ſola reſtat executio.*

## C A P. I I.

*De proceſſu faciendo capto bannito tam de plano, quàm in tortura.*

## C A P. I I I.

*Quæ ſint partes Iudicis completo proceſſu contra bannitum captum pro executione ſententiæ.*

## C A P. F I N.

*Quæ Iudex obſeruare debeat, ac teneatur, antequam completo proceſſu ad ipſam executionem decurrat.*

ELEN-

# ELENCHVS ARGVMENTORVM Et Capitum rerum ad executionem ſententiæ contumacialis capto bannito priuatim pertinentium ex ordine operis.

## PRAEFATIO ELENCHVS.

1 *QVod diligenti conſideratione ad executionem ſententiæ contumacialis capto bannito decurrendum eſt: quia de periculo capitis agitur, & negatis prorſus quidem defenſionibus; Ne ita innocens luat pro ſcelere pœnas, & nocens illas euadat.*

## CAP. PRIMI ELENCHVS.

1 *Quomodo, & quando tam de iure communi, quàm de conſuetudine, & ex forma ſtatutorum ad condemnationem capitalem in abſentem procedatur. nume. 1.*

2 *Et quoniam fundamentum condemnationis huiuſmodi eſt in ficta confeſſione à ſtatutis inducta ob contumaciam abſentis, quem habent pro confeſſo, & conuicto, tractatur de validitate, & ſenſu d. ſtatutorum. nume. 27.*

3 *Et de pluribus effectibus dictæ fictæ confeſsionis.*

*Et primus eorum eſt, quia æquiualet confeſsioni veræ in iudicio factæ, & præſente parte. nu. 31.*

*Secundus, quia eundem, quem vera, operatur effectum, ſaltem in pluribus, & in quibus. nu. 33.*

*Tertius, quia operatur liquidiſsimam probationem. nu. 48.*

*Quartus, quia habitus pro confeſſo condemnari poteſt poſt peremptam inſtantiam. nu. 50.*

*Quintus, quia habetur pro ficta condemnatione. nu. 50.*

*Sextus, quia non valet ſententia contra hanc fictam confeſsionem. numero 51.*

*Septimus, quia ex ea notorium reſultat. nu. 52.*

*Octauus, quia habitus pro confeſſo non appellat, & quando. numero 53.*

c Nonus

BH ... UNIVERSITARIA

Nonus, quia habitus pro confeſſo docere debet de ſua innocentia, & quando, & in quibus caſibus, & qualiter. nu. 103.

Decimus, quia ex ea oritur indicium ad torturam. nu. 225. 275.

Vndecimus, quia ſequi poteſt condemnatio etiam in pœnam ordinariam, & ita etiam capitalem. nu. 226.

4 Et quòd ita capto bannito, & condemnato veritas criminis ita poſt ſententiam inquirenda non eſt, ſed ſola reſtat executio. nu. 230.

5 Et per quem Iudicem executio hæc fieri debeat, & an per alium Iudicem etiam alterius fori contra bannitum à ſe captum. nu. 237.

Et an etiam fieri poſſit negatis defenſionibus. nu. 258.

6 De caſibus, in quibus confeſſio hæc ficta ſuum non operatur effectum.

Primus eorum eſt, quia bannitus in contumaciam impune offendi non poteſt vigore ſtatutorum offenſionem ipſorum permittentium ſecundum aliquos. ſed contra. nu. 294.

Secundus reſpectu inualiditatis proceſſus, quam non validat, vt confeſſio vera, & quando. nu. 294.

Tertius, reſpectu tertij, ut fideiuſſoris, ſiue de repreſentando, ſiue de viuendo pacifice, & de non offendendo, tam in pace, quàm ſeorſum, & ſimpliciter adhibiti, ſiue etiam hæredis, aut cuiuſlibet alterius tertij, quos non afficit confeſſio ficta principalium. nu. 395.

Quartus reſpectu qualitatis delictum aggrauantis, ad quam non probatam, licèt deductam non ſe extendit. nu. 358.

Quintus reſpectu publicationis bonorum. nu. 389.

Sextus reſpectu pœnæ ciuilis parti applicandæ, ad quam ſimiliter non ſe extendit. nu. 394.

Septimus reſpectu eorum, quæ in banno non continentur. nu. 402.

Octauus reſpectu eorum, quæ in banno non continentur. nu. 411.

Nonus reſpectu alterius cauſæ. nu. 424.

Decimus, eo reſpectu, quia confeſſio hæc ficta non dicitur vere probare delictum. poſt nu. 425.

7 Sed quæ dicta ſunt de decem effectibus fictæ confeſſionis quando procedant, & quod procedunt ſolum ſequuto iam banno, & elapſo termino banni, cum non antea confeſſio ficta oriatur, & an alia ſint neceſſaria, vt deinde orta dicatur. nu. 426.

Quæ etiam dicta ſunt de vndecimo effectu condemnationis & ita illius executionis quando procedant, & quod procedunt reſpectu ſententiæ diffinitiuæ, non etiam banni: non enim bannum ſolum exequendum eſt, ſed ſententia, quæ poſt illud ſequitur, exequenda eſt. numero 435.

9 Sed an ſolùm bannum ſine ſententia aliquid, & quid operetur vltra effectum ſententiæ diffinitiuæ. nu. 452.





1 De proceſſu faciendo capto bannito tam de plano, quàm in tortura: quia licèt eo capto ſola reſtet executio, nouo tamen eſt opus proceſſu ſuper recognitione perſonæ ipſius banniti. nu. 1.

2 De neceſſitate dictæ recognitionis perſonæ banniti, & in quibus præſertim caſibus. nu. 20.

3 Et quomodo, & qualiter, quotque modis fiat recognitio huiuſmodi tam per propriam confeſſionem ipſius banniti, quàm per teſtes, & per torturam: & tam reſpectu banniti loquentis, quàm abſcindentis ſibi linguam, vel aliter ſurdi, & muti, vel exteræ nationis linguam noſtram non intelligentis. nu. 15.

4 De examine banniti facta recognitione ſcilicet ſuper ſocijs, receptatoribus, et alijs delictis, ex quo ſequi etiam poteſt confeſſio delicti principalis. nume. 57.

5 De proteſtatione, quæ præmitti debet tam ante d. examen de plano, quam in tortura, et de illius effectu, ne aliàs fieret præiudicium ſententiæ, et rei iudicatæ, ſi bannitus in negatiua perſiſteret. numero 57. et 87.

6 De animaduerſionibus quibuſdam, quas Iudex habere debet in examine banniti, et præſertim in tortura. nu. 70.

7 De forma conſtituti banniti de plano, & de interrogationibus illi faciendis, et alijs neceſſarijs pro recognitione perſonæ illius numero 86.

De forma d. proteſtationis, quæ ante d. examen banniti poſt factam recognitionem faciendum de plano præmitti debet, et de interrogationibus illi pro d. examine faciendis. nu. 87.

9 De forma conſtituti banniti in tortura, et de forma ſupradictæ proteſtationis, quæ ante ipſam torturam præmitti debet. numero 90.

## CAP. III. ELENCHVS.

1 Quæ ſunt partes Iudicis completo d. proceſſu contra bannitum captum pro executione ſententiæ, et an ita debeat, et poſsit dare illi terminum ad faciendum ſuas defenſiones. nu. 1.

2 Et de validitate ſtatuti mandantis executionem fieri non datis defenſionibus. nu. 14.

3 Et quid, ſi bannitus probare vellet ſuam innocentiam. ibid. per diſcurſum.

4 *Quid etiam ſi oſtenderet, vel allegaret gratiam, vel abſolutionem. numero 57.*

*Quid etiam ſi bannitus non eſſet adhuc condemnatus, ſed à ſtatuto pro condemnato haberetur, & captus eſſet. nu. 76.*

## CAP. IIII. ET FIN. ELENCHVS.

1 *Quæ Iudex obſeruare debeat, & teneatur, antequam completo d. proceſſu ad executionem decurrat.*

*Et plura ita animaduertenda proponuntur.*

*Et primo quod Iudex executurus ſuam, vel alterius Iudicis ſententiã, videre debeat proceſſum, ex quo formata fuit inquiſitio, ſine quo ad ſententiæ executionem deuenire non poteſt, ne aliàs contingeret, iniquam, vel aliàs nullam ſententiam exequi. nu. 1.*

2 *Et quid ſi ſententia eſſet de antiquo, vt lapſo biennio, vel tanto magis longiori tempore, an opus ſit, quod proceſſus appareat. nu. 7.*

3 *Et quod viſo ita proceſſu debet animaduerti, an conſtet de perſona banniti, ſcilicet perſonam, de qua ageretur, eſſe bannitum. poſt nu. 38.*

4 *Et an ex d. proceſſu, vel aliter conſtet de innocentia banniti. nu. 39.*

5 *Et an ſaltem ſententia maiorem contineat pœnam, quàm de iure imponi potuerit. nu. 48.*

6 *Et quæ in proceſſu probationes exiſtant, & indicia, & an ita legitima præceſſerint indicia ad inquirendum, & quæ iſta ſint in propoſito. numero 58.*

*Et cum ex forma Motus proprij Pij V. contra bannitum captum præſertim intra annum exequi ſententia non poſſit, niſi præceſſerint legitima ad inquirendum indicia, an hæc cauſæ cognitio eſſe debeat ipſo bannito citato, & ita deſuper eo audito, vel an ſatis ſit, quod Iudex ex ſe ipſo ſe informet. nu. 95.*

7 *Et an aliàs indicia, quæ præceſſerunt, ſint leuia, vel aliàs vrgentia. numero 133.*

8 *Et ſi indicia aliàs eſſent non leuia, & probationes de iure eſſent legitimæ, an conſtet de corpore delicti in genere. poſt nu. 140.*

9 *Et ſi de delicto in genere conſtaret, an in cæteris ritè proceſſum fuerit, vel aliàs proceſſus eſſet nullus, ac nullum bannum, & ſententia, quia rite proceſſum non fuit. nu. 143.*

10 *Et an ex aliis capitibus proceſſus eſſet nullus, ac nullum bannum, & ſententia, & quæ ſint iſta capita, ex quibus nullitas proceſſus baani, & ſententiæ apparere poteſt. 149. & 187.*

11 *Et an ex actis aliàs conſtet de iniquitate, & iniuſtitia banni, & ſententiæ. nume. 214.*

12 Sed

12 *Sed an confeſſio ficta banniti inducta ob contumaciam ſanet nullitates proceſſus, banni, & ſententia. nu. 215.*

13 *Et quid agendum, ſi nullitas non adeſſet, & iniquitas, ſi plures vnica ſententia in pœnam capitis condemnati eſſent, quorum tamen vnus tantum vulnus intulit. nu. 237.*

14 *Et quid, ſi reus contumax, & ita bannitus data opera fugatus fuerit, ita quod citatus non comparuit. nu. 253.*

15 *Et quid, ſi crimen, de quo quis eſt bannitus, & condemnatus, in perſonam illius cadere non poſſit. nu. 257.*

16 *Et quid, ſi qualitates delictum aggrauantes in proceſſu probatæ non eſſent. nu. 261.*

17 *Et quid, ſi morbo, vel alio iuſto impedimento citatus comparere non potuit. nu. 262.*

18 *Et quid, ſi bannitus exiſtens extra territorium Iudicis bannientis per vim ductus fuerit in eius territorium. nu. 263.*

19 *Et quid, ſi pro bannito tertius allegauerit aliquas iuſtas cauſas abſentiæ ipſius banniti, cum citabatur, quæ fuerint ſpretæ per Iudicem. numero 266.*

20 *Et quid, ſi oppoſita fuerit exceptio, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet ipſe bannitus iudicium ſuſcipere compulſus non fuiſſet. nu. 268.*

21 *Et quid, ſi teſtis examinatus falſum depoſuit, & poſtea citatus non comparuit, & ita contumax effectus fuerit, & vti habitus pro cõfeſſo fuerit condemnatus. nu. 272.*

22 *Et quid, ſi ſententia exequenda pœnam certam non contineat. nu. 273.*

23 *Et quid, ſi in ſententia exequenda ſit aliquis ſimpliciter condemnatus in amputatione membri, alio non expreſſo. nu. 280.*

24 *Et quid, ſi captus condemnatus ſit in amputatione manus, non expreſſo in qua manu facienda ſit executio. nu. 282.*

25 *Et quid, ſi condemnatus eſt in centum, quæ ſi non ſoluerit intra certum tempus, amputetur ei manus. nu. 283.*

26 *Et quid, ſi ſimpliciter bannitus quis fuerit nulla expreſſa pœna. numero 290.*

27 *Et quid, ſi bannitus, & condemnatus quis fuerit in pœnam capitalem vel in pœnam mortis, non aliter expreſſa pœna hac capitali, nec aliter dicto, quod moriatur, & anima à corpore ſeparetur. numero 295.*

28 *Et quid, ſi in ſententia ſolum fuerit declaratum factum, & crimen, nulla expreſſa pœna. nu. 303.*

29 *Et quid, ſi pœna eſt ſpecificata per relationem ad ſtatutum, vel bannimenta. nu. 207.*

30 *Et quid, ſi poſt commiſſum delictum, & poſt condemnationem ita bannitus,*

nitus, & condemnatus clericatum aſſumpſit, vel religioſus effectus fuerit, vel Iudæus effectus fuerit Chriſtianus. poſt nu. 308

31 Et quid, ſi bannitus, & condemnatus habet pro ſe præſumptionem iuris, & de iure. nu. 311.

32 Et quid, ſi præſcriptio decurſa eſt ante inquiſitionem, vel poſtea, numero 313.

33 Et quid ſi bannum eſt cancellatum, an & quando cancellatio proſit. poſt num. 315.

34 Et quid, ſi bannitus habet ſaluum conductum, rebannitionem, & remiſſionem, ſed ab alio, quàm à Rom. Pont. poſt nu. 315.

35 Et quid, ſi reſcriptum per bannitum obtentum aliàs eſſet nullum, & inualidum. ibid.

36 Sed an in prædictis caſibus ad executionem decurri debeat, vel potius ſequi debeat abſolutio, vel an Princeps ſit prius conſulendus, reſcribendo ei ſtatum cauſæ, & ita expectando illius iuſſionem. nu. 316.

37 Et quid, ſi Princeps vel non reſpondet, vel abſolutio banniti, qui eſſet innocens, à Principe obtineri non poſſit, quid Iudex facere debeat tam in foro fori, quàm in foro poli. nu. 324.

38 Et an Iudex teneatur ſic exequi iuſſum Principis etiam ſine proceſſu, & cauſæ cognitione, etiam ſi aliquem morti tradendum præciperet. numero 327.

39 Et quæ remedia prodita ſint pro Iudice, qui certò ſciret innocentiam ipſius banniti, & ita ſententiam exequatur poſt nu. 364.

40 Et quæ Iudex animaduertere debeat antequàm ex iuſſu Principis aliquem morti tradat. nu. 394.

41 Et quòd nullo modo executio differenda eſt, quando bannitus ex proceſſu nocens appareret. nu. 405.

Sed quid ſi Principi ſupplicatio porrecta eſſet, & extius rei, an Princeps gratiam facere velit, expectaretur. ibid.

42 Et quod ita ſententia ſuis loco & tempore congruis executioni mandari debet. nu. 419.

43 Et an tamen in aliquibus caſibus ſententiæ capitalis contra nocentem differri debeat executio, vt ſi poſt condemnationem condemnatus effectus eſſet furioſus, vel mulier eſſet prægnans. nu. 423.

44 Et quid, ſi condemnatus eſſet obligatus ad reddendam alicui rationem alicuius negociationis, vel aliquem accuſaſſet de aliquo crimine. numero 427.

45 Et quid, ſi condemnatus alium accuſaſſet de aliquo crimine, an donec iu iudicium accuſationis huiuſmodi diffinitum ſit, ſuperſederi debeat. numero 428.

46 Et quid, ſi condemnatus diceret, ſe aliquid habere reuelandum Principi pro ſalute ſua, & eius ſtatus. ibid.

47 Et quid, ſi ſuſpendendus, vel decapitandus dum ad ſupplicium ducitur obuiatur à Cardinali, qui ſuper eius capite pileum impoſuit. nu. 428.

48 Et quid, ſi laqueus frangeretur. ibid.

49 Et quid ſi meretrix illum peteret in virum, vel ille dum duceretur ad ſupplicium tranſiret per eccleſiam, vel ad ſacerdotem portantem ſanctiſsimam Euchariſtiam confugerit. ibid.

50 Et quid, ſi condemnatus eſſet peritiſsimus, & inſignis in arte ſua. numero 429.

51 Et quid, ſi ille nolit pęnitere, nec ita peccata ſua confiteri poſt nu. 429.

52 Et an ei dari debeat ſanctiſsimæ Euchariſtiæ ſacramentum, & extremæ vnctio. nu. 433.

53 Et an executio fieri poſsit in die feriata in honorem Dei vel ſanctorum. nume. 438.

54 Et quod executio iuſtitię fieri debeat in loco conſueto, & an, & quando in loco commiſsi delicti. nu. 441.

55 Et quod fieri debeat de die, & publice, non de nocte. nu. 443.

56 Et quod fieri debeat in ea pœna, in qua quis eſt condemnatus, non data ei electione qualitatis mortis, niſi ex cauſa. nu. 444.

57 Et quid, ſi pluribus pęnis quis condemnatus fuerit. nu. 445.

58 Et an Iudex pęnam impoſitam poſſit commutare, ſi illius bannitus capax non eſſet. nu. 448.

59 Et quod flammis comburendus prius ſtrangulari debet pro ſalute animæ, & quando etiam viuus ſit comburendus. nu. 451.

60 Et an Iudex poſſit aliquem cogere, vt ſit carnifex ſi nullus carnifex eſſet in loco deputatus. & de illius mercede. nu. 453.

61 Et an ita etiam poſſet auferre cuilibet de populo animal pro portando malefactorem ad ſupplicium. nu. 454.

62 Et an cadauer banniti, qui poſt eius capturam obiret, ſuſpendi poſſit. numero 355.

63 De expenſis executionis iuſtitiæ, vt furcarum, & carnificis ad quem ſpectent. nu. 456.

64 De cadaueribus punitorum quid faciendum ſit. nu. 457.

65 Et quid, ſi per errorem carnifex executionem fecerit, tam reſpectu pœnæ, quàm perſonæ puniendæ. nu. 460.

66 De veſtibus demum punitorum quid fieri debeat, & ad quem ſpectent. numero 462.

INDEX

# INDEX LOCVPLETISSIMVS rerum, ac verborum, quæ in hoc opere continentur.

A

ABBAS an à Monacho aggreſſo impunè offendi poſſit ad ſui defenſionem.in præfatio.nu.12.
Abbas an admittatur pro Monacho reo abſente.in præfatio.nume.48.
Abſens in quibus caſibus poſſit condemnari in cauſa criminali,remiſſiuè.in præfatio.nu.36.
Defenſor pro abſente,an in cauſa criminali admittatur.in verb.defenſor.
Abſentis innocentiã quis oſtendere poſſit.in præfatio.nu.35.37.39.41. & cap.1.nu.114.
Abſens diffinitiuè condemnari non poteſt occaſione delicti,pro quo pœna corporis afflictiua imponenda eſt.cap.1.nu.1.
Abſens lite non conteſtata condemnari non poteſt de iure canonico. capit.1.nume.3.
Abſentis ſola contumacia an ſatis ſit,vt etiam in ciuilibus procedi poſſit contra eum abſentem.cap.1.nu.4.
Abſens de iure communi condemnari poteſt, vbi pœna ſolum relegationis,vel relegatione minor imponenda eſt.cap.1.nu.5.
Abſens de iure communi requiri,et citari poteſt in omnibus illis caſibus, in quibus poteſt diffinitiuè condemnari.cap.1.nu.6.
Abſentes hodie de generali conſuetudine in quocumque crimine graui pro confeſſis ex contumacia habentur,& banniuntur, & ad mortem condemnantur.cap.1.nu.9.
Abſens quãdo,& qua forma ſeruata in Gallia condemnetur.c.1.nu.10.
Abſens pro confeſſo,& conuicto habetur in Francia, & virtute huius confeſſionis condemnatur.cap.1.nu.11.
Et quid in Hiſpania ſeruetur.ibid.nu.12.
Abſens citatus & contumax excommunicatur de iure canonico, & ſi in excommunicatione per annum perſeuerauerit pro confeſſo,& conuicto habetur.cap.1.nu.13.
Abſens citatus contumax in ſtatu Eccleſiaſtico habetur pro confeſſo, & conuicto.cap.1.nu.14.
Abſens in crimine hæreſis condemnatur,ſed quomodo in eum abſentem procedatur. remiſſiuè.cap.1.nu.26.

Abſolutio



Abſolutio de nocente fieri debet,ne innocens condemnetur,in præfatio.numero 44.
Abſolutio condemnati fieri non debet,quamuis conſtet de eius innocẽtia, ſed debet Principi Iudex reſcribere.cap.fi.nu.47.
Abſolutio ſequi poteſt ab obſeruatione iudicij,quando confeſſio vera ſponte facta eſt ſuper proceſſu nullo.cap.fin.nu.216.
Abſolutio ſequi poteſt,licet quis ſit habitus pro confeſſo. cap.fi.nu.46.
Abſoluere Iudex non debet bannitum licèt ſibi conſtet de innocentia, ſed debet Principi reſcribere.cap.fina.numero 47. & 316. & in præfat. numero 28.
Abſolui,vel condẽnari quis debet ex facie inquiſitionis, vel accuſationis. cap.fin.nu.47.
Accuſatio illicita,& calumnioſa eſt,quæ formatur contra eum, qui occidit aggreſſorem ad ſui defenſionem.in præfat. nu.16.
Accuſationis faciens attendenda eſt pro abſolutione, vel condemnatione accuſati.cap.fin.nu.47.
Accuſandi ius tollitur præſcriptione.cap.fi.nu.315.
Accuſatus de adulterio commiſſo cum Berta vxore Titij ſimpliciter confitens,ſe dictam Bertam cognouiſſe,nõ videtur confiteri illam eſſe vxorem Titij.cap.1.nu.360.
Acta per Tirannum nulla ſunt,in verb. Tirannus.
Acta per Principem præſumuntur legitimè facta.capitu.fin.nu.316.
Actus nullus nullum operatur iuris poſitiui effectum. capitu. fin. numero 146.
Actus debet aliquid operari,nec dicendum eſt nihil operari.capitu.1. numero 155.
Adulterij qualitate non probata non poteſt ſequi condemnatio de delicto ſimplici.cap.1.nu.381.
Adultus homicida tenetur pœna l. Corneliæ de Sicarijs. capitu. fina.numero 135.
Agendum non eſt ſegnius in re graui. in præfatio.nu.90.
Aggreſſorem occidens non dicitur peccare, nec delinquere. in præfatio. nu.14.& ſeq.
Alex.conſi.90.lib.1.de banno loquens,de quo banno loquatur. cap.1. numero 446.
Albert.Brun.reprehenditur.cap.3.nu.44.
Aliud eſt Iudicem ferre ſententiam ex his quæ ſcit, vt Iudex, etiamſi vt priuatus contrarium cognouerit,aliud eſt Iudicem ferre ſententiam cõtra conſcientiam.cap.fin.nu.403.
Alternatiuæ vnam partem ſufficit adimpleri.cap.fin.nu.182.
Angelus.conſilio 176.quomodo à Docto. intelligatur. capitu.fina. numero 216.

# INDEX:


Ang. in §. ſi Stichum. reprehenditur. cap. 2. nu. 27.
Animal alicuius pro portando malefactore ad furcam, an poſſit à Curia auferri. cap. fi. nu. 454.
Animus malus Hæretici ex eo, quòd relapſus eſt declaratur. capit. 1. numero 119.
Annotatio bonorum fit de iure contra reum contumacem, in præfatio. numero 38.
Annotatio bonorum hodie de conſuetudine non ſeruatur. capitulo 1. numero 17.
Annotationis bonorum loco hodie ſuccedit bannum. c. 1. nu. 18.
Reliqua in verb. bonorum.
Antiochus Rex ſcripſit omnibus Regni ſui Vrbibus, quòd non parerent eius literis, quæ legibus aduerſarentur. c. fi. nu. 41.
Antonius Bartolettus Spoletanus laudatur. in præfa. nu. 115.
Appellatio, in criminalibus quo ad condemnatos in contumaciam in pœnam capitis admittitur reo in carcere conſtituto. c. 1. nu. 98.
Appellatio in criminalibus etiam quo ad confeſſos tantum de conſuetudine non admittitur. cap. 1. nu. 99.
Appellatio in criminalibus quo in caſu permittatur, & in quo prohibeatur. c. 1. nu. 58.
Appellatio an interponi poſſit à contumace habito pro confeſſo, & conuicto ex Statuto. cap. 1. nu. 53. & 109. 261.
Appellatio in quibus caſibus habito pro confeſſo permittatur. capitulo 1. numero 274.
Et quid quando in appellatione, iuſta & rationabilis cauſa exprimitur. c. 1. nu. 53. & 262.
Appellatio prohibetur etiam ſi Statutum habet contumacem pro confeſſo tantùm, ſi tamen ille eſſet verus contumax. cap. 1. nu. 60.
Appellatio non admittitur quando delictum eſt notorium. c. 1. nu. 263.
Appellatione ſe tueri non poteſt in ſtatu eccleſiaſtico bannitus captus. capitu. 1. nu. 54.
Appellatio eſt releuamen oppreſſorum. c. 3. nu. 48.
Appellatio in notorio, an admittatur, quando exprimitur iuſtà, & rationabilis cauſa, quæ notorium offuſcaret. cap. 1. nu. 264.
Appellare non poteſt contumax habitus pro confeſſo. c. 1. nu. 53.
Appellari an poſſit, quando audientia à ſtatuto denegatur. infra in verb. audientia.
Appellatio continet defenſionem aduerſus iniquitatem iudicantis. cap. 3. num. 48.
Appellatio in criminalibus recipitur in dominio Mediolani. c. 2. nu. 65.
Appellare non poteſt verè confeſſus, & conuictus. cap. 1. nu. 66.
Et an confeßus tantùm. & per torturam. eo. c. 1. nu. 72. & ſeq.


Appellatio

# INDEX:


Appellatio an, & quo reſpectu tolli poſſit per principem. capitu. 3. numero 44.
Appellatio non admittitur in crimine hæreſis. c. 1. nu. 95.
Appellatio, vt in criminalibus denegetur requiritur copulatiuè, quod quis confeſſus ſit, & conuictus. c. 1. nu. 68.
Appellationis interponendæ tempus mutari poteſt per Principem. cap. 3. numero 49.
Appellatio confeſſionem non reſcindit. c. 1. nu. 106.
Appellatio interpoſita per confeſſum, & conuictum non impedit executionem. c. 1. nu. 69.
Appellatio in Regno Neapolitano reijcitur in foriudicatione. cap. 1. num. 64. & 75.
Appellatio ſit admittenda, vel non, ſtatui poteſt abſente parte. capitu. fin. num. 109.
Appellatio prohibetur, ſtatutum habet contumacem pro confeſſo, & conuicto. c. 1. nu. 59.
Appellationis interponendæ tempus antea erat triduum, hodie eſt decem dierum. cap. 3. nu. 49.
Appellationis finiendæ tempus mutari poteſt per Principem. capitulo 3. numero 50.
Appellationis cauſæ terminandæ tempus eſt hodie annus, et ex cauſa biennium. c. 3. nu. 50.
Appellare poteſt conuictus tantùm de crimine. c. 1. nu. 77.
Item & confeſſus tantùm ex conſtitutione Marchiæ. eo. c. nu. 92.
Appellatio ſemper admittitur, ſi ſpecialiter non ſit de iure prohibita. c. 1. numero 93.
Etiam in crimine læſæ maieſtatis. ibid. nu ſeq.
Appellare poteſt condemnatus, qui à iure pro confeſſo habetur. cap. 1. numero 107.
Appellatio an pronunciatum extinguat. c. 1. nu. 131. & 159.
Et quid quo ad fictam confeſsionem. ibid.
Appellatio an in eo ſtatu reponat appellantem, in quo quis erat ante bannum. c. 1. nu. 134. & nu. 161.
Appellandi ius, an à Principe tolli poſſit. c. 1. nu. 262.
Appellans quàmuis quis non admittatur obſtante vera contumacia, admittitur tamen comparens Iudice adhuc pro tribunali ſedente. cap. 1. numero 146.
Appellatio non tollit grauamen, quod pars ſuo ſibi infert facto, & negligentia. cap. 1. nu. 148. & nu. 162.
Appellatio an quo ad acta probatoria reponat appellantem in eo Statur, in quo erat antea. cap. 1. nu. 161.
Appellatio infra annum interpoſita operatur, quòd ſententia exequi non


 poteſt,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*poteſt, ſi de proceſſu non conſtat. cap. fin. nu. 38.*

*Approbare cenſetur ſententiam, qui ab ea ſciens non appellauit. cap... num...*

*Arbitrio Iudicis remittitur admittere pro abſente excuſatorem, vel ſimilem ad excuſandum Rei abſentiam, vel innocentiam. in præfa. nu. 49.*

*Archiuij ſcriptura an probet, quem eſſe bannitum. c. fi. nu. 38.*

*Argumentum à contrario ſenſu non colligitur ad correctionem iuris communis. c. fin. nu. 89.*

*Argumentum à contrario ſenſu non colligitur ex diſpoſitione negatiua. cap. fin. nu. 90.*

*Argumentum à contrario ſenſu non colligitur ex reſponſione negatiua facta poſitionibus. c. fin. nu. 91.*

*Audientia ſi à ſtatuto denegatur, an poſſit appellari. c. 1. nu. 266.*

*Audientia denegatur poſt concluſum in cauſa. cap. 1. nu. 135.*

*Audientia in defendendo quando denegatur, dicitur etiam prohibita appellatio. c. 1. nu. 267.*

*Auditur quis etiam poſt terminum ſibi præfixum ante ſequutam declarationem. cap. 1. nu. 172.*

*Auth. bona damnatorum. C. de bon. præſcr. an habeat locum in damnato in contumaciam. c. 1. nu. 391.*

*Author, & inceptor rixæ capite puniri poteſt, ſi homicidiũ ſequutum fuerit. cap. fin. nu. 250.*

*Authoris intentio, & cauſa ad conſcribendum hunc tractatum. in præfa. num. 116.*

*Auxilium dantes homicidæ non comprehenduntur in Motu proprio Pij IIII. taxante ætatem homicidiarum. in verb. ætas.*

*Auxiliator non damnatur, quando delictum principale ſolum probatur ex contumacia. cap. 1. nu. 349.*

*Auxiliatori non nocet confeſſio ficta principalis. c. 1. nu. 346.*

*B*

*BAL. reprehenditur ſentiens, non puniendum propter ſcandalum eſſe puniendum. in præfatio. nu. 34.*

*Bal. in Rub. C. de fid. inſtrum. declaratur. cap. fin. poſt nu. 38.*

*Bal. quomodo loquatur in c. ad noſtram. de probatio. cap. 3. nu. 64.*

*Et quomodo in l. 1. C. de hæred. inſtit. cap. 1. nu. 460.*

*Bal. opinio exploſa de torquendo conuictum, ne confeſſus poſſit appellare. cap. 1. nu. 90.*

*Bal. ſibi contrarius. cap. 1. nu. 163.*

*Bal. & Dec. declarantur. cap. 1. nu. 342.*

*Bannitus ſi captus fuerit non auditur, & ſola reſtat executio. c. 1. nu. 230.*

*Bannitus*



*Bannitus ad mortem an teſtari poſſit. capitu. 1. nume. 414. 422. & ſequent.*

*Bannito capto de veritate criminis non inquiritur. capitulo primo numero 231.*

*Quàmuis contrarium ſeruetur in aliquibus locis. ibidem numero ſequent.*

*Bannitis captis quid ſeruet Senatus Mediolanenſis. capitulo primo. numero 233.*

*Bannitus præſumptione iuris iuuare ſe non poteſt ad impediendum executionem ſententiæ. cap. fin. nu. 311.*

*Nec etiam poteſt ſe iuuare præſcriptione. eo. c. nu. 313.*

*Bannitis captis quid ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico. capitulo primo, numero 236.*

*Bannitus de maleficio ille dicitur, qui fuit præſens, & ſuas fecit defenſiones, & tamen fuit bannitus. c. 1. nu. 28.*

*Bannito an incumbat onus probandi innocentiam, an Fiſco illum deliquiſſe. c. 1. nu. 124.*

*Bannitus comparens poſt ſententiam non aliter auditur, quàm ſi à Principe admiſſus fuerit ad nouas defenſiones. c. 1. nu. 141.*

*Bannitorum bona in aliquo loco ab hæredibus exigi non poſſunt. capit. 1. numero 337.*

*Bannitus captus poteſt de iure per viam exceptionis executionem impedire, modo exceptio talis ſit, quæ ſi fuiſſet à principio oppoſita ante bannum, iudicium ſuſcipere compulſus non fuiſſet. c. 1. nu. 158.*

*Sed hodie non auditur, niſi ſit à Principe admiſſus ad nouas defenſiones. ibid.*

*Bannitus poſt ſententiam licèt admiſſus ad nouas defenſiones debet tamen aliquid probare, etſi contra eum non ſit, niſi contumacia. capitu. 1. numero 222.*

*Bannitus, ſi poſt terminum banni compareat, & neget cõmiſiſſe delictum, audiendus eſt. cap. 1. nu. 259.*

*Bannitus comparens ante ſententiam, licèt poſt terminum banni, non amplius ex banno damnatur. c. 1. nu. 466. & ſeq.*

*Bannitis infra annum, & poſt annum captis nullum ſupereſt remedium, niſi clementia Principis. c. 1. nu. 268.*

*Bannitus ex ſolo banno non dicitur infamis. c. 1. nu. 447.*

*Bannitis dat Senatus Mediolanenſis literas ad nouas defenſiones. cap. 1. numero 271.*

*Bannitus quàmuis habeat ſaluum conductum, et remiſſionem ab alio tamẽ, quàm à Rom. Pont. poteſt capi, & ſuſpendi. c. fi. nu. 315.*

*Bannitos conterendi remedium quod ſalubre ſit. c. fi. nu. 272.*

*Bannitis defenſio denegari à Principe non debet, ſi volunt ſuam innocentiam*

*tiam*

tiam demonſtrare,ſed debet eis de hoc gratiam facere. capitu. 1. numero 272.
Bannitus an eo ipſo,quòd eſt bannitus,dicatur vagabundus. capitu. 1. numero 250.
Et quando dicatur vagabundus.ibid.nu.251.
Banniti an audiri debeant ad eorum innocentiam demonſtrandam ſine literis Principis.c.1.nu.273.
Banniti in contumaciam an vigore ſtatutorum bannitos occidi permittentium impunè occidi poſſint.c.1.nu.37.
Banniti habentur pro confeſſis ex forma ſtatutorũ, et poſtea nõ audiuntur. c.1.nume.157.
Bannitos captos eripiens è manibus curiæ qua pœna afficiatur ex conſtitutione Sixti V.c.fi.poſt nu.236.
Bannitus comparens poſt terminum banni,& negans delictum,an ſit in caſu abſolutionis,ſi fiſcus nihil habet vltra contumaciam.c.1.nu.138.
Bannitus ſi uult aſſumere onus probandi ſuam innocentiam, audiri debet. cap.2.nu.110.
Banniti quàmuis admiſſi ad nouas defenſiones,ſunt tamẽ torquendi ob contumaciam.c.1.nu.375.
Et in quibus caſibus uon torqueantur.remiſſiuè.ibid.nu.277.
Bannitus,& condemnatus torquetur ſuper complicibus, & ſuper alijs delictis.c.1.nu.455.
Bannitum quem eſſe probari debet,quia hoc non præſumitur.cap.fina.poſt nume.38.
Bannitus quomodo reſpondere debeat lecta ſibi ſententia pro recognitione ſuæ perſonę.c.2.nu.19.
Bannitus pro homicidio,an in qualibet Mundi parte capi poſſit, & puniri.c.1.nume.242.
Bannitus quomodo compellatur ad declarandum, quòd eſt illud corpus,de quo in ſententia.c.2.nu.22.
Et an compelli ad id poſſit per torturam.ibid.nu.32.
Bannitum occidens is, qui procurauit illum banniri, impunè non occidit. c.fi.nume.255.
Banniti capti examinantur ſuper ſocijs,receptatoribos, & alijs delictis, non autem ſuper crimine.c.2.nu.57.
Bannitus an egeat reſtitutione in integrum, vt poſſit oſtendere iuſtam ſibi fuiſſe cauſam non comparendi.c.1.nu.209.
Bannitus ſi torquetur,& in negatiua perſiſtat,eſt abſoluendus, ſi non fuit præmiſſa proteſtatio de non torquendo ſuper delicto. capitu. 2. numero 60.& 66.
Banniti licet lapſo termino banni condemnati non reperiantur,tamẽ ſi longo tẽpore lapſo caperẽtur,cõdemnari debent tanquã cõfeſſi.c.1.n.449.
Et



Et quid ſi eſſet aliàs plenè probatum delictum.ibid.
Bannitus ut à teſtibus recognoſcatur eis exhiberi debet, & quomodo. capitu.2.nu.36.& ſeq.
Bannitus captus in ſtatu eccleſiaſtico: appellatione ſe tueri non poteſt, cap. 1.nume.54.
Bannitus qui torquetur ſuper complicibus,non debet interrogari ſuper delicto,& quare.c.2.nu.70.
Bannitus an poſt ſententiam audiri poſſit,ſaltem per officium iudicis. cap. 3.nume.29.
Bannitus ſi proteſtetur contra volentem ipſum occidere, quod habet gratiam,an poſsit impune occidi.eo.c.3.nu.66.
Bannitus pro delicto in contumaciam,an propriè dicatur bannitus ex maleficio.c.1.nu.39.
Bannitus comparens in termino banni auditur,nec tenetur probare ſuam innocentiam.c.1.nu.125.
Banniti tantùm,ideſt in banno poſiti non dicuntur condemnati,nec ita comprehenduntur in ſtatu loquente de condemnatis.c.1.nu.451.
Bannitus quàmuis cancellatus ſed nulliter, poteſt impunè offendi. cap.fin. nume.315.
Bãnito capto poſito ad lugam ſolet quandoque fieri citatio & intimatio pro ſingulis diebus, & horis ad videndum relaxari mandatum executiuum pro executione ſententiæ.c.3.nu.75.
Bãnitus cõparens ante ſententiam,& ita ante pronũciationem illum haberi pro cõfeſſo,an teneatur probare ſuam innocentiam.c.1.nu.18.
Bãnitus comparens poſt terminum bãni,docere debet de aliquo impedimẽto,quod contumaciam excuſet.cap.1.nu.464.
Banniti examinãtur de plano forma.c.2.nu.86.
Bannitus torquetur lapſo termino banni,non ante.c.1.nu. 458.
Bannitus ſi ante bannum fuit citatus ad ſe defendendum, & non comparuit,& eſt bannitus,non eſt ei alius terminus aſsignandus ad ſe defendendam.cap.3.nu.2.
Bannitus,& condemnatus admiſſus ad nouas defenſiones, quando ſuper crimine torqueatur.c.1.nu.456.
Et quando torturam euitet.eo.cap.nu.ſeq.
Bãnitus captus poteſt excipere de nullitate ſententiæ,ſed per ſe ipſum,nõ per procuratorem.c.3.nu.12.
Bannitus poteſt oſtendere ſuam innocentiam,licèt ſit habitus pro confeſſo, & conuicto.c.3.nu.28.& an poſt publicationem teſtium, concluſionẽ in cauſa,& renunciationem termini probatorij.ibid.nu.30.
Bannitum interficere publicè intereſt.c.1. nu.407.
Bannitum occidens non ritè condemnatum puniri debet extra ordinem. c.fi.nume.15.
Banni-

Bannitus torqueri poteſt ex ſolo banno non data alia infamia perſonæ: capitu.1.nu.463.
Bannitus eſt inhabilis ad ferendum teſtimonium.c.fi.nu. 80.
Bannitus tenetur de ſua innocentia docere quando non appellauit cum poſſet appellare.c.1.nu.204.
Banniti capti ſiue infra annum,ſiue poſt, ad defenſionem per Iudicem admitti non debent.c.fi.nu.83.
Banniti admonentur ne ſe confidant in alieno territorio ſine ſaluo conductu.c.fin.nu.265.
Banniti capti condemnati ex leuibus indicijs torquentur,vel eis pœna commutatur.c.fi.nu.136.
Bannitus an audiri debeat circa id,quod bannum non infringit. capitu.1. nume.410.
Bannitus non ritè non dicitur contumax,nec poteſt haberi pro confeſſo.capit.fin.nume.245.
Bannitus nulliter non habetur pro confeſſo, nec pro bannito.cap.fina. numero 259.
Bannitum nulliter occidens non excuſatur.c.fi.nu. 147.
Bannitus ante declarationem haberi pro confeſſo,non habetur pro perfectè confeſſo.c.1.nu.271.
Bannitus captus an ſit audiendus in ſuis defenſionibus per ipſum iudicem de iure communi, & quid ſecundum ſtatuta locorum. cap. 3. numero 24.26.
Bannitus quando eſt pronunciatum ipſum haberi pro confeſſo, ſuam debet patefacere innocentiam.c.1.nu.174.
Et quid ſi ante comparcat.ibid.nu.180.
98 Iudex præſumitur, quòd ſit bonus, & rectè faciat ea, quæ officio ſuo incumbunt.

99 Verba Iudicis ad ius referri debent, etiam verba impropriando.

100 Iudices periti eſſe debent, & honeſti viri, ac experti.

101 Iudex non præſumitur, quòd aliquid faciat ſine cauſæ cognitione.

102 Præſumuntur qui cauſas cognoſcunt, non facilè ad culpam venire.

103 Pro rectitudine proceſſus non præſumitur.

104 Iudices mali funguntur officio partis, conantes innocentes illaqueare.

106 Iudex nec clementior Lege, nec ſeuerior eſſe debet.

107 Iudex in benigniorem partem inclinare debet.

108 Iudex maiorem laudem conſequitur abſoluendo, quàm condemnando.

109 Iudices reprehenduntur, qui anhelant ad condemnationem, quando procedunt per viam inquiſitionis.

110 Iniuſtitias, & oppreſſiones non videremus, ſi Iudices cuncta rimarent, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcuterent.

111 Pro Iudicibus improbis, & indiſcretis non præſumitur.

112 Pro Iudice non præſumitur, qui ex abrupto proceſſit, vel ſi ex breuitate temporis apparet cauſæ cognitionem non adhibuiſſe.

113 Pro Iudice non præſumitur, qui rem geſſit ad eius officium non pertinentem.

114 Iudicum, & Notariorum vſus, & corruptela formandi inquiſitiones ex leui quolibet indicio.

115 Inquiſitio formari debet ſecundum quod conſtat in proceſſu informatiuo, & reprehenduntur qui contrarium faciunt.

116 Authoris intentio, & cauſa ad conſcribendum hunc tractatum, de executione ſententiæ Capto bannito.

# *Quàm diligenti conſideratione ad executionem ſententiæ contumacialis capto bannito decurrendum ſit.*

## DEO OPT. MAX. AVSPICE.

1 EST grauis † quidem, & diligenti conſideratione
digna res executio perſonalis ſententiæ contuma
cialis contra bannitos captos. Siquidem hic non
verſatur de lana caprina rixatio, nec de fallacis pe
cuniolæ damno eſt controuerſia, ſed periculum
2 capitis hic verſatur, † quo nullum eſt maius, vnde
ſummum ſupplicium dicitur. l. capitalium. in prin. ff. de pœn. l. ſi
quis aliquid. §. qui abortionis. l. vltimum. & l. qui vltimo. ff. eo. tit.
3 & extrema pœnarum. 13. q. 2. c. quæſitum. Vita † enim mortali-
bus nihil eſt charius, vt docet Ouid. in Metamorph. his verſibus.

*Nihil ò fortunatiſſime, præter*
*Hanc animam concede mihi, tua cætera ſunto.*

Et Iuuenal. Satyr. 10.

*Da ſpatium vitæ, multos da Iuppiter annos,*
*Hoc recto vultu, ſolum hoc & pallidus optas.*

Eadem, aut his ſimilia optimè expreſsit Cicero in locis relatis
per Vaſq. c. 18. li. 1. controuer. illuſtr. nu. 9. & Petr. à Plac. li. 1. epi-
thom. delictor. c. 9. nu. 4. multa ēt expreſsit his conſimilia. Quan-
4 tiq; † ſic vita æſtimanda ſit, vel ex eo colligi poteſt, ꝙ Deus Opt.
Max. longæuitatē veluti magnum virtutis præmium illis pollice-
tur, qui ipſius mandata cuſtodierint: contra, vitę breuitatē veluti
maximā flagitiorum pœnam improbis minitatur, vt ex pluribus
ſacræ Scripturæ locis deducit And. Tiraq. in tract. de nobilitate.
5 c. 31. nu. 557. Vt ex eo ēt ſatis colligi poteſt, ꝙ quamuis † homi-
cidiū iura omnia deteſtentur, vt in Decalogo, nō occides. Exod.
21. & Deut. c. 5. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicat. c. ſi
perfodieris. c. ſignificaſti. & per tot. de homic. toto tit. ff. & C. ad l.
6 Corn. de ſicca. Vſque adeò † vt leges Romanæ ſolum animum pu
niendū eſſe putarūt. l. 1. §. Diuus Adrianus. ad l. Corn. de ſicca. l. is
qui cū telo. C. eo. tit. licèt vti rigoroſę correctæ fuerint paſsim per
iura



iura municipalia, conſtitutiones, & cōſuetudinem generalē, vt la-
tè per Barth. Romul. (vt alios omittā) in cōpend. homicid. par. 2.
7 nu. 166. Et veluti † grauiſsimum crimen grauiſsima ēt pœna pu-
niendum eſſe exiſtimarūt, mortis. ſ. quod tam humano, quàm di-
uino iure ſtatutū eſt. l. 3. C. de epiſc. audien. ibi, quod fecit ſemper
expectet. §. item lex Cornelia. Inſt. de publ. iud. Fely. in rub. de ho
micid. Ang. in l. 3. §. legis. ff. de ſicar. Afflic. in conſt. reg. tit. de ho
micid. nu. 12. Roch. de Curt. in rep. c. fi. de cōſuetud. car. 10. col. 2.
ver. 2. infertur. Gand. de malefic. tit. de homicid. & pen. nu. 4. Boſſ.
in trac. cauſar. crim. tit. de homicid. nu. 109. vbi atteſtatur hāc eſſe
communem doct. ſententiam. quem ſequitur Iul. Clar. lib. 5. Sent.
§. homicidiū. verſ. ſed quæro. vbi etiā inquit ita practicari. ſequi-
tur etiā Rolan. à Valle. conſ. 57. nu. 1. vol. 4. vbi nu. ſeq. inquit ex
8 Bolench. in repetit. l. capitaliū. §. famoſos. nu. 64. ff. de pœ. hāc † pę
nam nedū locum habere in plebeio, ſed etiam in nobili. & dixit
idem Rolan. conſ. 63. nu. 2. vol. 2. & conſ. 39. nu. 11. & conſ. 77. in
prin. vol. 3. Pro vita † tamen tuenda, ac illius periculo arcendo, iu
ra omnia naturalia, ciuilia, & canonica homicidium permiſerūt.
l. vt vim. & ibi doct. ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vnde vi. l. ſcientiā. §. qui
cum aliter. ff. ad l. Aquil. c. 2. & 3. & c. ſignificaſti. de homici. & Do
cto. in d. iurib. Alex. conſi. 109. lib. 1. Dec. conſ. 459. cum infinitis,
qui allegari poſſent, etiam contra Archiepiſcopum, & Cardinalē.
Aret. cōſi. 163. col. pen. in fi. Curt. ſen. conſ. 20. & ſeq. Hier. de Tor
tis. conſi. vlt. inter conſ. Ant. de Butr. qui conſuluerunt in fauorē
10 Florentinorum. & contra † ipſum etiā Pontificē, vt ſcribit Card.
in cle. 1. q. 7. de pœ. Carrer. in pract. crimin. fol. 174. nu. 30. qui idē
11 dicit de Imperatore, & contra † patrem. Claud. de Seiſel. in d. l. vt
12 vim. contra † Abbatem Card. in cle. 1. de ſtatu monach. & alios † ſu
13 periores. c. paſtoralis. de re iud. c. fœlicis. de pœ. & ibi per Io. And.
14 & Doct. in d. l. vt vim. Vſque adeò, ꝙ † qui ad ſuæ vitę defenſionē
aggreſſorem interficit, nō dicitur peccare ēt in foro conſcientiæ,
15 ſecundum Inn. in c. 3. §. ſi verò. de ſent. excom. nec † delinquere: vt
dicit Bar. in l. vbi pactum. ff. de tranſact. & ibi alij Doct. & Nell. de
bannit. 2. par. 2. tempor. q. 14. Hiero. de Tort. in d. conſi. vlt. inter
16 cōſt. Ant. de Butr. nu. 10. q. ſubdit, ꝙ † accuſatio, & inquiſitio contra
tales illicita dicitur, & calumnioſa, ſecundum Alber. in l. ſi ſeruus.
col. 4. C. de his, qui ad eccleſ. confug. Et vt vita mortalibus nihil
17 eſt charius & exultatio † viri eſt longęuitas. Eccleſiaſti. c. 30. ita è
diuerſo, mors eſt omnium maximè terribile, vt prodit Ariſt. lib.
18 Ethic. 3. c. 6. & lib. 2. Rethor. eſtq; graue † ſiue atrox malū, vt aſſe-
rit Achilles apud Euripidē relatum per Tiraq. de nobilit. d. c. 31.
19 nu. 558. vbi etiā dicit ex Apollonio Rodio Argonautic. 3. ꝙ † eſt

ſummus dolor. propterea Eccleſiaſticus ipſe c. 41. ita exclamat:
20 O mors † q̃ amara eſt memoria tua; quamuis aliàs mors† iucun-
21 da ſit bonis,& metuenda malis, vt plures de hoc extant Doct.au-
thoritates apud Io. Dadreum in locis cõmunibus ſimil. & diſsi-
milium.in verb. Mors iucunda bonis. & in verb. mors metuenda
22 malis.† Et ſunt oĩa poſthabenda, quò vitæ conſulamus, cũ nullũ
ſit pretiũ cum vita cõparãdũ,ſi credimus Homero lib. 9. Iliados,
cuius verſus de hoc,græce tñ, aſcripſit And. Tiraq.d.c.31.nu.558.

Et (quod durius eſt) verſatur hic periculũ capitis, negatis pror
23 ſus defenſionib.ex Motibus proprijs ſummorũ Pont.qđ † mira-
bile eſſe,& terribiliſsimũ oĩum terribilium, quia contra indefen
ſum proceditur, dicit Io.Igne. in diſput. An Rex Franciæ &c. nu.
24 124. Ad † quas,ſi admitterentur,poſſent fortè ea deducere,quę,
vt bannum,& ſententiã ferri impediuiſſent,ſi à principio ꝓpoſita
fuiſſent,ita illius executionem impedirent.Bar.in l.non vr̃.la 1.in
fi.ff.de iud.cum alijs infra alleg.c.1.nu.258. Et ſæpe ita continge-
25 re põt,vt innocens moriatur,cùm † multi Iudicũ iniuria, odioq;
inimicorum eos proſequentiũ in exilium mittuntur: multi etiam
pecunias non habentes ꝑꝑ ægeſtatem non audent in iudicio ſiſte-
re,ne in carcere marceſcant,vt dicit Rolan.à Valle. conſil.60.nu.
37.vol.2.quod & ſentit Couarr.practicar.q.c.23. nu.6. non nega
26 mus. Et tñ†etiã Iudici non licet innocentẽ occidere, Exod.c.23.
Innocentem,& iuſtum non occides. vt nec damnare ẽt liceat, ita
27 ꝙ ſi Iudex † proceſſum facit informatiuum, & ex eo ſit ſibi notũ,
ꝙ contumax,& in banno poſitus innocens eſt, ad ſententiam diſ-
finitiuam in ſtatu eccleſiaſtico, & in Regno Neapolit.ad for. iudi
cationem procedere non debet, quia ad ipſum ẽt Iudicẽ ſpectat,
rei defenſiones inquirere, ꝓ iura, q̃ ad hoc allegat Bar. in l.abſen-
tem.ff.de pœn.col.2. & allegat etiã Inn.in c. veniẽs. de accuſatio.
Bar.conſ.100.Nell.de bannit.3.part.1.temp.q.6.Rimin.ſen.conſ.
17.nu.16.& ſeq.vol.1.Marſ.qui plures citat in conſ.16.poſt num.
16.vol.1.& in ſing.72.nu.3.Pet.de Ranen.ſing.82.Folle. in pract.
crim.in verb.& ſi confitebuntur.4.part.3.part.nu.26.& Cepo.cau
tel.255.nu.4.Gerard.Mazol.conſ.77.nu. 25.lib.1. ita Iudicẽ ad-
monet Afflict.in conſt.pœnam eorũ.nu.63.in fin.vbi etiam refert
28 vnum verbum Bar.(quod aureum dicit)in d.l. abſentem.ꝙ † ſcili
cet,vbi Iudex veritatẽ habet,ꝙ quis non eſt delinquens, licèt cõ-
feſsionem fictam illius habeat ex contumacia,vigore ſtatuti; illũ
tñ condemnare non debet. quod & admonet Plot.tom. 2. conſil.
crim.conſ.72.recent.edit.quod eſt repetitũ lib. 1.ſuorum conſ.in
conſi.52.Marſ.in prac.crim.§.oportunè.nu.8.& in tract.de bãnit.
in verb.cõtumaciam.nu.47.dum ibi poſt plures, quos coaceruat,
voluit,



voluit,ꝙ contumax habitus pro confeſſo,põt per Iudicem abſol-
ui,quando ei conſtat de illius innocentia. quod voluit etiã Tho.
Doci.conſi.59.col.fi.& conſi.129.nu.7.& tradit etiam Cepo. con
ſi.crim.54.nu.16.latè Anto.Gomez ſuper l.Tauri,76.nu.14.Caſ-
ſane.in cõſuet.Burgund.in verb.des iuſtices,& droictz d'iecelleſ.
rub.1.§.5.nu.124.fol.217. qui ſubdit, ꝙ hoc in multis locis malè
obſeruatur in Francia, & maximè in caſtelletto Pariſienſi: quia
quando conſtat de quatuor defectibus, cõdemnãt etiam ad mor
tẽ,& banniunt,& cõfiſcant bona, & nõ auditur contumax poſtea
ſine literis Regijs. In Britannia verò nunquam auditur, & malè,
29 vt per eum ibi.& §.7.ea.rub.1.nu.11.fol.291. Quinimmò† etiam
ſi probatum eſſet delictum duobus, aut tribus teſtibus,& ſciret iu
dex illum eſſe innocentem, debet adhuc in condemnatione ſuper
ſedere, vt infra diximus cap.fin.nu.377.& alijs ſeq. Declara tamẽ,
vt is contumax repertus innocens abſolui poſsit, quãdo eius de-
fenſio eſſet talis, quod ipſo iure eneruaret,& tolleret delictum,&
faceret,& concluderet, illud non eſſe maleficium: vt quia homo,
qui dicitur occiſus, viuit, vel fortè fuit ad neceſſariã defenſionẽ,
vel quia delictum non eſt punibile ratione loci, temporis, vel in-
fantilis ętatis, vel ratione alicuius ſimilis cauſę, & qualitatis: ſe-
cus tamẽ eſt, ſi delictum eſt ipſo iure punibile, tamẽ reus aliqua
exceptione propoſita, poterat ſe defendere, vt quia delictum erat
præſcriptum, vel tranſactione, vel concordia remiſſum, vel pœna
minoranda erat ex aliqua cauſa: quia tunc iudex hunc abſoluere
non poteſt, vel pœnam minorare. ita poſt Bar. & alios, quos citat
Ant. Gomez in d.l.Taur.76.nu.14. etſi ſubdat, ꝙ iſta diſtinctio
Bar. & aliorũ non benè aliquo iure probatur, & quod indiſtinctè
reus abſolui debet, ſi conſtat de eius innocentia, ſiue eneruat de-
lictum, ſiue non, vt ibi per eum.

30 Et tanti iura æſtimarunt, ne innocens damnetur, quòd † licèt
aliàs propter ſcandalum multa fiant, & permittantur contra ius
commune, de quibus latè per Rom. in rep. l.ſi verò. §. de viro. in
7.fallent.ff.ſolut.matr.Barb.conſi.11.col.8. verſi.& ad hoc acce-
dat.lib.1.& conſi.10.col.3.verſi.& ſic orietur. eo. lib. & latiſsimè
Felyn.in c.2.de reſcript.& Dec.conſi.151.col.3.& And. Tiraq.de
31 pœn.cauſ.46.vbi † ꝙ pœna minuitur, aut omnino remittitur de-
32 linquenti propter ſcandalum: nunquam tamen † propter ſcanda-
lum innocens pro ſcelere luit pœnas, aut aliàs non puniendus. vt
dicunt Dy.& Bar.& Ang.in l.qui cędem.ff.de ſiccar. qui aiunt, ꝙ
nunquam occiditur, qui non deliquit propter tumultum popula-
33 rem, per tex.in l.decurionum.C.de pœn.vbi gl.ex hoc infert, † Pi
latum malè Chriſtum condemnaſſe, benè autem propter ſcanda-
lum

lum pœna acceleratur contra nocentem, vt eſt text.in d.l.qui cę-
dem. ſecundum eos.& Iac.de Beluiſ.in prac.crim.tit.de quæſtio.
nu.176.fol.77.& Boſſ.in tract.cauſar.crim.tit. de executione ſen-
tentiæ.nu.6.& ita etiam intellexit Rom.in ſing. 573. licet iudex.
34 & ſequitur And.Tiraq.d.cauſ.46.nu.2.qui nominatim † Bald.re-
prehendit,qui in l.1.ff.de offi.eius. dixit interdũ puniri, propter
ſcandalum non puniendum. & alibi etiam diximus.
35 Et † licèt aliàs procurator à limine iudicij criminalis de iure re
pellatur, ſi pro reo abſente compareret, non tamen de iure repel-
litur, qui vt inſtructor, & defenſor compareret pro innocentia ac-
cuſati, vel inquiſiti abſentis: volens enim oſtendere innocentiam
illius, de iure audiri debet, iux.not.per Bar.in l. ſeruum quoque.
§.publicè.ff.de procurator.& in l.pen.§.ad crimen.ff.de publ. iud.
36 Cœpo.conſi.crim.41.col.2. verſi. non conſtat.vbi ait, † ꝙ in om-
nibus caſibus, vbi de iure cõmuni contra abſentem perueniri po-
teſt ad ſententiam, qui not.in d.l.abſentem.ff. de pœn.in l. abſen-
37 tem.C.de accuſat.admittitur † quilibet veniens etiam ſine manda
to ad defendendum non tanquàm procurator, ſed tanquàm de-
fenſor: quoniam licet lex aggrauet in illis caſibus ſpecialibus
abſentem, vt damnari poſsit, contra reg. quæ habet, quòd con-
tra contumacem procedi non poteſt, niſi ad annotationem bo-
norum, & non vlterius.dicta l. abſentem. & diximus inferius ca-
39 pit.1. in princ. In hoc † tamen abſens releuatur, & pro eo audi-
tur quicunque non ſolum volens allegare cauſas abſentiæ, ſed ẽt
cauſas cauſæ: quia melius eſt abſentem illum audire, quàm nullo
fortè defendente innocentem condemnare, per not.per Bar.in d.
§.publicè. Rurſus idem Cœpo.conſi.crim.47.col.2.ver.itẽ quia.
& conſi.49.per totum.& conſi.51.vbi dicit hanc eſſe communem
ſententiam.& conſi.50.& ibi Michael de Maroſtica in ſubſcriptio
ne.Corn.cõſi.194.col.2.ver.non ergo.vol.1.vbi citat Doct. com-
muniter conuenire in hoc, ꝙ quilibet defenſor admittitur & for-
* tius in conſi.204.in prin.eo.vol.vbi inquit, ꝙ † defenſor eſt in ca-
40 ſibus admittendus, in quibus debet per ſeipſum cauſam dicere, &
ſic perſonaliter comparere, aliàs ſit contumax, dummodo tamen
tanquàm abſens condemnari poſſit. & ſubdit, ꝙ ita pluries con-
ſuluit, vt verè cõſuluit d.cõſi.194.& conſi.17.col.3.vol. 3. vbi di-
cit hoc procedere etiam ſtante ſtatuto, ꝙ contumax habeatur ꝓ
cõfeſſo, vt in 3.& 4.col.Rube.Alex.in d.l.pen.§.ad crimẽ.de pub.
* iudic.nu.21.dicit hoc eſſe verum ſecũdum communem intellectũ
d.§.publicè.Ruin.conſi.9.per totum.vol.5.& conſi.118. nu. 4.eo.
* vol.vbi aſſerit hanc eſſe opinionem omniũ.& ſimiliter facit Alex.
conſi.4.col.1.vol.6.Aretin.conſi.146.col.3.Foller. in pract. crim.
in verb.



in verb.audiantur excuſatores.nu.9.Nouel.in tract.ad defenſam.
nu.10.in fin.alios plures allegat Burſat.id etiam ſequutus conſi.
225.nu.121.lib.2.Marſi.in pract.crim.§.ſequitur.num.43. vbi in-
41 quit, ꝙ † inſtructor ſecundum communem opinio. admittendus
* eſt ad reſpondendum, & docendum de innocentia inquiſitorum,
non obſtante ſtatuto prohibẽte procuratorem comparere in cau-
ſa criminali. Imò fortius voluit Iaſ.in l.2.col.3.C. qui teſtam.fac.
42 poſſ. quòd † licèt ex forma ſtatuti Ciuitatis Mediolani, & totius
illius dominij, ſi accuſatus, vel inquiſitus ſit contumax, habeatur
pro confeſſo, & conuicto, ꝙ tamẽ in tali caſu poterit quilibet in-
teruenire etiam penitus extraneus ad eum excuſandum, & oſten
dendum ſuam innocentiam, etiam ꝙ ſtatutum, ſeu decretum Me-
diolani dicat, ꝙ reus ꝑſonaliter in carcere ponere ſe debeat. quod
ſubdit ſummè notandũ pro iuuando amico, qui perſonaliter com
* parere non audet, & aſſerit hanc eſſe magis communem opinionẽ.
ſequitur Marſi.vbi ſupra Roland. à Valle.dicto conſi.47.nu. 19.vo
lum.3.qui etiam addit prædictis Marian.Soci. in conſi.incip.præ-
dictam dubitationem. de quo mentionẽ facit Marſi.in d. loco.&
Folle.qui etiam prædicta ſequitur in pract.crim.in verb.& ſi con-
fitebuntur.nu.27.in 4.par.3.par.) & eſt inſertum poſt tract. Ant.
43 de Canar.de excuſatore, qui ait, ꝙ † etſi ſtatutum Senarum di-
cat, ꝙ in cauſa criminali teſtes produci non poſsint, niſi per prin
cipalem, obtinuit tamen quatuor vicibus, ꝙ inſtructor, vel excu-
ſator admitteretur ad probandam innocentiam rei abſentis: me-
44 lius † eſt enim nocentem abſoluere, quàm innocentem condem-
nare.l.abſentem.ff.de pœn.cum alijs inferius alleg.num.52.& te-
nuit idem Marſi.in conſi.39.num.29.vbi etiam atteſtatur de com
* muni.& in conſi.75.num.39.cum ſeq.& latè de communi Iul.Cla
45 rus lib.5.ſent.§.fi.q.33.verſi.ſed ꝙ plus eſt, qui ſubdit, † ꝙ nun-
quam ſibi placuit practica, & cautela Docto.dicentium, ꝙ com-
pareat excuſator, ſiue alius quilibet tertius, qui det in ſcriptis Iu
dici ad partem ſuper aliqua cedula nomina teſtium, qui examina
ri deberent ad probandum innocentiam rei, & dicunt, ꝙ iudex il
los debet examinari facere, & hoc modo reus ſuas facit defenſio
nes, abſque eo ꝙ perſonaliter compareat. non placuit (inquam)
practica hæc Iul. Clar. in dicto loco. ea ratione, quia hoc modo
proculdubio tota practica criminalis deſtrueretur: nullus enim
inquiſitus, vel accuſatus perſonaliter compareret ad ſe defenden-
dum, ſed vel ex officio, vel per huiuſmodi excuſatorem faceret te-
ſtes ad ſui defenſionem examinari abſque vllo capitis ſui pericu-
lo, & ita nunquam reus poſſet examinari, nec torqueri, nec vlla
cõdemnatio exequi.& ſubdit Iul.Clar. quòd hæc omnia iudicio
ſuo,

ſuo, ſunt valde ridicula, & miratur, ꝙ tot, & tãti Doct. illã opiniõ.
tenuerunt, aut ſeruauerint, quæ certè in Ducatu Mediolani non
modò (vt inquit) non obſeruatur, ſed in omnibus Curijs adeò re
ceſsit à practica, quòd ſi aliquis aduocatus ſuper ea inſiſteret, ꝓ-
46 culdubio non ſine riſu exploderetur. Sed † hæc ſua ratio bona nõ
eſt, quia licèt tales excuſatores iudex admitteret pro innocentia
rei abſentis patefacienda, nõ propterea ſibi via præcluditur, quò
minus ex officio poſsit teſtes alios examinare ad probandum cri
men ipſius rei inquiſiti, ſeu accuſati. ita huic obiectioni reſpon-
det Alexand. de Neuo tomo 1. conſi. crim. in 4. fol. conſi. 89. num.
23. & ideo mirandum non eſt de prædictorum Docto. opinione,
prout etiam non eſt mirandum cum iſti Doctores loquantur qñ
47 apertè † de innocentia ſtatim conſtare poteſt. ita reſpondet ipſi
Claro Menoch. de arb. iud. q. 80. num. 58.
48 Sed † in ſtatu Eccleſiaſtico practica hæc non ſeruatur, nec ſer-
uari debet: quia adeſt Motus proprius Iulij III. inſertus in cõ-
ſtitutionibus Marchiæ lib. 2. c. 2. ſecundum veterem impreſsio-
nem, ſecundum nouam compilationem. lib. 4. c. 15. qui tamen vi-
debatur localis veluti Gubernatori d. Prouinciȩ directus, ſed cõ-
firmatus eſt per Pium IIII. in ſuo Motu proprio, cui titulus eſt,
Breue quod banniti, & homicidæ non audiantur, niſi in carceri-
bus cõſtituti &c. qui generalis eſt in toto ſtatu Eccleſiaſtico: quo
cautum eſt, quod nullus in cauſa criminali, ex qua capitis, vel ſan
guinis, aut alia quæuis grauior arbitrio iudicis pœna infligenda
eſſet, maximè in cauſa homicidij, per procuratorem, executorẽ,
defenſorem, vel vt quemlibet de populo quouis pacto admitta-
tur, nec pater pro filio, nec Abbas pro Monacho, nec Prælatus
aut dominus pro ſubiecto, vel econtra audiatur, niſi reus ſeipſum
49 in carcere conſtituiſſet: licèt † non adeò Motus ille proprius iudi
cem arctet ad prædicta, quin etiam poſsit, aliqua ratione ductus,
ad excuſandum rei abſentiam, vel innocentiam, vel aliam ob cau-
ſam aliquem ex prædictis admittere, vt expreſsè etiam ibi diſpo-
ſitum eſt, & ſi aliqua ratione iudex duceretur ad aliquem ex præ
dictis admittendum pro innocentia abſentis, & prȩſertim ſi de ea
ſtatim conſtare poſſet, non ſolùm iudex id facere poteſt ex d. Mo-
50 tu proprio Pij IIII. Sed † etiam aliàs de iure tenetur, quia com
* muni calculo Docto. receptum eſt, ꝙ Iudex de iure communi de-
bet omni via, ſtudio, & diligentia perquirere, & inueſtigare ve-
ritatem rei, & ipſius inquiſiti innocentiam, vt teſtatur Roland. à
Valle d. conſi. 47. num. 9. & plura ibi cumulat ad hoc num. ſeq. &
51 alibi etiam diximus, vt etiam inferius c. 1. num. 55. neque † enim
ſi viderit poſſe probari innocentiam rei inquiſiti, debet illũ con-
demna-



demnare, ſed debet ſuperſedere pro veritate conſequenda, & in-
quirenda, ne contingeret innocentem condemnari, per prȩdicta,
& alia, quæ cumulat Rolan. à Valle d. conſi. 47. Arbitrio tamen Iu
dicis totum id remittitur ex d. Motu proprio, qui (vt diximus) ali
qua ratione moueri debet ad id faciendum

Sed vt redeam, quanti innocentia æſtimanda ſit, præter ea, quæ
52 ſupra adduximus, vel ex eo etiam colligi poteſt, ꝙ † ſatius eſſe iu-
ra exiſtimarunt, nocentem abſolui, & ita impunitum relinqui fa-
cinus nocentis, quàm vt innocens condemnetur, vt eſt tex. in d. l.
abſentem. ff. de pœn. c. nerui. 13. diſt. Alex. conſi. 129. in fi. vol. 4.
Afflict. in conſti. terminum vitæ. nume. 38. in fi. Archid. in c. vlt.
23. q. 3. Dec. optimè in l. fauorabiliores. ff. de reg iur. Couarru. d.
* c. 1. lib. 1. variar. reſol. poſt num. 2. verſi. quartò etiam iudici. & aſ-
53 ſeuerant id vbique Docto. & ideo † ſi facta diligenti inquiſitio-
ne per Iudicem ſuper vulnere, ex quo ex interuallo mors ſequuta
eſt, an lætale ſit, non apparet vulnus fuiſſe lætale, in dubio de oc-
ciſo condemnatio fieri non debet, ſed ſolùm de percuſsionẽ: quia
cautius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentem condemna-
re: vt in ſpecie tradit Afflict. in d. conſti. terminum vitæ. num. 38.
qui etiam ibi per eandem regulam, ne fiat punitio innocentis, vo
54 luit, ꝙ † iure etiam poſt publicatum proceſſum debeat Iudex of-
ficium ſuum impartire circa teſtium examinationem in quacun-
55 que parte iudicij, vt per eum ibi, num. 36. † & per eandem regu-
lam, ſi vnus pluribus coadunatis reperiatur percuſſus vnico vul-
nere lætali, mortuusque ſit, & à quo illatum fuerit ignoratur, di-
cendum eſt, quòd non poſſunt omnes de homicidio condemna-
ri, ſed potius à pœna legis Corn. abſoluendi ſunt, & pecuniariter
plectendi, vt latè concludit Alex. conſi. 15. vol. 1. conſi. 14. vol. 3.
conſi. 46. vol. 4. conſi. 11. vol. 7. Anchar. conſ. 127. Rom. conſi. 401.
Raph. Fulgoſ. conſi. 134. Fely. in c. ſignificaſti. 2. col. 3. de homici.
alios citat Dec. & Cagno. in d. l. fauorabiliores. de reg. iur. ille nu
me. 6. hic num. 7. licèt etiam omnes percuſſerint: nam tametſi nõ
56 ſint omnes innocentes, quia omnes percuſſerunt, & † d. reg. l. ab-
ſentem. non videatur habere locum, quæ intelligitur, quando ali
qui eſſent innocentes, & hoc verificari non poteſt, quãdo omnes
percuſſerunt. vt per Floria. in l. item mela. §. ſed & ſi plures. col. 3.
57 verſ. adde tamẽ. ff. ad leg. Aquil. omnes † tamen abſolutè poſſunt
dici eſſe innocentes quoad pœnam homicidij, prout Docto. lo-
quuntur in locis ſupra alleg. & animaduertit Dec. in d. l. fauora-
biliores. num. 6. verſ. & de intellectu. prout etiam Luc. de Pen. in
l. 1. C. de deſertor. & occultato. eor. lib. 12. dicit per d. reg. d. l. ab-
58 ſentem. ꝙ † ſi ad mortem damnatus, laqueoque ſuſpenſus, fracto
laqueo

laqueo in terram viuens ceciderit,credendum eſt in dubio,id mi
raculoſe fuiſſe,ſi ille de innocẽtia ſua proteſtatus fuiſſet, & quòd
eſt liberandus.& ſequitur dicens eſſe not.Dec.in d.l.fauorabilio
res.in fi.& Tiraq.de pœn.cauſ.vlt. Alcia.de præſump.reg.3. præ-
ſump.44.nu.6.Iul.Clar.li.5.ſent. §.fi.q.98.verſ.fi.Viui.com.opi.
126.verſ.quartò condẽnatus.relatus inter com.opi.recẽs collect.
tom.2.li.9.tit.33.col.3. verſ.quartò condẽnatus.Sed Cag.in d.l.
fauorabiliores.n.9.& alijs ſeq. putat plura eſſe addenda,quæ hoc
59 in caſu animaduertenda ſunt. & inprimis id † fieri non poſſe per
Magiſtratum, vel Populũ ſubditum, ſed tantum per Principem,
cum ſit gratia,& indulgentia,quæ ad ſolum Principem ſpectat,&
pertinet.l.diui.ff.de pœn.l.1.ad fi.ff.de quæſt.Fely. latè in c.con-
60 ſanguinei.de re iud.poſt Bald.Abb.& alios, dum ſcribit, † quòd
per nouam notitiam innocentiæ rei confeſsi,& condemnati,exe-
cutor debet omni modo,quo poteſt, ab executione perſonali ſu-
perſedere,Principique reſcribere; & ſi ex indulgentia liberandũ
dixerit,liberabitur;aliàs ſi ſententiam exequendam reſcripſerit,
parendum eſſe,vt ibi per eum,& Carrer.in pract.crim.fol.76. nu-
me.22. cum alijs,de quibus inf.c.fi.num.39.& 352. & And.Gail.
de pace public.c.8.num.3.ideo cum talia contingunt (ſubdit Ca-
61 gno.vbi ſupra) † cautela eſt, vt damnatus reducatur ad carceres
tutè cuſtodiendus, donec conſultus Princeps quid agendum re-
62 ſcribat.addit præterea Cagno.in d.loco.opinionem † Luc.de Pẽ
na,& ſequacium non probari: poſtquam enim ille condemnatus
extiterit,iam conſtat nocentem eſſe,non autem innocentem,ſic-
que nihil facit d.l.abſentem.& fractio laquei potuit contingere,
vel per fraudem commiſſam,vel ex debilitate funis, & cordæ, ita
ꝙ neceſſariò miraculum non arguitur; quamuis non modo vul-
gus ignarum,ſed etiam viri docti,cum caſus contigiſſet,aliàs ſub-
ſtiterint,quos refert Iul.Clar.d.q.98.verſ.fi. Et refert Cag.quòd
63 † temporibus ſuis, dum hoc contigiſſet in Ciuitate Alexandriæ,
& Populus clamaſſet liberandum eſſe, qui viuus in terram fracto
laqueo ceciderat, id pollicitus fuit Gubernator d. Ciuitatis per-
ſpicui ingenij vir,ſi iterum ſuſpenſus in terrã viuus caderet:tunc
enim miraculum crediſſet,iuſsitque duplicem inijci laqueum,
& ſuſpendi, quo facto incontinenti vitam cum morte commuta-
uit.& propterea Caſſan.ſuper conſuetud.Burg. fol.55. poſt num.
124.dicit,ꝙ cum caſus contigiſſet,fuit ille condemnatus, aliquo
64 modo probato miraculo,per Curiam relaxatus. Sed † tempori-
bus Diui Hieronymi, vt ipſe in ſuis Epiſtolis ad Innocen. ſcribit
Epiſt..... euenit,ꝙ mulier de adulterio accuſata, quod non com-
miſerat, ter icta per carnificem,& inde admoto iugulo,mucrone
mori



mori non potuit,& tamen,vt iuſtitiæ locus eſſet, ſepties percuſſa
legitur,& tandem viſa eſt mori, ſublatumque cadauer reuixit in-
nocentiæ Deo fauente:& cum adhuc ad ſupplicium requireretur
Euagrius Epiſcopus ab Auxentio Imperatore libertatem preci-
bus ſuis impetrauit; vnde in hoc caſu benè Cagno. vbi ſupra cũ
Diuo Hiero.in dicto loco exclamat. O verè ius ſummum ſumma
malitia, poſt tanta miracula adhuc ſæuiunt leges. neque eo caſu
neceſſaria fuit illa Principis liberatio,vt putat Cagno. eò loci.eſt
65 enim quæſtio formata ab Angel.in l.3.ff.de legib.an ſi contingat
decapitatum reuiuiſcere, ſit iterum decapitandus; & reſpondet
quòd non,ex quo ſemel ſententiam paſſus eſt,& mors omnia ſol
uit.Et quemadmodum refert ibi Ang.hæc fuit ſententia Theolo
66 gorum. Euenit † etiam,vt refert idem Cagno.in d.loco,ſuis item
temporibus in Caſtro nouo Tertonenſi,quòd quidam iniuſtè de
homicidio accuſatus, & condemnatus ter per carnificem omni-
bus neruis ictus mori non potuit;quinimmo neque læſionem in
corpore, diuino ſuffragante auxilio,recepit; ideoque ab execu-
tione ſuperſeſſum fuit,& conſultus Illuſtriſsimus Marchio Vaſti
loci dominus iuſsit illum ad ſe adduci, quem comperta veritate
liberauit,bonaque etiam,quæ ablata ei fuerant,reſtitui fecit.alia
ex alijs refert Iul.Clar.d.q.98.verſ.fi.& ponit etiam Boſsi.in tra-
cta.cauſ.crim.tit.de fauor.defenſio.num.11.& in tit.de executio.
ſent.num.25.& Alex.Rauden.in tract.de Analogis.lib.1.c.22.nu
me.88.& Lancillo.Conrad.in prac.crim. tit. de homicid. nu. 20.
verſ.53.adde.& Menoch.qui declarat in tract. de præſumpt. poſt
priorem huius noſtri tenet.editionem euulgato lib.5.præſumpt.
48.num.19.& 20. Meritoque Diuus Auguſtinus lib.19.de Ciui-
67 tate Dei.c.6.deplorat † eleganti oratione miſeriam humani iu-
dicij,quo plures,qui verè ſunt innocentes,occiduntur.& licet Di
uus Auguſtinus ibi excuſet ſanè iudicem, qui vt ſeruiat humanæ
ſocietati,quàm deſerere nefas eſſe ducit,inſcius veritatis innocẽ
68 tem occidit: plerunque enim(inquit)iudicis † ignorantia eſt ca-
lamitas innocentis; non tamen illum defendit,ſed reprehendit,
qui veritatem ipſam ſciens, innocentem occidit,vt per eum ibi.
quẽ refert,& ex eo ita aĩaduertit Couar.d.c.1.lib.1.vari.reſ. poſt
nu.2.verſ.tertio eadẽ aſſertio,& ſanctius ita eſt ſuſpendere execu
tionẽ, & Principẽ,& Superiorẽ conſulere,qđ ſatis colligitur ex p̃-
dictis,&admonet Ant.Gom.c.13.delictor.n.36.verſ.ſextus caſus.
69 Et conſtat † inter omnes,crimen,& delictum vniuerſitatis,pro
quo pœna pecuniaria irrogata eſt,ad eos non pertinere,quos va-
cuos eſſe ab omni culpa,ac eſſe innocentes non dubitatur.ſecun-
dum Inno.in c.grauem.de ſenten.excommu.Bar.in l.aut facta.§.
fi.num.

ſi.num.8.ff.de pœn.idem Inno.in c.dilectus.2.in ſi. ibique Anto.
de Butr.col.pen.in ſi.Abba. col.etiam pen. in ſi.verſ.ſi verò pœ-
na poteſt.& num.12.Ioan.de Ana.col.5.verſ.& ob hanc rationē.
de ſimon.Brun.conſ.28. Crau.conſ.707.nume.5. vol.4. Et iuris
70 diuini,& humani ratione ſuadetur, ne † ſontium ſcelera oneroſa
inſontibus fiant. Ezechiel.c.18.& Pſalm.83. Non priuabit bonis
eos, qui ambulant in innocentia, & Pſal.25. Iudica me domine,
quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum. & appoſitiſsimè
huc & Diui Matthæi dictum pertinet c.13. Zizaniam à frumento
non extrahendam, ne & frumentum fortè eradicetur.hoc eſt pœ-
nas ab improbis exigendas quoties, ne vnà ſimul cum malis & bo
ni etiam plectantur.ita id ex eo c.13.Matthæi deducit Crauet. d.
conſi.707.poſt d.num.25.Iure etiam humano idem ſuadetur, vt
eſt tex.in l.ſancimus.& in l.crimen.C.de pœn.l.cotem.§.ſi domi-
nus.ff.de publican.l.apud Celſum. §.item quæritur ſi debitor. ff.
de except. doli.c.cognoſcentes.de conſtit. c.quæſiuit. de his quæ
fiunt à præla.c.peruerſum.56.diſt.Crau.d.conſ.707.poſt d.num.
25.& conſ.595.num.25.eo.vol. cum id genus innumeris.

71 Et † licèt iure veriſsimum ſit, poſſe quem ob alterius crimen,
& ſi is innocens ſit, puniri, & valere ſtatuta, quæ ita innocentes
ob alterius culpam puniunt, ex his quæ latiſsimè deducit Couar.
lib. 2.varia.reſol.c.8.& plures allegat Anto.Gabri.lib.3.commu.
concluſ.tit.de iure quæſito non tollen.concl.2.nu.18.vbi de com
* muni,& conſuetudine.hoc tamen ſolum procedit, & eſt verum,
quando id ex cauſa fieret, & pœna corporalis non imponeretur,
ſed ſolum pecuniaria, vt poſt plures, quos recenſet, tradit, & di-
* cit communem idem Couar. in d.loco.num.7.vt etiam ex pluri-
* bus communem dicit Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.ſi.q.86.verſ.& hæc
quidem.& Ant.Gab.d.concl.2.num.19.

72 Hinc † valet ſtatutum Florentinum, quòd propter homicidiū
vnius, omnes conſortes expellantur, vt concludit Bal.prout eum
refert, & ſequitur Pet.de Anch.in c.canonum ſtatuta. de conſtit.
& idem Bald.in l.ſi quis in tantam.C.unde vi.quòd licèt tale ſta-
tutum ſit contra ius naturale, tamē valet cauſa publicæ vtilitatis,
vt à delictis magis ſe abſtineant homines: licet enim dolus abſit,
cauſa tamen ſubeſt publicæ vtilitatis.Idem etiam Bald.in d.l.ſan-
73 cimus.C.de pœnis.dicit, † ꝙ valet ſtatutum Peruſiæ diſponens,
ꝙ illi de domo pro delicto conſortis teneantur. & Bart.in l.iure.
74 C.de fabric.lib.11.per illum tex.voluit valere † ſtatutum Floren-
tinorum, quòd vno de agnatione delinquēte, cæteri de agnatio-
ne teneantur.& refert, & ſequitur prædicta Iaſ.alijs etiam citatis
in l.ſi quis ſuo.§.1.C.de inoffi.teſtam. & in §.actiones. nume.71.

& alijs



& alijs ſeq.Inſti.de actio.Soc.in l.cum filiusfam.col.4. ff.de verb.
oblig.& Vaſq.controuer.illuſtr.c.32.nume.16. licet hoc iniquum
reputet ſaltem quoad pœnam ordinariam, ſed tolerabile quoad
aliam minuſculam.

75 Hinc † etiam valet ſtatutum Florentinum, quod coniuncti te-
neantur dare in manibus Curiæ delinquentes coniunctos, vt etiā
76 valet † ſtatutum, quòd coniuncti bannitorum puniantur, ſi dicti
banniti deliquerint in Ciuitate, vel Statu, vt per Barb.in c.cogno
ſcentes.nume.5.& 11.de conſt.& dicit Ange.in conſ.63.quod in
77 Ciuitate Senarum fuit factum † decretum, quòd omnes banniti
tenerentur ſe præſentare in quodam loco diſtanti per centū mil-
liaria, & quòd ſi non ſe præſentabunt, eorum coniuncti caderent
inpœnam mille.& Dec.in conſ.63.num.3. dicit, quòd ſimile ſta-
tutum viget Mediolani.& valet hoc ſtatutum ſecundum eos in di
78 ctis locis: quæ annotanda ſunt pro validitate † proclamatis nuper
editi ex ordine ab Vrbe emanati ad cogendos parentes, & proxi-
miores coniunctos ad fideiubendum, ne ipſorum filij, & conſan-
guinei banniti ſtatum Eccleſiaſticum ingrediantur: valent enim
proclamata hæc ratione publicæ vtilitatis, ne publica, & priuato-
rum quies ab illis turbetur, prout quotidie turbatur.

79 Non † ergo ſtatim atque iudex quiſpiā habet ius vitæ, neciſq;
liberum eſt ei paſsim, quos voluerit damnare, & damnatos morti
80 addicere. Et ſi † innocentem condemnaret, quem condemnari iu
ra omnia prohibent, capite plecti debet, vt tenet Bal.in rub.de pę
na iud.qui mal.iud.verſ.quæro qualiter debet iudex.& Sal.in l.1.
eo.tit.ver.6.an Iudex.& Bal.in l.1.col.4. verſi. & aduerte, quia ſi
iudex.C.ex delict.defunct. Aquen.in l.vt vim.col.26.de iuſt.& iu.
& Io.Bapt.in l.imperiū.in ſi.& ibi Purpurat. nu. 132.ff.de iuriſd.
omn.iud.volentes talem iudicem puniri de occiſo, & etiam lege
Iul.maieſtatis, vt ibi per eos, & per Boſſ.in tracta.cauſar.crim.tit.
de executione ſententiæ.nu.4.& nouiſsmè Vaſq. d. cap.18. lib. 1.
81 controuerſ.illuſtr.nu.26.qui tamen putat † hoc eſſe in arbitrio ſu
perioris, mortem tali iudici imponere, ſi paſſus ſupplicium ini-
què & doloſè fuerit cōdemnatus, ꝙ teneatur l. Corn. de ſicarijs.
l.1.in prin.§.1.l.lege Cornelia.in prin. & ibi Alex. in addi.& Mar
ſi.ff.ad l.Corn.de ſicar.& latiùs Marſi.in l.quæſtionis. colu.vlt.ff.
de quæſtio.aut minorē pœnam infligere, iuxta id, quod delique-
rit, vt dicit ibi tex.& Bal.in l.presbyteri. col. 2.verſi.adde qđ ha-
bes.C.de epiſco.& clericis.pro hoc l.lege Iulia.§. hodie. ad l.Iul.
82 repetun. vbi † ſi iudex ob hominem necandum pecuniam acce-
perit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocen-
tem, quem punire non debebat, capite plecti debet, vel in inſulam

B depor-

deportari, vt plerique puniti ſunt. & ita alternatiuè. & idem dicit
Fely. in c. dilecti. col. 7. ver. ſecunda declaratio. de exceptio. Alex.
ad Bar. in d. §. hodie. Luc. de pen. in l. iudices. col. pen. ante fin. ver.
debeantur. Paris de Puteo. de ſindi. in verb. ſindicantur etiam of-
ficiales habentes officium publicũ. Vaſq. vbi ſupra. qui poſt Bal.
83 & Doct. in ſupra alleg. locis, etiam dicit, ꝙ † ille tex. in §. hodie eſt
mirabilis, quòd iudex, qui ex ira, ſeu calore nimio aliquem neca-
uerit, & occiderit, non moriatur morte naturali, ſed deportatio-
ne in inſulam, & ſit melioris conditionis, quàm alius iudex non
interficiens per iram, id quod, quoniam videtur ab omni ratione
alienum, putat Vaſq. in dicto loco interpretatione iuuãdum eſ-
ſe, vt quoties iudex dolo occidit, ordinaria homicidij pœna te-
neatur: ſin autem culpa, tunc alię pœnę mitiori ſubiaceat, id quod
in reliquis quoque eſt, & in eo duntaxat erit quæſtio, quando do
84 lus, & quando culpa puniatur. & ſanè † putat Vaſq. regulariter
in homine priuato occidente dolus præſumitur, ſi id non fecerit
ad ſuam defenſionem l. 1. & 2. C. ad l. Corn. de ſicar. l. ſi non con-
85 uitij. C. de iniur. In † iudice verò occidente, ſi quidem non per
ſententiam, vt iudex, ſed fortè ira, aut inimicitia percitus mucro-
ne percuſsit, tunc idem, quia tanquàm priuatus feciſſe videtur.
quòd ſi vt iudex fecerit per ſuam ſententiam, ſi ea pecunia, vel ſi-
mili mercede, aut vitio lata fuit, dolus præſumitur, & pœnæ homi
86 cidij ordinariæ ſubiacebit. quòd † ſi hæ ſordes ceſſarent, culpa præ
ſumeretur, etiã ſi per iracundiã id feciſſet, quia non præſumitur
factum per ſolam iracundiam, ſed etiam propter culpam condem
nati: fuit enim poſsibile, quòd Iudex, niſi ira motus fuiſſet, eum
non damnaſſet ad mortem, etiam ſi eam pœnam mereretur, vel
non tam properanter eum damnaſſet; itaque cum ille eſſet male-
factor, licèt eius culpa morte digna non eſſet, ea tamen, quæ eſt,
ſufficit, vt in iudice non tam dolus, quàm culpa præſumatur, ſic-
que is iudex nõ ad mortẽ, ſed alia mitiori pœna plectendus erit,
quia in delictis culpa etiam latiſſima dolo non exæquatur, vt per
eum ibi.

87 Cuncta † igitur rimari prius iudicem oportet, & ordinem rerũ
plena inquiſitione diſcutere, vt admonet tex. in c. iudicãtem. 3. q.
5. Rolan. à Valle cõſi. 51. nu. 1. lib. 1. Menoch. conſi. 36. nu. 1. lib. 1.
& alibi ſæpe in initio ſuorum conſiliorum, vt & paſsim etiam alij
alibi admonent, ꝙ ſi iudex, ne damnet innocentem omni ſtudio
& diligentia obſeruare debet ante ſententiam, per prædicta, vſq;
adeò vt & in crimine hæreſis hoc ſit obſeruandum, in quo reo ne
gatiuo exiſtente, ſententia præcipitanda non eſt, ſed differẽda, &
interim iudices maiori prudentia, & deliberatione rei innocẽtiã





ea ratione inueſtigare, & inquirere debent: quia hoc in crimine
truncata, & diminuta eſt reorum defenſio, qui plenè ſe defende-
re nequeunt, & ne ita fortè innocens damnetur, vt in ſpecie ad-
monet ex pluribus Ioan. à Roias in tracta. de hæreticis. parte 2.
88 nu. 228. & ſeq. quantò † magis omni ſtudio, & diligentia vti de-
89 bet, ne contra innocentem ſententiã exequatur, cum tantò † gra-
uius præiudicium inferat executor ſua executione, quàm ſua ſen
tentia iudex, quantò per executionem realiter, per ſententiam
verò verbaliter præiudicium infertur, vt dicit Ange. in conſi. 276.
& poſt eum Nat. conſil. 529. nu. 11. vol. 3. Laur. Silua. conſi. 17. nu-
me. 1. par. 1. & verſetur etiam periculum ſui capitis, vel alterius
pœnæ, ſi paſſus ſupplicium, vt ſupra diximus, innocens eſſet.
90 Nec ita † ſegnius in tanta re agendum eſt. cap. vlti. 7. qõ. 2. ſed
91 cùm † maius intendatur periculum, proculdubio plenius conſu-
lendum eſt d. cap. vbi periculum. de electio. in 6. & vbi pœnitentia
92 nihil prodeſt profectò: agitur enim de re irretractabili, qua † ra-
tione recedimus à regulis iuris communis, & multa permittun-
tur, quæ aliàs non permitterentur. l. ſenatus. ff. de offic. præſid. & l.
2. ff. de ferijs. Bal. in l. 1. col. vlti. C. qui accuſa. non poſſunt. Cyn. in
l. fi. qõ. 8. C. de compenſat. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. nu. 22. ff. de
re iudica. vbi etiam Rip. nu. 20. & Ioſeph. Cumi. ſuper Rit. mag.
cur. Regn. Sicil. cap. 16. num. 70. Præpoſit. in cap. dilecto. col. 3. ver
ſic. quarto fallit. de appellat. Fely. in cap. cum M. Ferrarienſis. nu.
62. verſi. hoc tamen. de conſtit. Lofred. conſi. 6. nu. 16. & 17. Duran
dus in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. limi. 1. ratione damni irreparabi-
lis. in quibus locis ad multa inferunt præcitati Doct. quæ ratione
irreparabilis præiudicij permittuntur, quæ aliàs non permitte-
93 rentur, præſertim † qñ agitur de membro hominis abſcindendo,
& ita multo magis quando de vita hominis ageretur, vt in ſpecie
94 per Iaſ. in d. §. condemnatum. nu. 21. Hinc † factum eſt, ꝙ quando
agitur de vita hominis, vel aliquo membro abſcindẽdo, exceptio
nullitatis admittitur, & impedit executionem, etiam quòd requi-
reret altiorem indaginem, cùm aliàs reijceretur, ſi executio eſſet
retractabilis, vt notabiliter voluit Bal. poſt Cy. ibi, in l. ab execu-
tione. C. quorum appel. non recip. Bal. in l. eũ qui duas. C. de adul
ter. in l. 1. C. de tẽp. in integr. reſt. Pet. Raph. Cu. Pau. de Caſt. Ale-
xan. Iaſ. & Rip. in d. §. condemnatum. d. l. 4. de re iud. & idem Iaſ.
* qui communem dicit in l. 3. §. ſi ſeruus. nu. 9. ff. de acqui. poſſ. Iul.
Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 94. ver. ſcias autẽ. Bonacoſſ. in ſuis cõmun.
opin. vt eſt relatum inter cõmu. opi. recens collect. Tom. 2. lib. 7.
tit. 18. ſi ex falſis inſtrum. nu. 12. & Vinc. de Franch. deciſ. Neapo-
lit. 139. vbi in ſpecie, ꝙ condẽnatus ad tiremes, quia iſte eſt actus

irretractabilis, non tranſmittitur ad triremes, ſi oppoſita eſt ex-
ceptio nullitatis, vel aliàs eſſet reclamatum, vt latè ibi per eum.
95 Vt † prudenter iudices admonuerit Marſ.in pract.cri.§.ſi.oc cur-
runt.in prin. ꝙ ſi tractetur de re irretractabili irreparabiliq; præiu
dicio, hac in re criminali non feſtinent, ac fulminent, qñ cõtrariũ
facientes comitem habeant pœnitentiam, & vanam quidẽ, & fru-
ſtratoriam, ſed diligenter prius cogitent, & cuncta maturè riman
do animaduertant, iuxta d.tex.in d.cap.iudicantem.30.q.1.& in
96 cap.graue.35.q.9.vbi text.dicit, † quòd fructus diuinus eſt, iuſti
tiam ſæpius recenſere. & memoria inſuper teneant illud, qđ ſcri-
ptum reliquit Card.in clem.paſtoralis.§. verum.in princ.de re iu-
97 dic.per illum tex. quòd † præcipitata voluntas Iudicis eſt nouer-
ca iuſtitiæ. & admonet etiã Alfonſus Gherrerus in tracta.de the-
ſauro Chriſtianæ religionis.titu.49.de iuſtitia.num.15.

98 Nec † iudicem executorẽ mouere debet, quòd pro iudice, qui
ſententiam exequendam tulit, præſumitur, ꝙ ſit bonus, & rectè fe
cerit, quæ officio ſuo incumbunt.l.2.C.de offic.ciuil.iudi.quem
tex.ad hoc not. Bal.& per eum decidit not. quæſtionem in l.vni-
ca.in fin.C.ne quis in ſua cauſ.& Paul.de Caſtr.conſi.270.col.1.
99 vol.2.vbi per illũ tex.vult, ꝙ † verba Iudicis ad ius referri debeãt,
etiam verba impropriando: quia veriſimile eſt, talem fuiſſe men-
tem Iudicis. & ſequitur Alciat.in tract.de præſumptio.reg.3.præ
100 ſumpt.9.nu.1.& 2. dicens ad hoc facere, quia † ad illud officium,
vt plurimum eliguntur litterati, & honeſti viri, prout iudices om
nes peritos eſſe oportet, & expertos in iudicãdis cauſis, in alijsq;
negocijs, ne quod per ſe noſcere debent, aliunde emendicare co-
gantur, quod maximum eſt vitium Reipublicæ.§.1.in Auth.de iu
dic.facit tex.in c.ex litteris.§.cæterum.de cauſ.agnat.& affinit.Ti
ber.Decia.conſi.18.nu.15.& ſeq.lib.1. licèt poſtea teneat illitera
tum iudicem eſſe poſſe, ſed tamen aliàs expertum, quia plus quan
doque operatur experientia, & practica, quàm iuris theorica, vt
per eum ibi, nu.19. poſt Barto. & Ariſto. quos alleg. vnde meritò
pro eis præſumitur.cap. veſtra. de procurator.cap. niſi eſſent, de
101 præben.& ibi Abb.& propterea † non præſumitur, ꝙ Iudex aliqđ
faciat ſine cauſæ cognitione.cap. Abbate.de verbo.ſignifi.& præ-
102 ſumuntur † qui cauſas cognoſcunt, non facilè ad culpam venire,
cùm veritatem examinant, vt eſt tex.in Authen.vt defunct.ſeu fu-
ner.in prin.cum alijs, vt per Alcia.d.præſumpt.9.nu.4. licèt enim
pro Iudice præſumatur, poteſt tamen eſſe, quòd etſi ſententia iu-
ſta eſſet, proceſſus tamen eſſet non rectè fabricatus, vnde ſenten-
103 tiæ executio impeditur, vt infra diximus c.vlt.num. 129. & † pro
rectitudine proceſſus non præſumitur, nec illius reſpectu proce-

dit



dit dicta præſumptio, vt per Alciat.d.9. præſumpt. numero 18.

Vt etiam poteſt eſſe, quòd Iudices, qui ſententias tulerunt, de
quibus exequendis ageretur, eſſent indiſcreti, & improbi, & ta-
les quales deſcribit Rolan.à Valle conſi. 94.nu.1.vol.4. qui dili-
genter minimè cuncta perpendunt, nec ordinem rerum plena in-
quiſitione diſcutiunt, vt eos inſtruit tex.in d.c.iudicantẽ. 30.q.5.
104 quales † ſunt mali latrunculatores, qui hodiernis temporib.nedũ
officio iudicis funguntur, ſed & partis, innocentes illaqueare co-
105 nantes, prout † eorum innocentiã ſubtili ingenio ex proprio of-
ficio perquirere deberent.l.ſi non defendantur.ff. de pœn. vt ſeue
106 riores videãtur, quod quidem leges valde abhorrent: neq; † enim
& ſeueriores, & crudeliores ipſis legibus eſſe debent. §. oportet.
107 in Auth.de iud.c.ſanè, vbi Doct.de offic.deleg. ſed † in benignio-
rem partem ſemper deberent inclinare. l. Arrianus.ff.de actio. &
108 obliga.& maiorem † in abſoluendo conſequerentur honorem, q̃
in condemnando.Pau.de Caſtr.in conſi.296.in fin.volu.2. quem
ſequitur Decius in conſi.175.col. penul.in fine, vbi alleg. Ancha.
109 conſi.23. qui † inuehit contra Iudices maleficiorum, qui anhelãt
ad condemnationem, qñ procedunt per viam inquiſitionis. De-
cius conſil.189.col.fin.Marſ.in d.§.occurrunt.nu.7.Crau. conſil.
9.col.fin.in prin.vol.1.Roland.à Valle d.conſi.94.nu.4.& 5.& eſt
in ore omnium, præſertim conſulentium ad fauorem reorum: &
ſubdit Roland.à Valle in d.loco.nu.5.ꝙ ſi tales diligenter cuncta
rimarent, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcuterent, vt à
110 iure inſtruuntur, vtique † non videremus tantas iniuſtitias, & op-
preſsiones, ſed veh illis, quia ſi ignorantes non ſint, ſcire debent,
quòd Deum habent vltorem, qui benignè audit voces oppreſſo-
rum, & ſuis loco & tempore dabit maleuolis iudicibus ſententiã
111 illam ſeueram, Ite maledicti in ignem æternum. Pro his † igitur
improbis, & indiſcretis iudicibus non præſumitur, vt not. Innoc.
& Hoſt.in cap.accedens, el 1. vt lite non conteſtata. præſertim ſi
exactis deinde, & ex proceſſu de iniuſtitia appareret, qa nec quo-
ad illam cauſam pro iudice præſumitur, ſecundum Alciatum di-
cta præſumpt.9. num.17.

112 Poteſt † etiam eſſe, quòd contra Iudicem, qui ſententiam tu-
lit, ſuſpitio vrgeat, ſeu præſumptio efficaciter, vt ſi ex temporis
breuitate comprehenderetur, ꝙ cauſæ cognitionẽ non adhibuit,
vel ex abrupto aliàs proceſſerit. idemq; eſt, ſi error in ſententia
expreſſus eſſet, & pro Iudice, & ſententia non præſumitur, vt latè
per eundem Alciatum in dicto loco, nu.23.

Poteſt etiam eſſe, quòd Iudex ſententiam tulerit in cauſa, in
qua nullam haberet poteſtatem, & ad eius officium non pertine-

 ret;

113 ret; tunc † enim pro Iudice non præſumitur. cap. ſignificauit. de appellationib. Bal. in rub. C. de fide inſtrumentorũ, cum alijs, vt per Alciatum in dicta ſæpius allegata præſumptione 9. nu. 28.

114 Et † in ſtatu præterea Eccleſiaſtico corruptela eſt ex facilitate iudicum formandi inquiſitiones ex leuibus etiam indicijs minimè aliàs legitimis, & à iure approbatis, de qua iudicum facilitate diximus infra, capite vltimo, num. 68. vnde ad ſententiæ executionem decurrendum non eſt, ſi ita ex leuibus indicijs formata inquiſitione, ſententia, de cuius executione ageretur, lata eſſet, vt admonuimus d. c. vlt. num. 94. & alijs ſeq.

115 Et † Notarij etiam actuarij, præſertim qui cancellarias venales habent, & ex titulo hodiernis temporibus oneroſo, & iudices auari formant inquiſitiones interdum aliter, quàm ex proceſſu colligitur, & ſimpliciter non ſolum in homicidijs culpa commiſſis formant etiam inquiſitiones veluti de homicidijs doloſè commiſsis, ſed etiam in homicidijs ſecundum indicia ad defenſionẽ, & tamen prout factum euenit, & conſtat in proceſſu informatiuo inquiſitio formanda eſſet, ne fiſcus, nec pars incommoda patiatur, vt dicit Boſsi. qui de Notarijs, & Iudicibus huiuſmodi ſatis conqueritur, & contra eos inuehit in tract. cauſa. crim. tit. quom. procedatur per actio. in delictis. nume. 4. quamuis aliquos nouerim, & in præſentiarum cognoſco viros timoratæ conſcientiæ, & inter alios D. Antonium Bartolettum, quem honoris cauſa nomino, huius curiæ Peruſinæ, ac Prouinciæ Cancellarium primariũ, ac cæteris animi dotibus apprimè refertum.

Multa ergo, vt vides, per iudices animaduertenda ſunt, antequàm ad ſententiæ executionem decurrant, vt præter hæc, & alia plurima tum quoad ſententiam ipſam, & proceſſum, & inquiſitionem, ex quibus lata eſt, tum quoque quoad nouum proceſſum, qui ante executionem fieri ſolet, & debet. licèt enim dici ſoleat, quòd capto bannito ſola reſtat executio, de quo infra c. 1. diximus, nume. 230. ſine tamen aliquo nouo proceſſu perſonaliter ſententia exequenda non eſt, nec exequi poteſt, in cuius quidem proceſſus fabricatione ab indoctis, & imperitis ab experientia, quæ ſine iuris ſcientia manca eſt, ſolum edoctis, & à Tironibus præſertim, qui nec aliqua experientia edocti, modum, & formam proceſſus huiuſmodi penitus ignorant, nec ex libris, in quibus ex profeſſo res tractata nõ eſt, nec vt res exigit, facilè diſci poteſt, plurimùm errari ſolet in Reipublicæ quidem perniciem, diſpendiumque, cùm propterea banniti debitas interdum non luant pœnas.

116 Ne † innocens ergo luat pro ſcelere pęnas, & nocens illas euadat, operæpretium eſſe duxi, plurima aſcribere à iudice obſeruanda, &





da, & animaduertenda antequàm ad executionem procedat, vel vt ab ea ſe abſtineat: Nã huius rei vſus quàm ſit frequens, quàq; neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, vt in ſimili dicit I.C. in l. 1. in prin. ff. de appel. & vt alibi ſcribitur, quę quotidiana ſunt, ea veluti ſtudioſius attingere debemus. l. legaui. ff. de lib. leg. cũ ſimilib.

## *SVMMARIVM.*

1 *Abſens diffinitiuè de iure condemnari non poteſt occaſione delicti, pro quo pęna corporis afflictiua imponenda eſt.*
2 *Contumax pro confeſſo, & conuicto de iure communi haberi non poteſt, niſi in quibuſdam caſibus.*
3 *Abſens lite non conteſtata condemnari non poteſt de iure canonico.*
4 *Teſtium receptio de iure canonico fieri non poteſt contra abſentem.*
5 *Abſens de iure communi condemnari poteſt, vbi pœna ſolum relegationis, vel relegatione minor imponenda eſt.*
6 *Reus abſens de iure communi requiri, & citari poteſt in omnibus illis caſibus, in quibus poteſt diffinitiuè condemnari.*
7 *Bonorum annotatio, & deſcriptio rei abſentis citati, & non comparentis de iure fieri debet.*
8 *Reus abſens, & eo non comparente annotatis bonis, ſi infra annum ſe defendit, de iure abſoluitur, & bona recuperat, ſed poſt annum abſoluitur, ſed bona non reſtituuntur.*
9 *Abſentes hodie de generali conſuetudine in quocunque graui crimine pro confeſſis ex contumacia habentur, & banniuntur, & ad mortem condemnantur.*
10 *Abſens quomodo, & qua forma ſeruata in Gallia condemnetur.*
11 *Abſens pro confeſſo, & conuicto habetur in Francia, & virtute huius confeſſionis condemnatur.*
12 *Et quid in Hiſpania obſeruetur.*
13 *Abſens citatus, & contumax excommunicatur de iure canonico, & ſi in excommunicatione per annum perſeuerauerit, pro confeſſo habetur, & conuicto.*
14 *Abſens citatus contumax in ſtatu Eccleſiaſtico habetur pro confeſſo, & conuicto.*
15 *Statutum, quod contumacem habet pro confeſſo, non omnino abhorret à iure communi.*
16 *Statutum, quod contumacem habet pro confeſſo, dicitur potius exorbitans à iure communi, quàm correctorium.*
17 *Bonorum annotatio hodie de conſuetudine non ſeruatur.*
18 *Bannum ſuccedit loco annotationis bonorum.*
19 *Bonorum confiſcandorum fit inuentarium commiſſo delicto, pro quo venit*

pœna confiſcationis imponenda.
20 Inuentarium bonorum confiſcandorum, quo tempore fieri debeat, & fiat de ſtylo, & conſuetudine.
21 Inuentarium bonorum confiſcandorum fieri poteſt etiam ante contractam contumaciam ipſius rei.
22 Inſtrumentum publicum fieri debet de bonorum delinquentium deſcriptione, & inuentario.
23 Inuentarium bonorum delinquentis qualiter fieri debeat.
24 Bona mobilia, & immobilia, an in inuentario deſcribi debeant. & nu. ſeq.
26 Abſens in crimine hæreſis condemnatur, ſed quomodo in eum abſentem procedatur.
27 Statutum, quod contumacem habet pro confeſſo, & conuicto, valet.
28 Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, eſt de iure poſitiuo.
29 Statuti, quòd habeatur contumax pro confeſſo, qualis ſit ſenſus.
30 Confeſſio ficta à ſtatuto ex contumacia inducta, plures operatur effectus, qui recenſentur.
31 Confeſſio ficta æquiualet confeſſioni veræ in iudicio factæ, & præſente parte.
32 Leges loquentes de confeſſione vera, trahuntur ad confeſſionem fictam.
33 Confeſſio ficta eundem, quem vera, operatur effectum.
34 Confeſſio vera validat proceſſum criminalem inordinatum, & nullum.
35 Confeſſio iudicij nec ordinem, nec telam requirit.
36 Confeſſio ficta an validet proceſſum criminalem inordinatum, & nullum.
37 Banniti in contumaciam an vigore ſtatutorum bannitos occidi permittentium, impunè occidi poſſint.
38 Condemnatus de maleficio ille dicitur, qui fuit præſens, & ſuas fecit defenſiones, & tamen fuit condemnatus.
Condemnatus in contumaciam, an de maleficio dicatur condemnatus. ibid.
39 Bannitus pro delicto in contumaciam, an propriè dicatur bannitus ex maleficio.
40 Communis vſus loquendi interpretatur, quòd ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet.
41 Quod præſertim procedit, ſi ex informationibus aſſumptis delictum probetur.
42 Bar. & alij quomodo intelligantur in l. ſi mora. ff. de verb. oblig.
43 Bannitus pro contumacia, non dicitur condemnatus ex maleficio. & non poterit offendi vigore ſtatuti permittentis bannitum offendi poſſe.
Bannum propter contumaciam, & bannum pro delicto in contumaciam in quo differant, & qui ex vtroque reſultent effectus. ibid.
44 Sententia lata ex vera, & expreſſa confeſſione, valet: & valet etiam lata ex ficta confeſſione.
45 Succeditur in bonis damnatorum vigore Auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. licèt reus in contumaciam damnatus fuerit.

Seruus



46 Seruus pœnæ an efficiatur condemnatus in contumaciam in pœnam mortis ex forma ſtatuti.
47 Confeſſio ficta in pluribus caſibus non operatur eundem effectum, quem vera operatur. remiſſiuè & num. ſequentib.
48 Confeſſio ficta dicitur liquidiſſima probatio.
49 Contumacia eſt ficta probatio.
50 Condemnari poteſt habitus pro confeſſo etiam poſt peremptam inſtantiam.
Confeſſio ficta habetur pro ficta condemnatione. ibid.
51 Sententia lata contra fictam confeſſionem, non valet.
52 Notorium reſultat ex ficta confeſſione.
53 Contumax habitus pro confeſſo, non appellat.
54 Bannitus, & captus in ſtatu Eccleſiaſtico appellatione ſe tueri non poteſt.
55 Motus proprius Pij Quarti, & Pij Quinti, quòd bannitus captus non poſſit ſe tueri appellatione, quibus in caſibus procedat.
56 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.
57 Lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè debet intelligi.
58 Appellatio in criminalibus quo in caſu permittatur, & quo in caſu prohibeatur.
59 Appellatio prohibetur, ſi ſtatutum habet contumacem pro confeſſo, & conuicto.
60 Appellatio prohibetur, etiam ſi ſtatutum habet contumacem pro confeſſo tantùm, ſi tamen ille erit verus contumax.
Contumax verus qui. dicatur. remiſſiuè. ibid.
61 Conſtitutio Marchiæ prohibet, ne verus contumax poſſit appellare.
62 Contumax etiam verus appellare poteſt, ſi venerit iudice adhuc pro tribunali ſedente.
63 Contumax non verus quando poſſit, & non poſſit appellare.
64 Appellatio in Regno Neapol. reijcitur in materia foriudicationis, ſed tantùm de nullitate dicitur.
65 Appellatio in criminalibus reijcitur in Dominio Mediolani.
66 Appellare non poteſt verè confeſſus, & conuictus.
67 Quod in omni crimine generaliter locum habet.
68 Appellatio vt in criminalibus denegetur, requiritur copulatiue, quòd quis ſit confeſſus, & conuictus.
69 Executio non impeditur per appellationem interpoſitam à confeſſo, & conuicto.
70 Confeſſus, & conuictus appellare poteſt.
71 Si tamen ſuam reuocauerit confeſſionem.
72 Confeſſus tantùm an de iure canonico poſſit appellare.
Differentia nulla eſt inter ius canonicum, & ciuile, an confeſſus tantùm poſſit appellare. ibid.
73 Confeſſus tantùm per torturam an poſſit appellare.

Iudices

74 *Iudices malè faciunt, ſecundum aliquos, exequendo ſententias capitales non admiſſa appellatione.*

75 *Iudex poteſt appellationi deferre, ſi velit, ſed ſi putat non eſſe deferendum, poteſt ſententiam exequi antequàm ſit ei inhibitum.*

76 *Confeſſus tantùm licèt à iudice inferiore non audiretur appellans, ſuperior tamen illum audire debet.*

77 *Appellare poteſt conuictus tantùm de crimine.*

78 *Conuictus tantùm ſolet torqueri, vt ſi etiam confiteatur, appellare non poſſit. ſed contra num. 87.*

79 *Conuictio fit per teſtes, inſtrumenta, indubitata indicia, argumenta, vel per notorium.*

80 *Cautela, qua iudex vti debet ponendo conuictum ad torturam, & quam proteſtationem præmittere ita debeat.*

81 *Iudex fatuus eſt, & iniuſtus, qui conuictum poneret reum ad torturam ſuper crimine.*

82 *Torturæ locus non eſt, vbi crimen aliter eſt probatum: quia datur in ſubſidium, & in defectum aliarum probationum.*

83 *Iudex teneret in ſindicatu, qui conuictum torturæ ſubijceret ſuper crimine.*

84 *Iudices cautè tortura vti debent.*

*Tormentorum vſus an ſit deteſtandus. ibid. & num. ſeq.*

86 *Author tormentorum vſum non deteſtatur, modò iudices cautè, legitimis indicijs præcedentibus optimo zelo veritatis inquirendæ vtantur.*

88 *Senatus Mediolanenſis vſus non torquendi conuictum, niſi ſuper ſocijs, & alijs criminibus.*

89 *Conuictus an torqueri poſſit ſuper crimine, ne poſſit appellare, ſi fateretur & ſi Reipublicæ expediret, ſtatim non admiſſa appellatione publicè puniri poteſt.*

90 *Bal. opinio ex gloſſa de torquendo reum conuictum, ne confeſſus poſſit appellare.*

*Sed quando. ibid. & num. ſeq.*

92 *Confeſſus tantùm, vel conuictus tantùm poteſt appellare ex forma conſtitutionum Marchiæ.*

93 *Appellatio ſemper admittitur, ſi ſpecialiter non ſit de iure prohibita, etiam in criminalibus.*

94 *Etiam in crimine læſæ maieſtatis humanæ.*

95 *Appellatio non admittitur in crimine hæreſis.*

96 *Exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis.*

97 *Motus proprius ſuper admiſsione appellationum in cauſis criminalibus pecuniarijs quoad confeſſos.*

98 *Appellatio in criminalibus quoad condemnatos in contumaciam pecunia non æſtimabilibus admittitur reo conſtituto in carcere.*

99 *Conſuetudo, & vſus forenſis de non admittendis appellationibus in criminalibus quoad confeſſos.*



100 *Iudex admonetur, vt priuſquàm ſententiam exequatur criminalem, cautiſſimè omnia expendat.*

101 *Iudex ſuperior condemnatos appellantes debet audire, licèt iudex inferior audire nolit, vel non poſſit.*

102 *Executio ſententiæ retardari non debet ſub prætextu appellationis, quæ inique eſſet.*

103 *Bannitus comparens poſt terminum banni, debet de ſua innocentia docere.*

104 *Innocentia banniti probari poteſt, ſi ipſe bannitus velit aſſumere onus probandi.*

105 *Contumax habitus pro confeſſo, probando rem aliter ſe habere, debet obtinere.*

106 *Appellatio confeſsionem non reſcindit, neque alia acta probatoria. & num. 148. 210.*

107 *Appellare poteſt condemnatus, qui à iure pro confeſſo habetur.*

108 *Innocentia fictè confitentis probari poteſt.*

109 *Statuto ſi quis habeatur pro confeſſo, an poſſit appellare.*

110 *Bannitus, ſi vult aſſumere onus probandi ſuam innocentiam, audiri debet.*

111 *Niſi eſſet inſignis latro, & famoſus homicida, aut delinquens conſuetudinarius, aut notorius, & manifeſtus raptor.*

112 *D. Robertus Lancellotus Peruſinus laudatur. & poſt nu. 67.*

113 *Motus proprius Iul. II. admittit appellationem etiam banniti ex homicidio eo in carceribus conſtituto.*

114 *Iudex habet arbitrium admittendi procuratorem, vel excuſatorem, & defenſorem pro abſente citato in cauſa criminali quamuis capitali.*

115 *Defenſio, & audientia nemini neganda eſt.*

116 *Etiam ſi diabolus eſſet.*

117 *Hæreticus relapſus ſeculari iudicio eſt tradendus.*

118 *Veniam non meretur, qui geminat delictum: & grauius puniendus eſt.*

119 *Animus malus hæretici relapſi declaratur; quòd non amore fidei hæreſim abiurauit, ſed ad euitandam pœnam.*

120 *Hæreticus, qui poſt abiuratam hæreſim traditus fuit perpetuo carceri, ſi ab eo aufugit, vt relapſus eſt puniendus.*

121 *Carceris effractores tanquam confeſſi, & conuicti de crimine puniuntur.*

122 *Intellectus tex. in l. in eos. ff. de cuſt. reor.*

123 *Hæreticus, quem nondum conſtat eſſe relapſum, audiendus eſt.*

124 *Probandi onus innocentiam an incumbat bannito, ideſt non deliquiſſe an verò fiſco illum deliquiſſe, ſi aliud non haberet, quàm contumaciam.*

125 *Bannitus comparens in termino banni, auditur, nec tenetur probare ſuam innocentiam.*

*Bannum extinguitur comparente bannito in termino banni. ibid.*

126 *Bannum idem operatur, quod operatur annotatio bonorum de iure cõmuni.*

Compa-

127 *Comparens in termino annotationis bonorum, non tenetur probare ſuam innocentiam.*

128 *Pro confeſſo quis non habetur, niſi lapſo termino banni, non antea.*

129 *Non entium nullæ ſunt qualitates, nec effectus.*

130 *Opinio negatiua, bannito non incumbere onus probandi innocentiam, quibus rationibus fulciatur. & nu. ſeq. & nu. 139.*

131 *Appellatio pronunciatum extinguit, ſed vide nu. 159.*

132 *Defenſio non dicitur denegata, quando appellatio non negatur.*

133 *Mora purgari an poſſit in cauſa appellationis & nu. 160.*

134 *Appellatio in eo ſtatu an reponat appellantem, in quo quis erat ante bannum. & nu. 161.*

135 *Audiri quis non debet in cauſa principali poſt concluſionem, & terminum peremptorium, tamen poſt appellationem auditur.*

136 *Fiſcus probare debet delictum, in quo ſe fundat.*

137 *L. qui accuſare. C. de eden. locum habet etiam in criminalibus.*

138 *Bannitus comparens licèt poſt terminum banni negans delictum an ſit in caſu abſolutionis, ſi nihil aliud ſit contra eum, quàm contumacia.*

140 *Iul. Clar. opinio, quòd bannitus, ſi comparet ante ſententiam licèt poſt terminum banni, audiri debeat, nec tenetur probare errorem ſuæ confeſſionis, ſed in quibus terminis loquatur. nu. 164.*

141 *Bannitus comparens poſt ſententiam, non aliter auditur, quàm ſi à Principe admiſſus fuerit ad nouas defenſiones.*

142 *Contumacia, & mora iudicialis, idem ſunt.*
*Mora iudicialis vſque ad ſententiam purgari poteſt. ibid.*

143 *Confeſſio ficta purgata contumacia obijci non poteſt contra bannitum.*

144 *Qualitas ceſſat ceſſante ſubſtantia.*

145 *Effectus priuationis defenſionis inductus à contumacia, ſoluitur per comparitionem iudice adhuc pro tribunali ſedente.*

146 *Appellans quamuis quis non admittatur obſtante vera contumacia, admittitur tamen comparens iudice adhuc ſedente pro tribunali.*

147 *Opinio negatiua, quòd bannito incumbat onus probandi ſuam innocentiam quibus rationibus, & authoritatibus fulciatur & nu. ſeq. & nu. 156.*

148 *Appellatio non tollit grauamen, quod pars ſua ſibi infert facto, & negligentia. & nu. 162.*

149 *Statutum ſi dicat, quòd elapſo termino banni, bannitus habeatur pro confeſſo, eo elapſo dicitur à ſtatuto facta executio, & ſic inducta ficta cõfeſſio.*

150 *Moræ purgatio locum non habet poſt executionem à iure factam.*

151 *Bannum eſt ſententia interlocutoria, & propterea reuocabilis.*

152 *Sententia interlocutoria non eſt reuocabilis per iudicem à ſtatuto iam facta executione.*
*Statutum ſi dicit, quod contumax ponatur in banno, & detur terminus triũ dierum, infra quem ſi non compareat, habeatur pro confeſſo, Iudex hunc termi-*



*terminum augere, vel minuere non poteſt. ibid.*

153 *Confeſſio vera banniti per appellationem non tollitur.*

154 *Confeſſio ficta ſolum tollitur per contrariam probationem.*

155 *Actus debet aliquid operari, nec dicendum eſt aliquid non operari.*

157 *Banniti ex forma ſtatutorum habentur pro confeſſis, & poſtea nõ audiũtur.*

158 *Bannum, quod hodie datur ſecundum ſtatuta Italiæ, eſt mortale, & lapſo termino banni, non datur venia venienti.*

159 *Appellatio non tollit pronunciatum quoad fictam confeſſionem.*

161 *Appellatio non reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat antea, quoad acta probatoria.*

163 *Bal. & Paul. de Caſt. ſibi ipſis contrarij.*

165 *Iul. Clar. reprehenditur.*

166 *Iul. Clar. non aptè eſt loquutus circa reuocationem erroris fictę confeſſionis.*
*Error non cadit in ficta confeſſione, cum iuris ſit. ibid.*

167 *Fictio ſuper certo eſſe videtur, & probatio contra eam non admittitur.*
*Probatio an contra fictam confeſſionem admittatur, & quomodo. ibid.*

168 *Opiniones prædictæ conciliantur pluribus modis. & nu. 170.*

169 *Bannum quem ſuſpectum facit.*

171 *Bannitus ante declarationem haberi pro confeſſo, non habetur pro perfectè confeſſo.*

172 *Auditur quis etiam poſt terminum ſibi præfixũ ante declarationẽ factam.*

173 *Termini aſſignati in banno lapſus operatur, quòd iudex poteſt aliquem eſſe contumacem declarare, quod ante lapſum termini facere non poterat.*

174 *Bannitus, quando eſt pronunciatum illum haberi pro confeſſo, ſuam debet pateſacere innocentiam. & nu. 178.*

175 *Fiſco eſt ius quæſitum per pronunciationem à iudice factam, bannitum haberi pro confeſſo.*

176 *Mora purgari non poteſt in præiudicium fiſci, cui ius eſt quæſitum.*

177 *Confeſſio ficta ſequuta pronunciatione remanet irreuocabilis, & ſaltem transfert onus probandi contrarium in bannitum.*

179 *Pronunciatio contumacem haberi pro confeſſo, inſeri ſolet in ipſa ſententia diffinitiua, & ſufficit.*
*Declaraſſe ſuper contumacia videtur iudex per condemnationẽ ipſam. ibid.*

180 *Bannitus comparens ante ſententiam, & ita ante pronunciationem, haberi pro confeſſo, in ſententia inſeri ſolitam, an teneatur probare ſuam innocentiam.*

181 *Conſtitutio Marchiæ c. 10. lib. 4. iuxta quos terminos intelligi debeat.*

182 *Statutum ſi diceret, quòd contumax habeatur pro confeſſo, ſed ſi etiam poſt terminum banni comparuerit, de banno ſoluta gabella eximatur, vtique ſoluta gabella ille dicitur à banno exemptus, & ita à contumacia & cõfeſſione, quæ ex illa reſultat, & ſufficit ei comparenti, quòd negauerit, nec grauatur onere probandi ſuam innocentiam.*

*Habea-*

183 Habeatur, verbum, an ſit latæ ſententiæ, vel ferendæ.
184 Habeatur pro confeſſo, conuicto, & priuato, verba, æquipollent iſtis, videlicet, talem eſſe.
185 Habeatur pro condemnato, habeantur à communione alieni, verba, important ſententiam ferendam.
186 Verba, habeantur pro confeſſis, in ſtatuto non important, ipſo iure, ſed per ſententiam.
187 Sententia declaratoria requiritur, quamuis verba ſtatuti, ipſo iure, importarent.
188 Pronunciatio iudicis requiritur vbicunque contumacia fictam confeſſionem inducit.
189 Pronunciatio requiritur vbicunque aliquid pendet à motu iudicis.
190 Stante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur, ſi haberi debet. & ita ſi iudici videbitur.
191 Contumacia committitur in inquiſitione in non comparendo, & non reſpondendo.
192 De contumacia ex actis, quando proceditur per inquiſitionem, conſtare non dicitur.
193 Secus quando proceditur, accuſatore contumaciam accuſante, tunc enim dicitur conſtare de contumacia.
194 Bar. ſaluatur à contrarietate.
195 Negatiua, quòd talis non comparuit, an ex eo probetur, quòd in actis non reperitur.
196 Sed an hoc ſatis ſit, vt pro confeſſo habeatur.
197 Confeſſionem fictam non operatur ſolus lapſus termini banni ſine pronunciatione iudicis.
198 Pro confeſſo ante declarationem non habetur quis irreuocabiliter.
199 Prorogatio iuriſdictionis an fiat per actus factos coram iudice incompetenti ante litem conteſtatam.
200 Confeßio licèt ſit erronea, præiudicat reuocabiliter.
201 Confeſſio aduocati facta parte præſente, & tacente, præiudicat reuocabiliter vſque ad biduum.
202 Confeßio filij, ſeu ſerui, nocet domino, vel patri in noxali cauſa, ſed reuocabiliter.
203 Iul. Clar. declaratur.
204 Bannitus tenetur docere de ſua innocentia quando potuit appellare, & non appellauit, aliàs ſecus, ſi appellare non potuit.
205 Bannitus etiam poſt ſententiam non tenetur docere de ſua innocentia ſecundum aliquos, ſed alij contra, vt nu. ſeq.
207 Nelli diſtinctio quando bannitus teneatur probare ſuam innocentiam, & quando fiſcus, illum deliquiſſe. & nu. ſeq.
209 Bannitus an egeat reſtitutione in integrum, vt poſſit oſtendere iuſtam ſibi fuiſſe

fuiſſe



fuiſſe cauſam non comparendi.
211 Contumax habetur pro vero contumace ex forma cõſtitutionum Marchiæ.
212 Bannitus tenetur poſt ſententiam docere de ſua innocentia ex forma conſtitutionum Marchiæ.
213 Itemq; ex Motu proprio Iulij II. confirmato per Pium IIII.
214 Probatio legitima requiritur contra fictam confeſſionem.
215 Probatio minus plena requiritur ad probandam innocentiam banniti, quando contra eum debilia ſunt indicia.
216 Præſumptio ſententiæ latæ contra bannitum tollitur per minus plenam probationem.
217 Sententia exequi non poteſt contra bannitum, cuius præſumptio ſublata eſt per minus etiam plenam probationem.
218 Confeßionis fictæ vis ſublata non dicitur per admiſſionem banniti ad nouas defenſiones.
219 Senatus Mediolanenſis practica in executione ſententiarum capitalium. & nu. 221. 233. & 234.
220 Torqueri in dubio debet bannitus, quando iudex ex qualitate indiciorum tutam non habet conſcientiam.
222 Bannitus poſt ſententiam licèt admiſſus ad nouas defenſiones debet aliquid probare, quamuis nihil contra eum eſſet, niſi contumacia.
223 Sententia infra annum contra bannitum captum exequi debet negatis defenſionibus.
224 Idem contra captum poſt annum.
225 Iudicium oritur ad torturam ex ficta confeßione.
226 Sententia diffinitiua ferri poteſt ex ficta confeßione, quando ritè & rectè proceſſus formatus fuit.
227 Pœna ordinaria delicti imponi poteſt ex ficta confeſſione.
228 Sed quando hoc locum habeat. & nu. 229.
230 Bannito capto ſola reſtat executio.
231 Criminis veritas capto bannito non inquiritur.
232 Quamuis in aliquibus locis contrarium ſeruetur.
233 Bannitis captis quid Senatus Mediolanenſis ſeruet in procedendo contra eos.
234 Et quid quando admiſſi ſunt ad nouas defenſiones.
235 Boſ. quomodo intelligatur in tit. de confeſſis per torturam. nu. 23.
236 Captis bannitis quid ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico.
237 Iudex alterius fori in ſtatu Eccleſiaſtico exequi poteſt ſententias contumaciales contra bannitos à ſe captos. & nu. 241.
238 Sententia lata in vna Ciuitate contra bannitos, poteſt exequi in alia, vbi capti eſſent, ſi ambæ ſunt ſub eodem Principe.
239 Ciuitas Bononiæ, & Nurſiæ ſub ditione Pontificis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ.

Muti-

240 *Mutinæ Ciuitas fuit ſub ditione ſedis Apoſtolicæ.*

241 *Bannum ab vno officiali latum facit indicium ad torturam coram alio officiali non banniente.*

242 *Bannitus pro homicidio an in qualibet Mundi parte capi poſſit, ac ēt puniri.*

243 *Tribunal Dei vbique eſt.*

244 *Hæreticus in qualibet Mundi parte puniri poteſt.*

245 *Hæretici remiſſio ad locum delicti an fieri poſſit, & debeat.*

246 *Hæreticus omnem lædit creaturam, & elementis facit iniuriam.*

247 *Homicida, vel hæreticus vagabundus vbique capi & puniri poteſt.*

248 *Vagabundus quis dicatur, & quid requiratur, vt quis dicatur vagabundus nu. ſeq.*

250 *Bannitus at eo ipſo, quòd eſt bannitus, dicitur vagabundus.*

251 *Bannitus dicitur vagabundus ſi certam habitationem non habet, & ita ſine certa habitatione per mundum vagatur.*

252 *Remiſſio delinquentis an & inter quos iudices fieri debeat.*

253 *Remiſſio hæretici an peti poſſit à quouis inquiſitore.*

*Inquiſitores omnes hæreticæ prauitatis ſunt ſub eodem Imperio Summi Pont. ibid.*

254 *Remiſſio vt fieri poſſit delinquentis quæ ſint obſeruanda, remiſſiuè.*

255 *Remiſſio fit interdum delinquentis de conſuetudine, & de facto Principibus finitimis.*

256 *Remiſſio fieri non debet inter diuerſa dominia.*

257 *Delinquentes admonentur, vt ſaluumconductum obtineant à Principe, in cuius territorio morantur, ne remittantur ad locum delicti.*

258 *Bannitus captus poteſt de iure per viam exceptionis executionem impedire, modò exceptio talis ſit, quæ ſi fuiſſet à principio appoſita ante bannum, iudicium ſuſcipere compulſus non fuiſſet.*

*Sed hodie nō auditur niſi ſit à Principe admiſſus ad nouas defenſiones. ibid.*

259 *Bannitus ſi poſt terminum banni comparet, & negat commiſiſſe delictum, audiendus eſt. nu. ſeq.*

261 *Appellari an poſſit à contumace habito pro confeſſo, & conuicto ex ſtatuto.*

262 *Et quid quando in appellatione iuſta, & rationabilis cauſa allegatur, quæ fictam confeſſionem, & contumaciam excuſaret.*

*Appellandi ius an à Principe tolli poſſit. ibid.*

263 *Appellatio non admittitur quando delictum eſt notorium.*

264 *Et quid ſi in appellatione deducatur iuſta, & rationabilis cauſa, quæ notorium habet offuſcare.*

265 *Defenſio legitima etiam in notorijs prætendi poteſt.*

266 *Audientia ſi à ſtatuto denegatur, an poſſit appellari.*

267 *Audientia in defendendo quando denegatur, dicitur etiam prohibita appellatio.*

268 *Bannitis infra annum, & poſt annum captis nullum ſupereſt remedium,*

niſi



*niſi clementia Principis.*

269 *Princeps tenetur gratiam facere bannitis, admittendo eos ad nouas defenſiones.*

270 *Condemnantur multi in contumaciam, qui tamen ſunt innocentes, & impotentes ad ſe defendendum.*

271 *Bannitis dat Senatus Mediolanenſis literas ad nouas defenſiones.*

272 *Defenſio bannitis, qui volunt ſuam innocentiam demonſtrare, à Principe denegari non debet, ſed de iure debet ei gratiam facere.*

273 *Banniti an audiri debeant ad eorum innocentiam demonſtrandam ſine literis Principis.*

274 *Gratiæ natura eſt, vt quod abſtulit iniuſtitia, iuſtitia reſtituat.*

*Appellare in quibus caſibus liceat habito pro confeſſo. ibid.*

275 *Banniti quamuis admiſſi ad nouas defenſiones an torquendi tamen ſint ob eorum contumaciam.*

276 *Clauſula, ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium, apponi ſolet in literis Principis admittentis bannitos ad nouas defenſiones.*

277 *Banniti admiſſi ad nouas defenſiones in quibus caſibus non torqueantur ob contumaciam. remiſſiuè.*

278 *Condemnatus in contumaciam ob ſuſpitionem hæreſis, an ſi captus fuerit, audiatur tam quoad bona recuperanda, quàm quoad crimen excuſandū.*

279 *Statuta iniqua ſunt, & iniuſta, quibus cauetur, quòd certo expleto tempore condemnatus non audiatur.*

280 *Condemnatus in contumaciam, quia de crimine hæreſis eſt plenè conuictus, an ſit audiendus. & nu. 282. & 292.*

281 *Temporis nulla præfinitione à cauſæ defenſione quis ſubmoueri debet.*

283 *Clericus in ſacris conſtitutus in contumaciam pro hæreſi condemnatus, & verbaliter tantùm, quia abſens, degradatus, an puniri poſſit à Iudice ſeculari ſine alia actuali degradatione.*

284 *Et quid in alijs delictis, pro quibus tamen clericus degradari meruiſſet.*

285 *Clericus an pro aſſaſſinio poſſit à Iudice ſeculari puniri, nulla præcedente degradatione.*

286 *Iudex ſecularis per ſolam verbalem degradationem clerici nullam in eum aſſequitur iuriſdictionem.*

287 *Hoc tamen fallit, quando vltra verbalem degradationem, relictus eſt ampliùs clericus Curiæ ſeculari.*

288 *Fran. Pegn. opinio, quid ſentiendum de clerico in contumaciam condemnato pro hæreſi, & verbaliter degradato.*

289 *Degradatio verbalis depoſitio vocatur.*

290 *Clericus pro quibus criminibus degradari poſſit. vbi de crimine falſi, & calumnia in Epiſcopum.*

291 *Clericus pro aſſaſſinio ipſo iure dicitur degradatus.*

293 *Iudices ſeculares admonentur, quòd melius facient, ſi clericum in contuma-*

 ciam

ciam pro hæreſi condemnatum, & captum inquiſitoribus afferant, vt ab ipſis audiatur, & quid ſit faciendum, iudicetur.

294 Confeſſio ficta à ſtatuto inducta ſuum non operatur effectum in plurib. caſib.

295 Confeſſio ficta non operatur in tertij præiudicium.

296 Sententia lata contra vnum interdũ alteri præiudicat, ſed non tamen quando eſt lata in contumaciam.

297 Pater licet ex ſtatuto teneatur ad legitimam pro filio, non tamen tenetur pro filio condemnato in contumaciam, ſed quando hoc verum ſit, ibi declaratur. & nu. ſeq.

299 Bullæ Sixti de parte cogendo ad ſolutionem legitimæ pro filij condemnatione, declaratio.

300 Statutum concedens fieri pacem de omnibus delictis, præterquàm de homicidio, debet intelligi de homicidio vero, non de præſumpto.

301 Pater pro filio in contumaciam condemnato non tenetur ex forma conſtitutionum Marchiæ, ſed hodie contrarium ſeruatur ex Motu proprio Pij Quarti.

Condemnatus de delicto, & non propter contumaciam quando dicatur, qui eſt condemnatus in pœnas in monitorio contentas. ibid.

302 Sententia lata contra principalem delinquentem non nocet fideiuſſori, etiam ſi ſtatuto caueatur, quod contumax habeatur pro confeſſo.

303 Siue ſit fideiuſſor de præſentando.

304 Siue ſit fideiuſſor de non offendendo.

305 Siue ſit fideiuſſor in inſtrumento pacis & treguæ.

306 Sed hodie aliter ſeruatur ex Motu proprio Pij Quarti.

307 Cardinalis Columna laudatur.

308 Motus proprius Pij Quarti, quod contumacia principalis afficiat fideiuſſores, quos fideiuſſores comprehendat.

309 Pax, tregua, & cautio de non offendendo, differunt inter ſe.

310 Noluiſſe quis dicitur quod non expreſſit.

311 Mixtum an ſub ſimplici contineatur.

312 Præſertim in pœnalibus, & odioſis.

313 Hominis appellatione non venit clericus, ſed purus laicus.

314 Mixtum non continetur ſub ſimplici in exorbitantibus, & correctorijs.

315 Motus proprius Pij Quarti, quòd contumacia principalis afficiat fideiuſſores, an ſit extendendus ex ratione expreſſa.

316 Motus proprius prædictus eſt pœnalis, & correctorius.

317 Indicia, & præſumptiones afficiunt principalem, ſed non fideiuſſorem, & tertium. & nu. ſeq.

319 D. Io. Pellicanus Aduocatus Maceratenſis laudatur.

320 D. Horatius Mauolinus Aduocatus Maceratenſis laudatur.

321 Motus proprius Pij Quarti, quòd contumacia principalis afficiat fideiuſſorem, in partes diuiditur.

Simi-



322 Similiter, aduerbium ſimilitudinem importat, & æqualitatem cum caſu præcedenti.

323 Sed tamen circa diuerſas diſpoſitiones.

Similitudo plura requirit, & diuerſa quidem ſubiecta.

324 Similitudo quid ſit.

325 Otioſè repetitum aliquid eſſe non debet.

326 Dictis, dictio ad præcedentia refertur.

327 Pluralis locutio in vno tantùm non verificatur.

328 Continens ſub contento non continetur.

329 Motus proprius prædictus Pij Quarti, an in prouincia Marchiæ ſeruetur.

330 Motus proprius prædictus Pij Quarti, quòd contumacia principalis afficiat fideiuſſorem, intelligitur quoad pœnam conuentionalem applicandam fiſco, non etiam quoad damna, & intereſſe partis.

Motus proprius prædictus debet ſtrictè intelligi. ibid.

331 Promiſſio debet ſtrictè intelligi.

332 Statutum loquens de pœna, non habet locum in damno.

333 Statutum loquens de damnis, locum non habet in impenſis.

334 Contumacia patris feudatarij non nocet filijs.

335 Confeſſio ficta non operatur reſpectu hæredis.

336 Crimen nullam maculam filij infligere poteſt.

337 Bona bannitorum in aliqua prouincia ab hæredibus exigi non poſſunt.

338 Confeſſio ficta in criminalibus regulariter hæredem non afficit.

339 Quod eſt verum, quando eſt ſimplex bannum, ſecus ſi ſequuta eſt ſententia diffinitiua, vel bannum tranſiuit in condemnationem.

340 Hæredes afficiuntur ficta confeſſione defuncti, quando eſt ſequuta pronunciatio illum haberi pro confeſſo.

341 Contumaciã non tranſire ad heredes, quomodo, & quo reſpectu intelligatur.

342 Bal. & Dec. declarantur.

343 Intellectus l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſc.

344 Confeſſio ficta in caſu, quo afficit hæredem, ſolùm afficit quoad illud, quod ad hæredem peruenit.

345 Confeſſio ficta afficit hæredem in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis.

346 Confeſſio ficta principalis non nocet mandatario, & auxiliatori.

347 Vt contra mandantem poſſit procedi, de mandatario nulla debet eſſe dubitatio.

348 Mandans vt poſſit moleſtari, debet conſtare de mandatario per legitimas probationes.

349 De auxilio nemo damnatur, quando principale delictum ſolum probatur ex contumacia.

350 Confeſſio ficta reſpectu tertij operatur, ſi appareat Iudicem motum fuiſſe per veras probationes.

351 Confeſſio ficta an tertio noceat, quando bannitus notitiam habuit ſententiæ

C 2 contra

contra eum latæ, & non appellauit.
352 Sententiam contumax cenſetur approbare, ſi ſciens ab ea non appellauit.
353 Pœna an tranſeat ad hæredem, vel morte delinquentis delictū extinguatur.
354 Morte delinquentis pœna ipſo iure impoſita non extinguitur.
355 Sententia declaratoria requiritur, licèt pœna ipſo iure imponatur.
356 Sententia declaratoria ferri poteſt etiam mortuo delinquente, quando pœna imponitur ipſo iure.
357 Cur. ſen. & Rip. reprehenduntur.
358 Confeſſio ficta non operatur reſpectu qualitatum delictum aggrauantium, ſed ſolùm delicti. ſed contra. nu. 384.
359 Confeſſio vera extenditur ad ſubſtantiam perſonæ, non autem ad alias perſonæ qualitates.
360 Accuſatus de adulterio commiſſo cum vxore Titij, ſi ſimpliciter confiteatur, ſe dictam Bertam cognouiſſe, non videtur confiteri, illam eſſe vxorem Titij.
361 Fictio non plus, quàm veritas operatur.
362 Diſpoſitio, quæ fit ex neceſſitate, nunquam præcedentium qualitatum repetitionem inducit.
363 Reſponſio ſimplex, vbi agitur de graui crimine, nunquam ſecundum qualitatem præcedentis interrogationis intelligitur.
364 Statuta ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè ita intelligi debent.
365 Statuta ſunt ſtrictè interpretanda quando ſunt contra ius commune.
366 Statutum odioſum ſtrictè debet intelligi.
367 Bannitus pro homicidio veluti ex propoſito commiſſo, & habitus, & pronunciatus pro confeſſo, an teneatur probare ſe non deliquiſſe, ideſt homicidium ex propoſito non commiſiſſe.
368 Qualitas in inquiſitione deducta, probanda eſt.
369 Homicidium eſt de delictis, quæ ſui natura mala ſunt, & de genere probibitorum.
370 Probandi onus homicidium dolo non eſſe commiſſum, incumbit ipſi reo.
371 Homicidium ex propoſito eſſe commiſſum, & animo occidendi, differunt inter ſe.
372 Iudices admonentur, quòd antequàm contra contumacem pronuncietur, probetur qualitas delicti, quæ illud aggrauat.
373 Reus ſi delictum ſine qualitate confiteatur, an puniri poſſit.
374 Probatio legitima non dicitur, qualitate delicti non probata.
375 Qualitas, quæ iuriſdictionem iudicis fundat, vel iudicem iuriſdictione priuaret, debet ante omnia probari. & nu. 378.
376 Iudex de ſua iuriſdictione certus eſſe debet.
377 Confeſſio ficta non probat qualitatem delicti, nec quæ iuriſdictionem tribueret.
378 Bannum eſt nullum fundatum ſuper qualitate, quæ iuriſdictionem tribueret, de qua non conſtabat, licèt poſt bannum probaretur.



379 Inquiſitus de homicidio cum qualitate aſſaſſinij, non poteſt de aſſaſſinio condemnari, de quo non conſtaret, etſi is eſſet contumax.
380 Socij criminis dictum an probet qualitatem delicti, vel quæ iuriſdictionem tribueret.
381 Inquiſitus de parricidio, vel adulterio, licèt ſit contumax, non poteſt condemnari de delicto ſimplici, ſi de dicta qualitate parricidij, & adulterij non conſtaret.
382 Paternitas, & filiatio quomodo probetur. remiſſiuè.
383 Mulier ex contumacia de adulterio puniri non poteſt, niſi conſtet quòd eſt nupta.
384 Qualitas in inquiſitione deducta in omnibus delictis probari debet aliter, quàm ex contumacia, etſi aliqui contrarium tenuerint.
385 Etiam quòd totus tenor inquiſitionis inſereretur, & tantò magis ſi non inſereretur. nu. 388.
386 In citatione ad reſpondendum inquiſitioni, an totus tenor inquiſitionis inſeri debeat. & nu. 388.
387 Confeſſio ficta ex contumacia reſultans habetur pro ſimplici reſponſione ad inquiſitionem, & ita quoad principale delictum.
389 Bona damnatorum ad mortem ratione contumaciæ ex forma ſtatutorum non publicantur de iure.
390 Statuta omnia ſunt leges priuatorum iudiciorum.
391 Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcrip. an habeat locum in damnato in contumaciam.
392 Bona damnatorum in contumaciam confiſcantur ex forma conſtitutionum Marchiæ.
393 Bulla Sixti de redimendis bonis per conſanguineos, vel affines confiſcatis, locum habet in bonis damnati in contumaciam.
394 Confeſſio ficta non ſe extendit ad pœnam ciuilem applicandam parti.
395 Statutum Nuceriæ, quod contumacem habet pro confeſſo, intelligitur quoad pœnam fiſco applicandam, non etiam parti.
396 Motus proprius Pij IIII. de fideiuſſoribus cogendis ad ſoluendam pœnam conuentionalem, probata etiam contrauentione per fictam confeſſionem principalis, quomodo, & quo reſpectu intelligatur.
397 Lex non ſe reſtringens magis ad vnam cauſam, quàm ad alteram, debet intelligi reſpectu vtriuſque.
398 Motus proprius Pij IIII. recipit interpretationem reſtrictiuam à iure cōi.
399 Statutum Nucerinum debet intelligi ſecundum ius commune.
400 Statuta non debent latiùs, quàm ius commune in ſimilibus terminis loquens, interpretari.
401 Statuta pœnalia, & exorbitantia debent ſtrictè interpretari.
402 Confeſſio ficta à ſtatuto inducta, ſolùm operatur circa ea, quæ ſunt facti, non

*non quæ ſunt iuris.*

403 *Contumax citatus quia aliquem occiderit, non dicitur fateri, niſi quòd occiderit, non quòd illicitè, vt ſi bannitum occidiſſet.*

404 *Iudex tenetur ex officio inquirere de innocentia inquiſiti etiam confitentis vel expreßè, vel tacitè.*

405 *Et ideo multò magis reo ſe defendente.*

406 *Et quando defenſio in eo fundatur, quod fieri publicè interfuit, vt interficiendo bannitum.*

407 *Bannitum interfici, publicè intereſt.*

408 *Bannum, & fictam confeſſionem non dicitur infringere, quinimmo confirmat, qui allegat quòd occiſus potuit impunè occidi.*

409 *Statutum Peruſinum de banno contra bannitũ lato, quem effectũ operatur.*

*Pœnæ quantitas taxata in bãno, poteſt deinde in condemnatione reduci. ibid.*

*Bannum idem operatur, quod annotatio bonorum. ibid.*

410 *Bannitus audiri an debeat circa id, quod bannum non infringit.*

411 *Confeſſio ficta operatur circa ea, quæ in banno continentur.*

412 *Fictio quæ ſit, & non operatur niſi effectus à lege illam introducente expreſſos.*

413 *Contumaciæ natura eſt non perimere, niſi quatenus lex perimit, vel iudex diſponit.*

414 *Bannitus ad mortem, an teſtari poſſit.*

415 *Seruus pœnæ efficitur præſens damnatus ad mortem.*

416 *Seruus pœnæ efficitur damnatus ad mortem in contumaciam, ſi in fortiam Curiæ peruenerit.*

417 *Contumacia vltra pœnam in lege expreſſam grauari non poteſt.*

418 *Aequiparata eoſdem habent effectus.*

419 *Perinde, dictio ad omnes qualitates refertur.*

420 *Verbum habeatur, à ſtatuto poſitum, in his quæ iuris ſunt, vt quem eſſe ciuem, eſſe ſeruum, veritatem inducit, non fictionem.*

421 *Seruus pœnæ non efficitur damnatus in contumaciam, licèt ſtatutum habeat contumacem pro confeſſo, & poſſit condemnari, ac ſi per confeßionem de maleficio conſtaret: ſecus ſi diceret, quòd condemnari poſſit, ac ſi eſſet præſens, vt ſup. nu. 415. & ſeq.*

422 *Conſtitutio Aegidiana ſeu Marchiæ. c. 10. lib. 4. an ex eius verbis bannitus dicatur teſtari prohibitus.*

423 *Banniti in ſtatu Eccleſiaſtico ex Motibus proprijs dicuntur teſtari prohibiti.*

*Teſtari prohibitus ex eo quis dicitur, quòd ſuſpenſus eſt ab omni actu legitimo. ibid.*

424 *Confeſſio ficta non operatur reſpectu alterius cauſæ, & ita non præiudicat in alia cauſa etiam inter eaſdem perſonas.*

425 *Sententia lata contra abſentem, qui tamen cauſam defenderat, an tertio noceat.*

Con-



*Confeſſio ficta an dicatur probare delictum verè. ibid.*

426 *Confeſſio ficta ſuos producit effectus lato iam banno, & elapſo termino banni, non antea.*

427 *Ordo qui ſeruetur antequàm ad banni prolationem deueniatur.*

*Terminus à ſtatuto determinatus nec minui, nec prorogari poteſt à iudice.*

428 *Pœna in ipſo banno taxari, & declarari ſolet.*

429 *Sententia diffinitiua condemnatoria fertur banno iam ſequuto.*

430 *Sententia diffinitiua poſt bannum ſequutum fertur ſine alia citatione ad ſententiam.*

431 *Ordo edictorum, & citationum antequàm quis pro confeſſo habeatur, qui in Francia ſeruatur, & remiſſiuè.*

432 *Pro confeſſo haberi quis non poteſt, licèt contumax, niſi lapſo termino bãni.*

433 *Dictio, tunc, diſpoſitionem reſtringit ad certum caſum, cui addita eſt.*

434 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*

*Confeſſio ficta non oritur nondum lapſo termino banni, etiam ſi certum eßet, citatum ſua culpa comparere non poſſe infra terminum banni. ibid.*

*Statuto ſi caueatur, quod bannitus elapſo termino banni poſſit impune occidi, non poterit occidi intra terminum banni, licet certum eſſet, quod intra illum terminum comparere non poteſt. ibid.*

435 *Executio cõtra bannitos captos intelligitur, ſcilicet de ſententia, non de bãno.*

436 *Sententia diffinitiua lata omiſſo banno contra contumacem non meretur executionem.*

437 *Sententia condemnatoria ferri non poteſt, niſi in confeſſum, vel conuictum.*

438 *Bannum, quod poſt ſe expectat ſententiam diffinitiuam, non exequitur contra bannitum captum. & nu. 441.*

439 *Bannum, quod tranſit in condemnationem, exequi poteſt contra bannitum captum.*

440 *Bannum, quod tranſit in condemnationem eſt ſententia diffinitiua, ſeu habet effectum condemnationis diffinitiuæ.*

441 *Bannum, quod poſt ſe expectat ſententiam diffinitiuam, dicitur ſententia interlocutoria.*

442 *Miſſio in poſſeßionem eſt interlocutoria.*

443 *Pignorum captio eſt interlocutoria.*

444 *Bannum, quod eſt interlocutoria, reuocari poteſt.*

445 *Et dicitur hoc bannum quædam comminatio.*

446 *Alex. conſ. 90. nu. 6 lib. 1. de banno loquens, de quo bãno loqui intelligatur.*

447 *Bannitus ex ſolo banno non dicitur infamis.*

448 *Sententia diffinitiua lata poſt bannum exequi debet, ſiue eadem pœna, quæ in banno expreſſa eſt, in ea contineatur, ſiue maior, ſiue minor.*

449 *Bannum exequi non poteſt, ſi ſententia poſt illud lata non reperiatur.*

*Banniti quamuis lapſo termino banni condemnati non fuerint, tamen ſi longo tempore lapſo caperentur, condemnari debent tanquam confeſſi. ibid.*

 Bar.

450 *Bar.in l.diuus.ff.de cuſt.reor.quomodo intelligi debeat.*
451 *Sententia diffinitiua condemnatoria lata cōtra bannitum bannum ēt dicitur.*
*Statutum de condemnatis non habet locum in poſitis tantum in banno. ibid.*
452 *Bannum ſolum ſine ſententia an operetur effectum, vt talis in banno poſitus, ſed nondum condemnatus, torqueri poſſit.*
453 *Doctores debent intelligi ſecundum Doctores, quos allegant.*
454 *Bannitus & deinde diffinitiuè condemnatus non torquetur ſuper crimine.*
455 *Bannitus, & condemnatus torquetur ſuper complicibus, & ſuper alijs delictis.*
456 *Bannitus, & condemnatus admiſſus ad nouas defenſiones, quando ſuper crimine torqueatur.*
457 *Bannitus admiſſus ad nouas defenſiones, quando torturam euitat.*
458 *Bannitus torquetur ex banno lapſo termino banni, non ante.*
459 *Contumaciæ banniti comparentis in termino banni nulla ratio haberi debet.*
460 *Bal.in l.1. C. de hæred.inſti. quomodo loquatur.*
461 *Tempus eſſe decurſum bannito ad purgandam moram, ex quibus verbis ſtatuti colligatur.*
462 *Confeſſio ficta non tollitur per comparitionem poſt decurſum tempus ad purgandum moram.*
463 *Bannitus torqueri poteſt ex ſolo banno non data alia infamia perſonæ.*
464 *Bannitus comparens poſt terminum banni docere debet de aliquo impedimento, quod contumaciam excuſet.*
*Citatus ad locum non tutum excuſatur, ſi non comparet.ibid.*
*Contumacia excuſatur ex eo, quòd quis fuit citatus in loco, vbi citatus iam multis annis non habitauit. ibid.*
465 *Bannum datum ratione contumaciæ an reuocetur eo ipſo, quòd quis comparet, dummodo ante ſententiam.*
466 *Bannitus comparens ante ſententiam, licèt poſt terminum bāni, non amplius ex banno damnatur.*
467 *Prædicta reſtringuntur ſecundum opi. Paul.de Caſt.*
468 *Bannum ſolum ſine ſententia nondum ſequuta an excuſet fideiuſſorem, ne ſuum principalem ita in banno poſitum teneatur præſentare iuxta ſuam obligationem.*
469 *Fideiuſſor de præſentando, non tenetur ſuum principalem ex alio delicto bannitum, & condemnatum repreſentare.*
470 *Fideiuſſor de repreſentando tenetur reum repreſentare, qui ſolum ex alio delicto poſitus eſſet in banno.*
471 *Fideiuſſor de repreſentando tenetur repreſentare reum, licèt ex alio delicto condemnatum, tali tamen condemnatione, qua non obſtante, poſſet in iudicio ſiſtere.*
472 *Fideiuſſor de repreſentando an liberetur, vel ei competat exceptio ex ſola inquiſitione, & accuſatione inſtituta ad aliud delictum contra ſuum principalem, quem repreſentare promiſit.*



473 *Fideiuſſor de repreſentando an liberetur propter ſuſpitionem ortam ante accuſationem, vel inquiſitionem.*
474 *Fideiuſſor de repreſentando excuſatur ob impoßibilitatem.*
475 *L.ſed & ſi quis cautio. & l. ſi deceſſerit. quomodo loquantur.*
476 *Fideiuſſor de repreſentando an excuſetur, ſiue ſuus principalis reus fiat homicidij penes eundem Iudicem, ſiue penes alium.*
477 *Fideiuſſor de repreſentando an excuſetur ſiue de delicto principalis repreſentandi conſtet, ſiue non conſtet.*
478 *Cautela pro curia, & fiſco, ne Iudex priùs reum repreſentandum condemnet de alio delicto poſtea commiſſum, quàm fideiuſſorem requirat ad illum repreſentandum.*
479 *Hiero.Gabriel. conſi.181. declaratur.*

# CAP. I.

## *Quomodo in abſentes procedat hodie condemnatio capitalis, & quomodo capto bannito ſola reſtat executio.*

REM itaque paulò altiùs repetentes, quò apertiùs
1 cuncta intelligantur, ſciēdum eſt, quòd olim † de iure communi contra abſentem ad ſententiā diffinitiuam pro delicto, de quo is inquirebatur, ꝓcedi non poterat, ſi pro eo crimine pęna corporis
* afflictiua imponenda erat, vt communiter tenere Docto. teſtis eſt Anto. Gomez ſuper l.76. Tauri.num.1. quem refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.44.in prin. Certum eſt enim, quòd
2 † contumax pro confeſſo, & conuicto de iure communi haberi non poteſt.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudi.Bar.in l.abſentem.ff.de pœn.& in l.inter accuſatorem.vbi etiā Imo.de pub. iudic.& idem Bar.in conſ.111.num.6.lib.1.cum alijs, vt per Rui. conſi.68.num.5.vol.5.& conſ.31.num.1.eo.lib. Ceph.conſ.241. num.66.vol.2.Marſ.poſt Bal.Bart.Spec.Oldr. & Abb.quos alleg. in tract. de bannitis.in verb.contumaciam.nume.44. Crau.conſ. 254.nume.1.lib.2.vbi propterea dicit poſt alios, quod ſtatutum cōtrarium diſponens, eſt contra ius commune. Deciſ.Pedemon. 105.num 6 Panciroſ.conſ.115.nume.23. Aret.conſ.146.& Card. Alban.in lucubrat.ad Bar.in l.1.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.nume.25.& in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.num.6.ff.de iureiuran.vbi remittit ſe ad tex. & glo.in c.decernimus.3.q.9. & latè ex com-

* ex communi Fichard.inter communes opin.recens collect. tom.
2.lib.9.tit.2.de accuſ.num.80.Bonacoſſ.commu.opin. verb.con-
tumax.relatus inter d.communes opi.d.lib.9.tit.29.vt intra cer
tum tempus.num.11.Gigas de crimine læſæ maieſt. tit. qualiter
in crim.læſæ maieſt.proced.q.18. num. 1. quicquid dixerit Iaco.
de Aren. ſentiens,quòd quando crimen inter præſentes liquida-
tum eſt, eo quidem caſu ferri ſententia poſsit contra abſentem :
* eſt enim contra eum communis Doct.opin. vt dicit Bal.in l.quã-
uis.la 1.num.1.C.de adul,& poſt eum.Boſsi. in tract.cauſa.crim.
tit.de requiren.reis.num.1.in fi.Iul.Clar.d.q.44.in prin.qui ſub-
3 dit,id etiam procedere de iure canonico, vt † eo ſcilicet iure ad
condemnationem procedi non poſsit contra abſentem, lite non
4 conteſtata,neque † etiam ad teſtium receptionem: non enim eo
* iure pro confeſſo habetur. dicens hanc eſſe communem opinio.
ex Abb.c.veritatis.poſt num.20.& poſt num.27. de dolo, & con-
tumac.& refert,& ſequitur Hippo.Bonacoſſ.par.1. commu.opin.
crim.in verbo,contumax abſens.& in 2.par.in verb.ſententia dif-
finitiua.vbi dicit ex Vitali.quem alleg.communem opin.legiſta-
rum.Burſat.qui alios alleg.conſ.7. num.20. vol.1.

5 Vbi † verò pęna relegationis ſolùm,vel relegatione minor im
ponenda erat, poterat quidem eo caſu de iure communi abſens
* condemnari,vt eſt communis opinio,ſecundum Bal.in l.abſentẽ.
in fi.C.de accuſ.vbi quoque Salic.num.14.& poſt eos tract.Con-
rad.fol.441.poſt num.7.verſ. quarto excipio Boſsi.tit.de requir.
reis,poſt num.1.Iul.Clar.d.q.44.poſt prin.& ſequitur Simanc.de
catholic.inſtitu.aduerſus hæreſes.tit.2.de abſentib.nu.4.& Hip-
pol.Bonacoſ.in d.verbo,contumax abſens.& Guliel.Benedict. in
c.Raynu.par.2.in verbo,mortuo itaque teſtatore.num.156.& ſe
quen.vbi dicit idem etiam in caſu l.ne diu.C. de pœnis. quoties
ſcilicet agitur de perfidia,& crimine officiarij,qui in officio deli-
quit,& in caſu l. lege Cornelia.§.conſtitutum. ff. ad leg. Cornel.
de ſicca. quando ſcilicet aliquis hominem caſtrauit, & eunuchũ
fecit.& in reo criminis læſæ maieſtatis, & vbi Papa, vel Impera-
tor de crimine cognoſceret: in his enim etiam de iure communi
proceditur,contra abſentem,& contumacem etiam ad pęnam ca
pitalem,vt per eum ibi. qui tamẽ hoc intelligit examinatis prius
teſtibus,quos iudex prius examinare debet,& poſtquam conſta
ret per legitimas probationes de maleficio, ad condemnationẽ
procedere poterit in d.caſibus de iure etiam communi:ſola enim
contumacia non ſufficeret,ſecundum Barto.in l.abſentem. ff.de
pęn. cum nec etiam in ciuilibus, & pecuniarijs ſola contumacia
ſufficiat,vt contra abſentem procedatur,auth.qui ſemel.ibi,per-
quiſita



quiſita veritate.C.quomodo & quando iudex.

6 Et † in illis caſibus, in quibus de iure cõmuni abſens poterat
diffinitiuè condemnari,reus requiri,& citari debebat, accuſatio
ni,& inquiſitioni contra eum formatæ reſponſurus, non ſolùm
expreſſa cauſa criminis,pro quo citabatur,ſed inſerto etiam toto
* tenore libelli inquiſitionis,vt ex communi,& ex conſuetudine di
cit Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi.q.31.verſ.quæro nunc.& verſ.quæ-
7 ro nunquid.Et † legitimè reo intimata citatione prædicta,ſi is in
termino ſibi ad comparendum aſsignato non comparuiſſet, bo-
norum annotatio, & deſcriptio ipſius delinquentis per modum
inuentarij corã Tabellione per Iudicem fieri debebat, ne in dã-
num fiſci bona perirent,& occultarentur; quæ quidem bona pe-
nès aliquem tertium deponi debebant,qui illorum cuſtodiam,&
curam haberet,vel ipſe Iudex ad annotationẽ huiuſmodi facien-
dam Notarium deſtinabat.Ang.d.l.1.C.de requir.reis.Gand.de
malefi.tit.quid ſit agen.reo abſente,&c.num.1.& no.Bar.& com-
* muniter Doct.antiqui in l.1.ff.de requir.reis.tex. in d.l.1.C. eo.
tit.& ibi not.& declarat Salyc.nume.5.tex.in l.ſi quis intra.C.de
bon.proſcri.& ibi not.& commendant Bald.Saly.& alij Docto.in
l.1.§.pen.ff.de ventr.in poſſ.mitten. tex. in l.fi. C.de bon.vacant.
lib.10.& ibi Docto.tenet etiam, & declarat Bar.in l.poſt contra-
ctum.col.fin.ff.de dona.Plate.in l.defenſionis facultas. C.de iure
fiſci.lib.10.Spec.in tit.de accuſa.nume.1.& 7. Gand. de malefi.d.
tit.quid ſit agen.reo abſente,&c.Foller.in pract.crim. in verb.an
notentur bona contumacis.Iul.Clar.d.q.44.in prin.circa fi.ſub-
inde Iudex reum ipſum iterum vocari per edicta faciebat, vt ad
ſe excuſandum veniret, illi etiam notificans qualiter eius bona
8 annotata erant. Et † ſiquidem reus infra annum comparuiſſet,
& ab imputatione criminis ſe defendiſſet,abſoluebatur,& omnia
bona ſua annotata illi etiam reſtituebantur : ſi verò poſt annũ ẽt
quandocunq; comparuiſſet, adhuc ſemper ſuper crimine audiri
debebat,& ſimiliter ſi ſe defendiſſet, abſoluebatur: bona autẽ illi
non reſtituebantur,ſed fiſco in pœnam ſuæ contumaciæ remane-
bant,vt habetur in d.l.1.ff.de requi.reis.& ibi per Doct.& Gand.
Ang.Guliel.Bened.Foller. & Iul.Clar.in dictis iam citatis loc.&
Pancirol. conſ.115. poſt num. 23.

9 Sed † hodie ex generali conſuetudine totius Italiæ procul du-
* bio in quantumcunque graui crimine contra abſentes procedi-
tur,& pro confeſsis ex contumacia habentur, & non ſolùm ban-
niuntur,ſed ad mortem etiam condemnantur,vt atteſtatur Gãd.
in loco iam citato.Alber.in l.ſeruum quoque.§.publicè. num.23.
in fi.ff.de procur.& in l.pen.§.ad crimen.num.23.in fi.ff.de publ.
iud.&

iud.& in 4.par.ſtat.q.1.num.3.Bonif.Vital.de maleſ.tit.de com-
parit.accuſat. nume.74. & alij omnes Criminaliſtæ, & Bonacoſſ.
* commu.opin.verbo,contumax. relatus inter d.communes opin.
d.tit.29.de quæſtio.lib.9.tom.2.omnibus enim id notiſsimũ eſt,
vt dicit Iul.Clar.d.q.44.verſ.licet autem.vbi etiam ſubdit, quòd
10 † in Gallia conſtito de delicto contra abſentem proceditur etiã
ad ſententiam diffinitiuam, quãtuor tamen præcedentibus con-
tumacijs, vt antea dixerat Ioan.Fab. in l.cunctos populos. C. de
ſum.Trin.Maſſuer.in pract.tit.de dilatio.nu.25. & in tit.de con-
tumacia.num.12.Boer.deciſ.63.num.8.& ſuper conſuetud.Bitu-
ric.fol.25.col.1.Fichard.relatus inter communes opi.recens col-
lect.lib.9.tit.2.de accuſa.num.80.vbi etiam de conſuetudine Ita-
* lię,de qua etiam teſtatur Petr.Greg.lib.48.Syntagmat.iuris vni-
11 uerſi.c.3.num.19.Et in † Curijs Franciæ contumacem haberi pro
confeſſo,& conuicto,& ad mortem etiam virtute confeſsionis hu
* iuſmodi condemnari,& ita ſeruari,& quotidie tractari atteſtatur
Gul.Benedic.in d.2.par.rep.c.Raynutius.num.158.in verbo,mor
tuo itaque teſtatore.vbi ponit vniuerſam praxim Curiarum Fran
ciæ,quam non refero.Igne.in l.lege Cornelia. num.32. ff.ad Syl-
la.Ioan.Franc.Scaglio.ſuper ritu magn.Cur.ritu 264. num.3. Fi-
chard.vbi ſupra.alios recenſet Iul.Clar.d.q.44.d.verſ. licet autẽ.
dicens etiam poſt Anto.Gomez.ſuper d.l.76.Tauri.num.8.idem
12 † in Hiſpania non ſolùm in foro ciuili, ſed etiam in foro canoni-
* co obſeruari. Nam † hodie ſi citatus contumax eſt,excõmunica-
13 tur,vt dicit Foller.in pract.crim.cano.fol.148.num.12.in fi.& ſi in
excommunicatione per annum perſeuerauerit, pro confeſſo ha-
* betur,& pro conuicto de crimine,de quo imputatur, vt eſt com-
munis concluſio, vt dicit Rip.in c.1.num.77.de iudic.& dicit Spe
cul.tit.de accuſatio.num.1.quòd in pleriſque locis de conſuetudi
ne abſens contumaciter pro confeſſo habetur.arg.l.3.C.de aſſeſſ.
auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport.cũ alijs per Spec.
alleg.in d.loco.& ex ſtatutis communiter in Italia ita dictantibus
* abſentem ob delictum poſſe condemnari, & hanc eſſe communẽ
opin.ex Corn.& Marſi. quos alleg.dicit Hippol.Bonacoſſ. 1.par.
commu.opin.crim.in verb.contumax reus.& in verb.ſeq.contu-
max abſens.relatus inter communes opin. recens collect. tom.2.
lib.9.tit.29.vt infra cert.temp.num.16.Guliel.Benedict.vbi ſup.
& eam ſententiam abſentem damnari non poſſe ex omnibus tri-
bunalibus exploſam, eiectamque eſſe, nam quò grauius crimen
fuerit obiectum,eo magis abſens contumax damnari ſolet.teſta-
tur etiam Simanc. de catholic.inſti. aduerſus hæreſes. d.tit.2. de
abſentibus.quo loci oſtendit etiam, quòd nec quidem id recens
eſt,ſed



eſt,ſed quòd ſuppetunt exempla plurima,ex quibus liquidò per-
ſpici poteſt, iam olim hoc vſitatum fuiſſe, abſentes contumaces
14 etiam damnari, vt apud eum videre potes. Et † in ſtatu Eccleſia-
ſtico vltra ſtatuta locorum,ex diſpoſitione Aegidianarum conſti
tutionum,quæ Marchiæ conſtitutiones vulgò nuncupantur,& ex
forma Motus proprij Paul. III. in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruari de-
bent,contumax habetur pro confeſſo,& conuicto,vt habetur lib.
4.c.10.de modo,& effectu citationis, & banni. ſecundum nouam
compilationem.

Quod quidem (vt diximus) nouum non eſt,nec recens,cum iã
etiam olim hoc vſitatum fuerit, abſentes cõtumaces damnari, vt
15 pluribus exemplis oſtendit Simanc. in d. loco. & non † omnino
abhorret à iure communi,vt inquit Natt.conſil.542.num.16.vo-
lum.3.cum in quibuſdam caſibus etiam de iure communi contu-
max pro confeſſo habeatur. l.locorum. ibi, propria confitentur
abſentia.C.de omni agro deſerto.lib.11. §.ſi verò etiam quidam.
in auth.de exhiben.reis.cum alijs alleg.per Natt.d.conſi.542.nu
me.17.& antea Marſi.conſi.49.num.29.vol.1. Foller.in pract.cri
min. in verb. & ſi confitebuntur. 4.par.3.par.nume.1.& ante hos
omnes Ang.in l.fi.§.in eos.num.3.ff.de cuſto.& exhib.reor.& di-
xit etiam Cacheran.deciſ.Pedemon.105. poſt num.12. & Iacob.
Menoch.conſi.100.num.159.lib.1. Iul.Clar. qui loquitur de cri-
mine læſæ maieſt.lib.5.ſenten.§.læſæ maieſt.verſi.fi.Et ideo dictę
16 † conſtitutiones, & ſimilia ſtatuta potius exorbitantia à iure cõ-
muni,quàm correctoria dicuntur,vt per Nat.d.conſi.542.nu.16.
& Iac. Menoch. d.conſ.100. nu.159.

17 Nec † illud,quod dictum eſt de annotatione bonorum,neque
quòd accuſatus per annum expectetur,ſeruatur hodie de conſue-
* tudine generali contra contumacem, immo cum ſolemniter reus
citatus fuerit,in banno ponitur,& ſuper accuſatione,ſeu inquiſi-
tione, ac banno ſequuto poſtea condemnatur. ita in Lombar-
dia,Marchia Anconitana,Tuſcia, & per totam Italiam obſerua-
tur,vt dicit Gand.de maleſi.tit.quid ſit agen.reo abſente,&c.nu-
me.3.quem refert Prac.Conrad.fol.441.poſt num.8.& ambos re-
fert Iul.Clar.d.q.44.verſ.ſed hodie.& eſt d.conſtitutio Aegidia-
na d.c.10.lib.4.& dicit Bal.in d.l.abſentem.num.2. C.de accuſat.
18 quòd Doct.dicunt,quòd † iſta bonorum annotatio hodie in vſu
* non eſt,ſed in eius locum bannum ſucceſsit,quod fit reis abſenti-
bus,quod & dicit Nat.conſi.540.num.19.vol.3. & Blanc.in pract.
crim.fol.9.nume.8.& incertus Author conſil.42. nume.7. tom.2.
conſil.crim.

19 Sed † ne in damnum fiſci bona occultentur, ſi crimen tale eſt,
pro

pro quo pęna veniat imponenda confiſcationis bonorum, ſtatim
contra reum Notarius tranſmittitur, qui per modum inuentarij
bona delinquentis deſcribat,& penès tertium idoneum deponat,
vt ex Bar.in l.mandatis.ff.de requiren.reis. Plate.in d.l.defenſio-
nis.C.de iure fiſci.li.10.Boer.& alijs,quos refert Afflict.deciſ.61.
num.21.in fi.Guid.Pap.deciſ.351. & Picus in d.l. poſt contractū.
* num.96.ff.de dona.communem pronunciat Eman.Xuarez.in ſuo
theſaur.recept.ſent.littera,A.Accuſatus,nu.34.quem refert Hip.
* po.Bonacoſſ.lib.1. communium opin.crim.in verb.inuentariū.&
quotidie ita fit,& practicatur,vt dicit Ant.Gomez. c.9. delictor.
nume.2. vt etiam ita generaliter ſeruari atteſtatur Carauit. ſuper
21.Rit.magn.cur.circa fi.& praxi receptum eſſe profitetur Pic.in
d.l.poſt contractum.nume.96. & ex eo Xuarez in d.verb. accuſa-
tus.& dicit Iodoc.in pract.crim.c.14. de annotatione bonorum,
20 num.7.annotationem † hanc bonorum per commiſsionem fieri
criminalem executoris,ſimulatque aſſumptæ ſunt informationes
* contra aliquem in ſolito,receptoque ſtylo,vſu,& conſuetudine,&
ita ſeruari in Ducatu Mediolani atteſtatur Iul.Clar.d.q.44.verſi.
21 ſed hodie.licèt † vt plurimùm iudices de non comparitione ci-
tati timentes, etiam ante contractam contumaciam, ne bona oc-
cultentur,& fiſcus ita fraudetur,ad dicti inuentarij confectionem
procedere ſoleant,vt dicit Foller.in pract.crim.in d.verbo.anno-
22 tentur bona.col.1.ſecundum vtranque editio. Et † de huiuſmodi
bonorum deſcriptione publicum debet fieri inſtrumentum.Spec.
in d.tit.de accuſa.§.ſequitur.num.7.Anto.Columb. in tract.pro-
23 ceden.in controuerſijs crim.art.87. Qualiter † autē fieri debeat
deſcriptio hæc,habetur in d.l.ſi quis intra prouinciam.& per Spe-
cul.in d.tit.de accuſa.num.7.Foller.in d.verbo.annotentur bona.
24 Et † de iure deſcribi poſſunt bona omnia,tam mobilia,quàm im
mobilia ipſius delinquentis,iuxta formam traditam in d.l.ſi quis
* intra prouinciam.& tradit Spec.in d.§.ſequitur.nume.7. Sed ho-
25 die † annotatio non fit niſi bonorum mobilium, vt dicit Iaco.de
Beluiſ.in tit.de pace tenen.in prin.verſi.& not.hic. & ita illum re-
fert Bald.ibi,poſt nu.14.& Aug.Arim.ad Ang.de maleſi.in verb.
Qui dominus iudex videns.num.8.Capic.deciſ.131.nu.4. & om-
nes.Iul.Clar.d.q.44.verſ.ſed hodie. licèt in aliquibus locis etiam
immobilia annotentur,vt in Ducatu Mediolani,vt dicit idem Iul.
Clar. d.verſic.ſed hodie.vt etiam in Regno ex conſtit.grandis. vt
per Foller.vbi ſup.num.1.& in Regno Siciliæ etiam feuda, & ca-
ſtra apprehendi ſolent, & adminiſtrari per commiſſarios Regios.
Capic. d. deciſ.131.num.4.
26 Et quemadmodum † in cæteris criminibus hodie in abſentes
contu-



contumaces proceditur,ita etiam in crimine hæreſis in abſentem
procedi ſolet,ſiue de abſentis hæreſi plenè iudicibus conſtet,ſiue
ſolum de hæreſis ſuſpitione,licèt plurimum referat,an abſens cō-
tumax plenè cōuictus ſit de vera,& formali hæreſi: an verò ſolùm
hæreſis ſuſpitione laboret,tam quoad modum procedendi,quàm
quoad ſententiam in ipſum reum abſentem pronunciandam, vt
habetur per Io.Berard.Diaz. in pract.crim.cano.c.142. Conrad.
Bru.lib.4.de hæretic.c.11.Simanc.Cathol.inſtit.tit.11. de abſen-
tib.num.6.& alijs ſeq.& in prax.hæreſ.c.45. Franc.Pegn.in ſchol.
69.ad 3.par. director.inquiſitor.
27 Et † valent quidem conſtitutiones prædictæ,& ſimilia ſtatuta,
& praxis hæc procedendi in abſentes contumaces ita ſubſiſtit. vt
tenet Io.And.in c.veritatis.de dol.& contuma. & Bal.de pac.iur.
firm.§.iniuria.col.4.verſi.quæro vtrum valeat ſtatutum. ad quod
allegat l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu. glo.quam
dicit non eſſe alibi in d.l.locorum.C.de omni agro deſert.lib.11.
& habetur plenè per Neil.de bannit.in prælurdio.ſequitur Foller.
in d.verb.& ſi confitebuntur.num.2.Marſ.in tract.de bannitis.in
verb.contumacia.num.45.Card.Alban.in lucubrat.in Bart.in l.ſi
duo patroni.§.ſi quis iurauerit.nu.4. ff.de iureiuran. Alber.Bru.
de ſtatutis.in verb.contumax.verſi.4.& vbique omnes tenent ſta-
* tuta huiuſmodi eſſe valida,& practica cōmunis approbat, & com
munis vſus: in tantum vt valeant huiuſmodi conſtitutiones, &
ſtatuta, etiam quòd diſponerent, quòd ex ſola contumacia, ali-
ter non conſtito de crimine,poſsit quis ad mortem condemnari,
vt per Auguſt.de Arim.ad Ang.de maleſi.in verb.quod fama pu-
blica.num.48.verſi.quærit Lud.ex Bald.qui ita dicit in c.1.§.fur-
tum.de pac.iur.firm.alios citat Marſi.in tract.de bānitis.in verb.
contumaciam.num.133.vbi ſe remittit ad alibi dicta per eum. eſt
28 enim hoc † de iure poſitiuo,ita vt diſponi poſsit,quòd abſens cō-
tumax damnetur,contra ius commune,vt declarat Bal.in l.abſen
tes.C.de accuſat.& in l.nec diu.C.de pœn.Imo.conſi.110.Guliel.
Bened.in d.c.Raynutius. in d.verb. mortuo itaque teſtatore. nu-
me.157.in fi. Tiber.Decian.conſi.18.num.96. vol.1. qui dicit,id
etiam colligi ex dictis per Bar.in l.hæc autem.q.2.ff.ex quib.cauſ.
in poſſeſ.eat.& in auth.ſi omnes. C.ſi vt ſe ab hæred.abſtin. & per
* Bal.& alios in l.venter. C.de iure delib. & per omnes in l.decem.
ff.de verb.oblig.
29 Et † ſenſus eſt dictorum ſtatutorum,& conſtitutionum, vt cō-
tumax pro confeſſo habeatur, ac ſi in iudicio ſpontè,ac ſolemni-
ter eſſet confeſſus. ita declarat Bald. in l. quoniam. ff. de his, qui
not. infam.& in l.ſi tutor.C.de inter.matrim.& poſt eum Natt.d.
conſi.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

d.conſ.542.num.8.Bonacoſ.in ſuis commu.opin. verb.contuma-
ciæ ſententia.relatus inter communes opini.recens collect. tom.
2.lib.9.tit.30.de pœn.num.14. vbi ad hoc etiam allegat Cyril. in
ſum.crim.tit.de quæſt.§.6.num.21. & Ioſeph.Ludo. in ſuis com-
mun.concluſio.in 3.concluſ.verſic.tertia coniectura. Quæ tamen
confeſsio ita ex vi huius ſtatuti,& conſtitutionis reſultans ficta di
citur confeſsio,ac præſumptiua. Iac.de Are.in l.fi. de iura.calum.
Bal.in l.ita demum.circa fi.C.de procura.Mar.conſi.10. Rolan.à
Valle conſi.94.num.4.lib.3.& vbique omnes hanc fictam, & præ-
ſumptiuam confeſsionem dicunt, & plures infra allegauimus. c.
fin.num.8.

30 Et † plures confeſsio hæc à dictis conſtitutionibus & ſtatutis
inducta operatur effectus, quos recenſet Foller.in d.verb.& ſi cō-
fitebuntur.4.par.nume.28. & alijs plurib.ſeq.aliquos Guliel.Be-
ned.in c.Raynutius. par.2. in verb.mortuo itaque teſtatore.1.de
teſtam.& alij alibi.

31 Eorum † primus eſt, quia æquiualet confeſsioni veræ in iudi-
cio factæ,& præſente parte. Bal. & Natt.in proximis citatis locis.
Foller.in d.verb.& ſi confitebuntur.d.num.28. Guliel.Benedict.
in d.verb.mortuo itaque teſtatore.num.159.Ioſeph.Lud. vbi ſu-
32 pra. Et † ideo leges loquentes de confeſsione vera,trahuntur ad
hanc fictam confeſsionem.vt poſt Iac.Butr.& Bar.quos alleg.tra-
dit Nell.de bannit. 1.par.2.temp. q.49.

33 Secundus † eſt effectus, quia eundem operatur effectum, quē
vera operatur,qđ ex d.æquiparatione primi effectus ſatis ſuperq;
probatur,& expreſſe Foller.in d.loco.nu.30.vbi ad hoc alleg.Bal.
& Paul.de Caſtr. alios recenſet Rolan.à Valle conſi.31. nu.7. vo-
lu.1.& conſi.94.nu.5.vol.3.Bertazol.conſi.82.nu.18. lib.1.& con
34 ſil.83. nu. 16.eo.lib.& conſi.335.nu.10.lib.2.Vnde † quemadmo
dum confeſsio vera validat proceſſum criminalem aliàs inordina
tum,& nullū,iuxta not.per Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.& ex-
hibit.reo.& conſi.100.Inno. & omnes in c.qualiter & quū.de accu
ſatio.Marſi.conſi.46.nu.17.conſi.48.col.2. & conſil.29.nu. 5.vbi
* dicit communem,quem refert Bonacoſſ. in ſuis commu. opin.in
verbo.confeſsio.relatus inter cōmunes opin.recens collect.tom.
2.lib.7.tit.19.de cōfeſsis.nu.6.& nu.49.Rolan.à Valle d. cōſi.31.
nu.4.& alijs ſeq.Purpurat.cōſi.52.nu.12.lib.1.Boſſ.in tract. cauſ.
* crim. tit.de confeſſ.nu.40.& ex pluribus cōmunē dicit Iul. Clar.
lib.5.ſenten.§.fin.q.55.ver.item poſſet.& Fichard. in ſuis cōmu.
opin.verbo.confeſſio.relatus inter d.communes opin.recens col
35 lect. tom. 2.lib.7.tit.19.nu.60.quia † confeſſio iudicij nec ordi-
nem,nec telam requirit.vt voluit Bal.in l.properandum.in prin.

in fin.



in fi.verb.C.de iud.& ſequitur Ang.de malefi.in glo. comparue-
runt dicti inquiſiti,& confitentur totum.ver.quæro an confeſſus.
36 & Rolan. à Valle d. conſi. 31.nu.5. Ita † etiam proceſſum crimi-
nalem inordinatum, & nullum confeſſio hæc ficta à ſtatuto indu
cta validare videtur,vt per Bar.conſi. 100. quem refert, & ſequi-
tur Nell.de bannit.1.par.2.temp.q.49.in fin.Marſ.d.conſi.46.nu
me.19.Rolan.d.conſi.31.nu.7.Bertaz.d.conſi. 83.num.16 lib. 1.
Quod tū an procedat,& qualiter, diximus infra cap. fi.nu.217.

37 Prout † etiam ſi virtute d.confeſſionis aliqui banniuntur,&
damnantur,non ſecus occidi poterunt, quàm alij banniti,qui ex
veris probationibus condemnati fuiſſent. & ita ſtatutum loquēs
de vero maleficio, vel malefactore, locum habet in condemnato
de maleficio ex contumacia, ſtante ſtatuto,ꝙ cōtumax habeatur
pro confeſſo,vt conſuluit Bal.conſi.193.vol.2.Alex. cōſi.164.nu.
8.lib.7.Ang. tradit de malefic. in verb. qui Iudex videns.colu.9.
ver.quæro an contumacia. Ruin.conſi.84.nu.7.vol.4.Gozad.cō-
ſi.61.nu. 19.& 20.Blanc.in prac.crim.fol.66. nu.9. Bertazo. cōſi.
82.nu.21. & videtur huic opinioni adhærere Marſ.in tract.de ban
nitis.in verb.contumaciam.nu.113. & Albert. Brun. de ſtatutis.
in verb.bannitus.ver.ſtatutum dicit ꝙ bannitus.etſi Corn. conſi.
281.vol.4.contrarium conſuluerit.& pro eius opinione facit, qđ
* ipſemet Bal. dicit d.conſi.193.ꝙ doct.communiter dicunt,ꝙ il-
38 le dicit, † condemnatus de maleficio, qui fuit præſens, & facit
ſuas defenſiones,& tū fuit eis nō attentis condēnatus, nō autem
ille, qui fuit contumax, & ita in contumaciam condemnatus, vt
* etiam ita magis communiter cōcludi atteſtatur Alex.in l.ſi mo-
ra.poſt nu.13.ff.ſol.matr.quem refert Rolan.à Valle.conſi.45.nu
me.66.lib.1.& videtur hanc opi.tenere Guliel Bened.in d. verb.
* mortuo itaque teſtatore.nu. 174. & ſeq. alios de communi atte-
ſtantes refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§.1. ver.quæro etiā. qui ita hāc
opin.eſſe cōmunē præſupponit in his terminis. & Bertaz. cōſ.83.
nu.9.lib.1.& ſequitur hanc opin. plures allegans idem Rolan.cō
ſi.94.nu.17.volu.3.& Viui.poſt alios,quos alleg. opin. cōm.770.
ver.limitatur primū. relatus inter cōmunes opin. recens collect.
tom.2.lib.9.tit.13.ad l.Corn.de ſicar. poſt.nu. 89. Ferrant. Gar-
gi. patrocin.33.nu.10.par.1.ſed ſubdit Iul.Clar.in d.loco,ꝙ cer-
tè licèt hæc opinio ſit communis, credit tamen, quòd cum diffi-
cultate poſſet obtineri in practica,nam ſtantibus ſtatutis,vel con
39 ſuetudine, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,videtur, † quòd
bannitus pro delicto in contumaciam poſſit propriè dici banni-
tus ex maleficio; non enim eo caſu bannitur, & condēnatur reus
propter contumaciam, ſed propter delictum, cuius plena proba-

D tio

40 tio reſultat ex contumacia, & tanto magis, quia videmus, ꝙ† cõmunis vſus loquendi ita interpretatur, vt ille dicatur bãnitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, prout atteſtatur Saly. in rub. C. de crim. ſtellio. circa fin & dicit Iul. Clar. in d. loco, ꝙ ita vidit pluries iudicari, & ipſe etiã ſi caſus contingeret, ita iudicaret. & quotidie videmus occidi impunè bãnitos de delicto in contumaciam, quinimmo gaudent etiam beneficio nominationis ex bannimentis, & conſtitutionibus indulto occidentibus bannitos. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur, vt dicit Bald. in d. conſi. 193. ꝙ nullus bannitus impunè offendi, & occidi poſſet, quod eſt contra ſtatutorum, & conſtitutionum, impunè offendi
41 poſſe, & occidi ſtatuentium verũ ſenſum. † quod præſertim procedit, ſi ex informationibus aſſumptis delictum probaretur. Cachera. deciſ. Pedemont. 105. nu. 12. & tangit prædictam difficultatem Foller. in d. ver. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 41. ſolũ tamen allegans Bal. & Corn. in d. locis contrarios, & nihil fir-
42 mat. Et † quòd dicunt Bar. Alex. & alij in d. l. ſi mora. procedit, quando quis eſt condemnatus pro contumacia. non enim dicitur condemnatus ex maleficio, vt per eos in d. loco, qui ita in his ter-
43 minis loquuntur, & vera † erit eorum opinio, quod bãnitus pro contumacia non poteſt impunè offendi, ſed quando, vt nos loquimur, quis eſt condemnatus in cõtumaciam pro delicto, quia pro eo citatus fuit contumax, vera, & communis eſt opin. Bald. & ſequacium ſupra relatorum, quod is bannitus poſſit impunè occidi, & ſi in contumaciam damnatus fuerit, quia non pro contumacia, ſed ex maleficio in contumaciam dãnatus dicitur, quam opi. in his terminis ſequutus eſt etiam Bero. conſi. 182. nu. 14. conſil. 197. nu. 38. vol. 3. Catel. Cotta in ſuis memorabil. in ver. ſtatutum & Capic. deciſ. 141. nu. 2. & ita hanc opin. ſequutus animaduertit Alber. Brun. de ſtatutis. in d. ver. bannitus. verſiculo, ſtatutum dicit, ꝙ bannitus. vt etiã ſequuti nouiſſimè animaduertunt Paſſett. conſi. 189. nu. 1. & ſeq. & Bertazol. d. conſi. 83. nu. 15. lib. 1. qui notat Iul. Clar. ꝙ ita vbi ſupra inaduertenter in hac quæſtione, quæ in his terminis proponitur, loquutus fuerit, prout etiã ita antea loquutus fuit Anto Gomez. in l. Taur. 76. ante nu. 15. & poſt nu. 17. & etiam Cardina. Alban. conſi. 8. nu. 27. admittens pro communi contrariam opinionem, quæ loquitur, vbi quis pro contumacia condemnatus fuerit, non etiam ex maleficio in contumaciam. & ſequitur etiam hanc opin. Claud. Bertazol. ad Barth. Bertazo. patris conſi. lib. 1. conſi. 223. ver. 5. limitatur. Ex quibus dubia redditur Deciſio Rotę 68. & 369. par. 1. deciſ. diuerſor. Rotę. & ita per pdicta per nos deducta, & quę ipſe latius deducit poſt
huius



huius noſtri operis priorem editionem dubiam reddit Poſper Farinac. lib. 1. var. qq. & commu. opin. crim. quæſt. 11. num. 93. & ſeqq. in cauſa cuiuſdam Franciſci Burgi. pro quo conſuluit iuxta dictas deciſiones Hiero. Gabr. conſi. 171. lib. 2. & valde intereſt, quod quis ſit bannitus, & condẽnatus propter contumaciam, vel propter delictum in cõtumaciam, vt ſatis colligitur ex prædictis, & ex d. deciſ. Rot. 68. & 369. vbi altera ponitur differẽtia, de qua, & alijs differentijs inter vtrunque bannũ habetur etiã per Gail. de pace public. cap. 6. & cap. 5. nu. 7.

44 Et † quemadmodũ valet ſententia lata ex vera, & expreſſa confeſſione, ita etiam valet lata ex hac ficta confeſſione, vt dicit Guliel. Bened. in d. c. Raynutius. par. 2. in d. verb. mortuo itaque teſtatore. 1. nu. 173. id ex pluribus, quæ dixerat nu. præcedentibus ibi deducens. & probatur ex d. cõſtitutione Marchiæ, & ſimil. ſtatutis diſponentibus, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, & ponatur in banno, & poſtea condemnetur, & ex alijs infra alleg. eo. cap. nu. 226.

45 Prout † etiam, propterea quia confeſſio ficta eundem, quem vera effectum operatur, vt diximus, in bonis damnatorum de iure communi ſucceditur vigore auth. bona damnatorũ. C. de bon. damna. licet reus in cõtumaciam ex forma ſtatuti pro pœna delicti bãniatur, & cõdemnetur, vt tradit Bal. in c. 1. in prin. nu. 14. de pace tenen. & in l. eius qui. §. 1. nu. 2. ff. de teſtamen. Iaco. in l. qui à latronibus. nu. 9. & ſeq. eo. tit. Nell. de bannit. 1. par. 2. tempor. q. 2. poſt medium. Bertazol. d. conſi. 83. nu. 18. lib. 1. vbi num. ſeq. poſt plures, quos recenſet, dicit, ꝙ immo d. auth. bona damnatorum. locum habet, etiam quando bona propter contumaciam annotantur.

46 Ita † etiam, quia ficta confeſsio idem qđ vera operatur, quemadmodum condemnatus ex probationibus efficitur ſeruus pœnæ, ita ſeruus pœnæ efficitur condemnatus in contumaciã ex forma ſtatuti, vt per Are. in d. l. eius qui. §. 1. col. pen. & ſi. ff. de teſta. quem refert, & ſequitur Bertazol. d. conſi. 83. nu. 19.

47 Non † tamen hoc perpetuum eſt, ꝙ ficta hæc confeſsio idem quod vera operetur, cum in certis caſibus eundem nõ operetur effectum, de quibus per Guliel. Bened. qui quatuor ponit differentias in d. verb. mortuo itaque teſtatore. d. nu. 173. & alijs anteced. & latè etiam Rolan. à Valle conſi. 94. vol. 3. vbi plures colligit differentias, vt etiam in cõſilio 31. vol. 1. de quibus infra ſuo loco dicemus.

48 Tertius † effectus eſt, quia confeſſio hæc ficta, liquidiſſima dicitur probatio. l. manifeſtę. vbi Alex. ff. de iureiur. Foller. poſt Gu

 lielm.

Iielm.Benedic.quem alleg. in d. verb. & ſi confitebuntur. nu.28.
Ruin.conſi.19.nu.3.vol.5.Rimin.iun.conſi.217.nu.13.vol.2.Ber
tazo.d.conſi.82.nu.19.Natt.conſi.542.nu.8.& ſeq.vol.3.Ioſeph
Ludo.d.3.conclu.verſic.tertia coniectura.pro quo facit, quod ſu
pra diximus, ꝙ virtute fictę confeſsionis bannitus non ſecus of-
fendi,& occidi poteſt,quàm alius bannitus, qui ex veris proba-
tionibus condemnatus fuiſſet. & ꝙ ſit liquidiſſima probatio,ſen-
tit Ang.in l.ob hæc verba.nu.5.ff.de his qui not. infam. etſi Fol-
ler.in d.verb.etſi confitebuntur.nu.2.ex glo.in d. l. locorum. C.
49 de agric.& cenſit.lib.11.dicat,† ꝙ contumacia eſt ficta probatio.
quod antea etiam dixerat Nell.de bannit. in præludio. & Marſil.
in tract.de bannitis.in verbo,contumaciam.nu.140.Idem Andr.
Gail.de pace publica.lib.2.cap.5.nu.10.& c. 8. nu.1. & lib.1.c.15.
num.11.tametſi ex ſtatuto pro legitima probatione haberi poſ-
ſit.vt per eundem Gail.poſt alios,quos alleg.d.cap.15. nu.12.

50 Quartus † eſt effectus, quia habitus pro cõfeſſo etiam poſt pe-
remptam inſtantiam condemnari poteſt,ſecundum Io.And.in c.
fin.de confeſſ.Pet.de Anch.in c.2.eo.tit.Bal.in l.2.nu.2.C. ſi pen
den.appellat.Alex.ad Bar.in l.abſentem.ff. de pœn. & Foller. vbi
ſupra.nu.32.Quamuis Rolan. à Valle contrarium teneat in d.cõ
ſil.94.num.13.vol.3.

Quintus eſt effectus,quia ficta hæc confeſſio pro ficta condem
natione habetur,vt vult Corn.conſi.55.col.2. lib.4.nu. 5. id col-
ligens ex Bar.in l.infamem. ff. de public. iud. & ſequitur Foller.
in d.verb.etſi confitebuntur.nu.31.ſed videntur concurrere duę
fictiones,ſcilicet ficta confeſsio,& ficta condemnatio, contra l.1.
C. de dot. promiſs.cum ſimil. quod & conſiderat Corn. d. conſi.
55.nu.6. & facit quod infra diximus cap. fi.nu.216.

51 Sextus † effectus eſt,quia non valet ſententia contra iſtam fi-
ctam confeſsionem.Bal.in l.error.C.de iur.& fac.ignor. Foller.in
d.loco.nu.33.qui alleg.etiam Alex.in d.l. abſentem. ff. de pœnis.

52 Septimus† eſt effectus, quia ex hac ficta confeſſione notorium
reſultat,vt per eundem Foller.in d.loco.nu. 34.poſt Bal.& Alex.
vbi ſupra.& Guliel.Benedic.in d.ſępius citato verb.mortuo itaq;
teſtatore.

53 Octauus † effectus eſt, quia contumax habitus pro confeſſo
non appellat.de quo latè ẽt Foller.in d. verb. etſi confitebuntur.
nu.35.& nos plenè diximus infra eo.cap.nu.59.109.261. quibus
addo Albert.Brun.de ſtatutis.in verb.contumax.ver. ſtante ſtatu
54 to.& alijs ſeq.ꝙ† hodie in ſtatu eccleſiaſtico bannitus,& cõdem-
natus in contumaciam captus appellatione ſe tueri non poteſt,
cùm ea; non obſtante ſententia exequi poſsit ex Motu proprio
Pij IIII.



Pij IIII.& Pij V. ex quibus in bannito capto ceſſat controuerſa
illa opinio, an ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro con-
feſſo,& conuicto, vt voluerunt d. Conſtitutiones Marchiæ lib.4.
cap.10.poſsit appellari,vt copioſè diximus d.locis. & † cum in d.
55 motu proprio Pij IIII. per Pium V.confirmato, generaliter man
detur, ꝙ contra bannitos,& condemnatos captos, appellationi-
bus quibuſcunque non attentis, ſententia exequatur. niſi dicere-
mus d.motum proprium plerunque vt alias conſtitutiones reci-
pere interpretationem ſecundum ius commune.l.2.C. de noxal.
Alciat.conſi.52.præſertim, quando non conſtaret,legem nouam
velle corrigere iura antiqua, vt poſt alios, quos alleg. tradit Ri-
mi.conſi.15.nu.37.lib.j.magis in terminis Corn.cõſi. 300. nu.4.
lib.3.& diximus infra eo.cap. nu. 399. videtur in omni caſu ſen-
tentiam exequendam eſſe, non attenta appellatione, tam ſcilicet,
ſi ita bannitus habitus ſit à ſtatuto pro confeſſo, & conuicto, q̃ ſi
tantum pro confeſſo: Vt ẽt tam ſi eſſet verus contumax, quàm ſi
verus contumax non eſſet. Prout etiam tam ſi vltra contumaciã
examinati eſſent teſtes, quàm ſi ex ſola cõtumacia ſequuta eſſet.
56 lex † enim generaliter loquens, generaliter plerunque debet in-
telligi.l.1.§.generaliter.ff.de leg.pſtan.& vbi lex non diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol. matr. imo
57 verò † lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè debet intelligi, niſi per
aliam legem de eadem materia loquẽtem diſtinguatur.l.de pre-
cio.ff.de publi.in rem actio.Rim.iun.conſi.410. num. 29 lib.4.&
58 conſi.287.nu.2.vol.3.cũ cõcord. Et † tñ aliàs de iure prædicti ca
ſus diſtinguuntur, vt aliud in vno, aliud in altero ſtatutum videa-
tur.Nam vt Nell.de bannit.4.par.j.temp.quæſt. 1. & poſt eũ Fol-
ler.in d.ver.& ſi confitebuntur.nu.35.dicit, diſtinguitur, ꝙ ſi ſta-
59 tutum dicit, † ꝙ habeatur pro confeſſo,& conuicto, non poteſt ap
pellare per l.2.C.quor.appel.nõ recip.cum alijs infra alleg. d.nu
60 me.261.Si verò † dicit, tantum haberi pro confeſſo,tunc aut eſt
verus contumax, ſecundum ea, quæ habentur in l. properandum.
§. ſin autem reus.C. de iud.l.1.C.quor.appell.& l. ad perempto-
rium.de iud.& latè Foller.in d.ver. & ſi confitebuntur.in prin. &
Burſat.qui plures congerit,conſi.225.nu.151.lib.2. & nõ poteſt
appellare, non ex vi fictæ confeſsionis ex ſtatuto ex contumacia
inductæ, ſed ex natura veræ contumaciæ. quam concluſionem
ſequitur etiam Burſat.plures congerens, & dicit communem, d.
conſi.225.nu.133.& d.conſtitutio Marchiæ d.c.10.lib.4.iam ha
bet contumacem non ſolùm pro confeſſo,& conuicto, ſed etiam
61 pro verè contumace, & ita † ex hoc ẽt videtur tollere appellatio-
nẽ, vt expreſsè altera conſtitutio.lib.6.cap.2. appellationẽ tollit,

quatenus ibi expreſsè prohibet, ne manifeſtus contumax appel-
62 lare poſsit. Quamuis † hoc ſecundum Nell. vbi ſupra, non proce
deret. primò, ſi venerit adhuc Iudice ꝓ tribunali ſedente. l. diuus.
ff. de reſtit. in integ. ſecundò, ſi ex forma ſtatuti reſeruaretur etiã
poſt latam ſententiam aliquod tempus ad purgandum moram,
63 ſeu contumaciam. l. 2. C. ſi pend. appel. mors inter. ſin autem † non
eſt verus contumax, vt regulariter eſt non citatus perſonaliter,
tunc aut iudex vltra contumaciam teſtes habet, quos examina-
uit, & tanquàm confeſſus, & conuictus nõ appellat. d. l. 2. C. quor.
appellat. Burſat. poſt Nell. & Foller. quos alleg. in d. conſi. 225. nu
me. 134. lib. 2. Aut ex ſola contumacia cõdemnauit, & poterit ap-
pellare, non ea ratione, ꝙ ſit mulcta, quia non eſt ſimpliciter ve-
64 rum, vt per Nell. & Foller. in d. locis. & ſubdit Foller. ibi, ꝙ † in Re
gno in materia foriudicationis nõ appellatur, ſed tantùm de nul
litate dicitur, vt habetur in conſtit. pœnam eorum. & ibi per Do-
65 cto. prout † nec in dominio Mediolani appellatur à ſententia cri
minali, nec diffinitiua, nec interlocutoria, vt dicit Boſſ. in tract.
cauſar. crim. tit. de literis Princip. bannit. admitt. col. fi. in prin.
66 Quemadmodum † eadem fit diſtinctio, quãdo reus eſſet præ-
ſens, & vere fateretur. Nam ſi eſſet etiam conuictus non poteſt de
iure appellare. d. l. 2. C. quor. app. nõ recip. vbi not. latè Iul. Clar.
67 lib. 5. ſent. §. fi. q. 94. ver. 1. dicens, † ꝙ nõ ſolùm in crimine homi-
cidij, veneficij, adulterij, maleficij, & vis publicæ, de quibus in d.
l. 2. ſed generaliter etiam in omnibus alijs caſibus hoc procedit,
* ſecundum cõmunem opinio. de qua teſtatur Imo. in l. fi. §. iuſſus,
nu. 8. ff. de appellatio. But. in tracta. de notorio. artic. quarto. nu-
mero 56. qui eſt in capitulo veſtra. de cohabit. cleric. & mulier.
Duen. regu. 156. in fine. Dec. in capitulo, cum ſpeciali. §. porro. nu
me. 4. vbi Franc. col. 2. verſiculo, in glo. in verbo per confeſsionẽ.
Couar. pract. quæſt. c. 23. nu. 5. Ioſeph Cuma. in ritu mag. cur. Re-
gni Sicil. c. 74. nu. 20. Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 49. nu. 3. Ni-
co. Ant. Grauat. in addit. ad Veſtr. in pract. Rom. Cur. lib. 7. ca. 3.
nu. 48. in verb. & licet in fin. & latè D. Rober. Lancellot. I. C. Peru
ſinus, & præceptor haud pœnitendus, ac clariſsimus in Romana
Curia aduocatus in ſuo vt locupletiſſimo, ita etiam eruditiſsi-
mo tracta. de attentatis. 2. par. cap. 12. ampli. 4. nu. 12. Benedict.
Cap. in ſuis reg. relatus inter cõmunes opi. recens collect. Tom. ſe
cundo. lib. 7. titu. 24. quorum appellat. non recip. nu. 4. Fichard. &
Bonacoſ. in eorum commu. opin. relati inter d. commu. opin. in d.
loco. nu. 6. & 7. Viui. commu. opin. 50. relatus, & inibi, nu. 17. Et
68 † requiritur vtrunque coniunctim, vt appellari non poſsit, quòd
ſcilicet quis ſit conuictus, & confeſſus. Bal. in d. l. 2. C. quorũ ap-
pel.



* pel. non recip. quam opin. veram dicit, & cõmunem Ant. Gomez
cap. 13. delict. nu. 31. etiam ſi agatur de crimine læſæ maieſtatis.
quam etiam ſequũtur Iul. Clar. d. q. 94. ver. 1. Ioſeph Cuma. in d.
69 loco. nu. 21. & ſeq. & Viui. dicta opinio. 50. Et ideo † ſi talis cõfeſ-
ſus, & conuictus appellaret, erit vtique appellatio reijcienda, ne-
* que debet in executione ſuperſederi, vt etiam de conſuetudine
obſeruatur, vt dicit Bar. in l. qui vltimo. in fi. verb. ff. de pœn. ꝓut
illum refert Afflict. ſuper ſecunda par. conſt. regni, rub. 10. nu. 56.
licèt Bar. ibi loquatur de expectandis decem diebus, vt animad-
uertit Iul. Clar. d. q. 94. ver. 1. & de quibus ipſe dixit eo. §. fi. q. 96.
circa prin. & eſt expreſſa diſpoſitio d. conſtitutionis Marchiæ lib.
6. cap. 2. in quib. cauſ. appel. non valeat. ꝙ ſimul ſpontè in iudicio
confeſſus, & conuictus non appellat, & Iudex peccaret, ſi hoc ca-
ſu appellationem admitteret, vt not. dixit Guid. Pap. in tract. de
appel. q. 120. col. 5. verſi. ſed aduertas, quod not. dictum dicit D.
Rober. Lancel. vbi ſupra d. 4. ampliat. 2. par. cap. 12. de attentatis.
nu. 12. Sed ſi admitteret, executio de iure retardaretur, quamuis
ſententia lata eſſet contra confeſſum, & conuictum, vt fuit notabi
le dictum Ang. in l. conſtitutiones. ff. de appellat. & ante eũ Bald.
in l. 1. col. 13. C. de confeſsis. quos refert, & ſequitur Aufre. ad De
ciſ. Tholoſa. 176. ad med. ver. & de materia. & Robert. Lancellot.
in tract. de attentatis. 2. par. cap. 12. de attentatis pend. appellat.
limit. 1. nu. 80. Aduertendum tamen eſt in ſtatu eccleſiaſtico, ne
obſtent dicti motus proprij, quorum ſupra meminimus, nu. 55.
maximè ſtante illorum clauſula irritante, de cuius virtute, & vi
diximus infra cap. 3. nu. 8. & ſeq.
70 Si verò † eſſet tantùm confeſſus, & non conuictus, appellare po
71 teſt, ſi † ſuam reuocauit confeſsionem, aliàs ſi non reuocauit, nõ
auditur appellans, ſed morti iuſtè tradi poteſt. ſecundum glo. in
c. Romana. §. ſin autẽ. in verb. vel de quo. de appellat. in 6. quã ſe-
* quitur communis practica Aſſeſſorum, vt dicit Bal. in l. 1. poſt nu.
10. ver. interdum autem. C. ne ex delict. defunct. quem plures ſe-
* quuti ſunt, qui etiam de cõmuni teſtantur, quos refert Iul. Clar.
* d. q. 94. ver. 1. Et † licèt aliqui dixerint, ꝙ hoc ſolum locum habet
72 de iure canonico, vt ſcilicet confeſſus tantùm non poſſit appella-
re, tamen vt dicit Iul. Clar. in dicto loco. ex Carrer. & Boſſ. quos
* alleg. magis communis opin. eſt, ꝙ in hoc differentia non eſt inter
ius canonicum & ciuile, ſed ꝙ vtroque iure ille, qui eſt ſolummo
do confeſſus, & non conuictus, non auditur appellans, niſi contra
ſuam cõfeſsionem cauſam probabilem in appellatione deducat.
& latè tradit Couar. d. cap. 23. pract. quæſt. ver. ſecunda cõcluſio.
* vt etiam tradit Viui. commu. opin. 51. relatus inter cõmunes opi.

recens collect.tom.2.lib.7.tit.24.quor.appel.non recip. nu.5.vbi
dicit communem, & de conſuetudine obſeruari: vt communem
etiam dicit Michael Craſſ.ſimiliter relatus in d.loco.nu.8.& cre
briorem eſſe ſententiam, & criminaliſtas omnes ita ſentire dicit
73 Vulpel.conſil.137.nu.6.Et hæc † locum habent etiam ſi confeſ-
ſus eſſet per torturam, dũmodo poſtea ratificauerit, vt dicit Car-
rer.in prac.crim.fol.13.nu.17.fol.32.poſt nu.45.fol.65. poſt nu.
101.fol.136.nu.175.De conſuetudine tamen, nõ autem de iure,
vt per eum in d.locis.qui dicit, ꝙ hodie ex conſuetudine Iudices
obſeruant, ꝙ ex ſola confeſsione ſpontanea, vel etiam per tortu-
ram extorta, & perſeuerata, exequatur ſententias capitales non
74 admiſſa appellatione, licèt † malè (inquit ille) faciant, & cõtra ius
canonicũ, & ciuile. cui videtur aſſentire Vulpel. d. conſi.137.nu.
75 7.Poteſt † tamen Iudex à quo, ſi velit, appellationi deferre, ſed ſi
putat ei non eſſe deferendum, poteſt ſentẽtiam exequi, priuſquã
ei ſit inhibitũ, vt concluſum fuit per Curiam Tholoſ. in dec.176.
& de conſuetudine ita ſeruatur, vt ex alijs dicit Iul. Clar. d. q.94.
verſi.1.circa fin.& ſequitur Ioſeph.Cumi.d.cap.74. nu. 23. & D.
Rober.Lancel.d. 4.ampliat.nu.13.& ſeq.& ibi ſubdit num.18.ex
Capic.deciſ.137.nu.17.quod in magna Curia Neapolit.ex priui-
legio appellatio in criminalibus non retardat executionem. & ſi
periculum eſt in mora, etiam pendente appellatione, non retar-
datur executio, vt dixit Boer.deciſ.153.nu.3.quo caſu inquit idẽ
Boer.deciſ.259.nu.5. ꝙ Iudex poteſt exequi, & deinde ſcribere
proceſſum.quod dictum refert, & ſequitur idem D.Robert.in d.
loco.nu.16.& limit.43.nu.8.& 10.ea.2.par. & cap.12. Et licèt qui
76 † ex confeſsione damnatus fuerit, regulariter non audiatur ap-
pellans à iudice inferiori, audiendus tamẽ eſt à ſuperiore, ad quẽ
appellauit.quod glo.not.in d.c.Romana.§.fin autẽ.in verb.man-
datur.quam ſequuntur doct.ibi de appellat.in 6.Fely. in c.ſignifi
caſti.1.de homicid.col.2.idem Fely.in cap.ad abolendam.de hæ-
reti.Abb.in c.paſtoralis. in prin. & ibi Iuniores. de appella. Co-
uarru.d.cap.23.pract.quæſt. paulò ante nu. 6. verſic. quacunque
tamen in cauſa.

77 Si † verò tantùm eſſet conuictus (quod caput Iul.Clar. in d.lo
co non eſt proſequutus) ſimiliter appellare poteſt.d.l.2. C.quor.
appel.non recip.& ibi doct.& alij ſupra alleg.in d.locis.qui vtrũ-
que requirunt, vt appellans non audiatur, ꝙ ſcilicet ſit confeſſus,
& conuictus, alioquin altero deficiente appellatio de iure dene-
78 gari non debet.d.l.2.& per Doct. in d.locis. Et ideo † conuictus
tm̃ ſolet per Iudicem poni ad torturam, vt ore proprio delictum
confiteatur, nec ita vt confeſſus & conuictus appellare poſsit, vt
ex Bald.



ex Bald & alijs, ꝙ ita Iudices obſeruant de conſuetudine, & ꝙ
hæc eſt communis practica, & communiter obſeruatur, dicit Iul.
Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.64.verſi.ſcias.& poſt eum Ioſeph. Cumi.d.
cap.74.in ritu mag.cur.regn.Siciliæ.nu.25.& idẽ in tract. de ſyn-
dicat.cap.21.nu.5.cum aliàs conuictus tm̃, licèt negaret, condem
nari poſsit, Fely.in c.ad noſtram, col. 1.de probatio. cum alijs, vt
per Boſſ.in tracta.cauſar.crim.tit.de cõuict. nu.3.& ſeq. qui ſub-
79 dit, † ꝙ conuictio eſt illa, quæ fit per teſtes, inſtrumenta, indubi-
tata indicia, argumenta, vel per notorium, ſecũdum Dec. in cap.
at ſi clerici.in 1.no.de iud.& alios, quos citat ipſe Boſſ.in d. loco.
80 & ſequitur Ioſeph.Cumi.d.c.74.nu.26. qui ſubdit, ꝙ † cautela eſt
Iudicis ponẽtis conuictũ tantũ ad torturam, ne ſcilicet poſſit ap-
pellare, ꝙ præmittat proteſtationem in actis, quòd non intendit
eum torquere ſuper probatis, aliàs ſi ſine d.proteſtatione ille tor
queretur, & in negatiua pſiſteret, indicia, & probationes purgaſ-
ſe diceretur, & abſoluendus eſſet, vel ſaltẽ non poſſet in pœnã or
dinariam condemnari, vt per eum ibi, & per Iul.Clar.d.q.64.ver
81 ſicu. veritas eſt. & fatuus † & iniuſtus aliàs Iudex reputaretur, vt
82 dicunt ijdem ibi: ſiquidem † tormentis locus non eſt, vbi crimen
alijs probationibus probatum apparet, ſed tunc demum illis Iu-
dices vti debent, cum alijs probationibus delictum non proba-
tur.tex.eſt in l.diuus Pius.& l.edictum.ff.de quæſt. c.illi qui.5.q.
5.gl.in ſum.15.q.6.annotarunt paſsim Doct.præſertim Gand. de
malefic.rub.de quæſtio.in prin.Ang.de malefi.in verbo, fama pu
blica.q.2.Pau.Caſtr.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco. & cler.
Alber.in d.l.2.C.quor.appell.non recip.Brun. de indic. & tortu.
q.5.ver.6.& ita tandem concludunt omnes Docto. vt dicit Pract.
Corrad.fol.289.poſt nu.6.& ita obſeruat conſuetudo, vt dicit An
ge.in l.fin.poſt nu.4.C.de quæſtio.& Boer.deciſ.163.num.1.& ex
cis Iul.Clar.d.q.64.ver. debet etiam Iudex. vbi ex alijs dicit etiã
83 eſſe communem opin.& quòd † iudices aliter obſeruantes tenẽ-
tur in ſindicatu.quam communem ſequitur etiam Couar.d.c.23.
pract.quæſtio.nu.5.dicens tamen, hoc potiſsimum refragari prę-
dictę praxi torquendi reum conuictum, vt ſi delictum confitea-
84 tur, non poſsit vti cõfeſſus, & conuictus appellare.ꝙ † cautè ſiqui
dem iudices vti debent quæſtionibus & tormentis, cum plerun-
que multa mala ex his contingant, & ſæpiſsimè torquentur inno
centes, vt appareat nocens, & cum quæritur, an ſit nocens, crucia
tur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſsimas pœnas, non
quia illud cõmiſiſſe detegitur, ſed qa cõmiſiſſe neſcitur. Torquet
etenim Iudex accuſatũ, ne occidat neſciens innocentẽ, ac fit tũc
frequentiſsimè, vt per ignorantiæ miſeriam, tortura & innocen-
tem

tem occidat quem,ne innocentẽ occideret,torſerat. Hæc,& mul
ta piè,& eleganter aduerſus tormentorũ vſum ſcribit Diuus Au-
guſti. lib.19. de ciuitate Dei, cap.6.cuius loci aliud tamen agen-
tes,& ſupra meminimus in præfat.nu.68.& ibi Lud. Viues in an-
85 not.ad ipſum Auguſt.hoc † ipſum inuentum tormentorum alienũ
86 eſſe cenſet à Chriſtiana pietate.Nos verò † nõ adeò improbamus
tormentorum , & quæſtionum vſum etiam in Chriſtiana Repu-
blica,modo Iudices cautè legitimis indicijs præcedentibus opti
mo zelo veritatis inquirendę vtantur.quod & cenſet Couar. in d.
loco, quicquid dixerit Ludo. Viues vbi ſupra, quem in hoc non
ſequor.& propterea ſubdit Couar. ibi, quòd ſi pleriſque viſum eſt
87 Bal.& ſequacium opinionẽ falſam eſſe, & ideo † non eſſe licitum
conuictum legitimè torquere , vt deinde confeſſus delictum ap-
pellare non poſsit,aſſeuerat idẽ Bal. parum ſibi conſtans in l.qui
ſententiam.C. de pœn. vt refert Brun. eum ſequutus de indic. &
tort.d.q.5.nu.16.& alij ẽt tenuerunt,quos in d. loco recenſet Co
* uar.dicens hanc eſſe cõmunem opin. & ita praxim ꝓdictam dubiã
admodum eſſe,aduerſus quam non modicè exclamant Ang.Ign.
Ceph.& Ferrat.vt eos refert,& ſequitur Vulpel. cõſi.4. nu.8.lib.
1.& Viui.in commu.opin. 56. relatus inter cõmunes opin.recẽs
collect.tom.2.lib.7.tit.21.de appellatio. nu. 202. vbi dicit hanc
88 opin.cõmunem,& contrariam falſam eſſe. Meritò † non ſeruatur
in ducatu Mediolani,in quo ſic ſanctè exploſa eſt : ſolum.n.tor-
quetur conuictus, vel confeſſus ſuper ſocijs , & alijs criminibus ,
vt dicit Iul.Clar.in d.q.64.d.verſiculo veritas eſt.& verſi. & ſuc-
ceſsiuè. vbi dicit , ꝙ delinquentes in illo Dominio particulari-
ter ſuper alijs criminibus interrogentur. & hanc practicam lau-
dat Couar.d.c.23.poſt d.nu.5. Et ego nũquam vidi ſeruari in ſta-
tu eccleſiaſtico,nec vnquam ſeruaui d.practicam torquendi con-
89 uictum,vt confeſſus nequeat appellare. Et ſi † quibuſdam placue
rit opinionem Bal.æquam eſſe,ac licitè poſſe admitti,quoties Iu
dex ex circunſtantijs viderit,reum ita conuictum eſſe, vt Reipu-
blicæ expediat, ſtatim nõ admiſſa prouocatione publicè puniri ,
& ipſum iniquè, ac per calumniam nolle confiteri veritatem, vt
appellatione propoſita differat iuſtam ſceleris punitionẽ. ita Na
uar.in c.inter verba 11.q.3. corrolario 64.ad fin.& doctè quidẽ,
& reſolutè,vt inquit Couar.d.c.23.poſt nu.5.ver.1.concluſio.qui
tamen ob frequentem quorundam iudicum in puniendis crimi-
nibus audaciam,ne dicat ſæuitiam temerariam , nõ audet omni-
90 no Baldi ſententiam probare . Quæ † tunc falſa eſt, & manifeſtè
iniqua, cum Iudex non alia ex cauſa torquet conuictum , quã vt
appellationis auxiliũ auferat, quod & aſſeuerat Vulpel. d.cõſi.4.
nu.11.



91 num.11.lib.1.fatetur tamen eò loci Couar.quandoque etiam † &
ſi rarò conuenire publicis ſceleratiſsimorũ hominum punitio-
nibus.Bal.opinionẽ cautè admitti, præſertim in his criminibus,
quæ enormia,& grauiſsima ſunt,vt ſcribit Afflict. in conſtit. reg.
lib.1.rub.27.nume.59.in conſti. ſi damna clandeſtina.& ſequitur
Vulpel.d.conſi.4.num.9. qui ſubdit ex eiuſdem Bal. ſententia in
l.ſi.C.de iuram.calum.hoc in caſu atrociſsimi criminis,ad quem
eam Bal.praxim reſtringit poſt Afflic.& Couarru.vbi ſup. ita de-
mum illam eſſe ſeruandam, cum Iudex plenariam habet de ma-
leficio certitudinem : ſecus quando ſaltem non omnino certi ſu-
mus , an ex probatis plena oriatur probatio , quo in caſu ſi tor-
queatur reus , & in negatiua perſtiterit,abſolutio ſequi debet , vt
per eum ibi.num.11. & 13.
92 Et † quoad confeſſos tantùm vel cõuictos tãtùm, vt appellare
poſsint,videtur probare d. conſtitutio Marchiæ lib.6. c.2. quate-
nus ibi caſus ille excipitur, quando quis ſpontè confeſſus,& con-
uictus,vt is ſcilicet appellare non poſsit,& ita ſub regula affirma-
93 tiua,quæ eſt, † quòd appellatio ſemper admittitur , ſi ſpecialiter
non ſit de iure prohibita,etiam in criminalibus,ſecundum Bart.
94 in l.qui vltimo ſupplicio.ff.de pœn. & etiam † in crimine læſæ ma-
95 ieſtatis,humanæ ſcilicet,cum ſecus † ſit in crimine hæreſis,vt co-
pioſè proſequitur Couar.d.c.23.pract.quæſt. poſt num.4. verſic.
ſexto eſt omnino. caſus remanet , in quo quis tantum eſt confeſ-
96 ſus,vel tantum eſt conuictus : quia † exceptio firmat regulam in
contrarium in caſibus non exceptis ſecundum Bart. in l.quæſitũ.
§.denique.ff.de fund.inſtru.Dec.in l.1.num.26.ff.de reg.iur.& in
conſil.552.num.3.conſi.604.cum alijs,vt per Franc.Becci.conſil.
14.num.24.conſi.32.num.6.& 22.conſi.62.num.40.conſi.82.nu-
me.3.& 18.conſ.101.num.12.& 82.conſi.111.num.5.& 37. lib.1.
& alibi paſsim Docto.Vt videtur etiam quoad confeſſos tantum
97 † Motus proprius Pij V. cui titulus eſt. Reformatio Motus pro-
prij Pij Papæ IIII. ſuper admiſsione appellationum cauſarum
criminalium.quo Pont.ille ſtatuit,ꝙ quoad confeſſos liceat Iudi-
ci à quo non obſtante appellatione,& inhibitione etiam emana-
ta à Iudice ad quem ad vlteriorẽ executionem pro pœnæ conſe-
quutione procedere. Sed hoc quoad pœnæ pecuniariæ conſequu
tionem, cuius tantum:reſpectu Pius V. ibi dictum Motum pro-
prium Pij IIII. reformauit:reſpectu verò pœnæ capitalis pecu-
nia non æſtimabilis, Pius V. nihil ibi diſponit,vnde caſus rema-
net ſub diſpoſitione Motus proprij Pij IIII. Quoad condemna
98 tos tamen in contumaciam, qui abſentes ſunt, quos † ita demũ
ad appellandum admittit, ſi prius in carceribus ſe conſtituerint,
& ſi

& ſi capti fuerint poſt annum, vel etiam infra annum, appellatione
non obſtante, executioni ſententia demandari debet. vt in dicto
Motu proprio Pij IIII. & Pij V. etiam de quibus infra in calce
huius tractatus. Quò verò ad alios, qui præſentes condemnaren
tur, nihil dicitur in dictis Motibus proprijs, vnde ſtandum eſt di-
ſpoſitioni iuris communis, niſi aliud ſpecialiter determinatũ fue
rit, vel à ſtatutis, & conſtitutionibus locorum. l. commodiſsimè.
ff. de lib. & poſthu. cum concordan. vt etiam niſi aliter de conſue-
* tudine ſeruaretur, prout Couar. d. c. 23. pract. quæſt. poſt nume. 5.
59 verſi. vſus tamen. dicit, quòd vſus forenſis apud Hiſpanos, & ferè
toto in vrbe Chriſtiano hactenus obtinuit, vt in criminalibus, vbi
corporalis pœna infligenda eſt, appellatio minimè admittatur, ad
executionem impediendam, ſiue quis damnetur ex propria con-
feſsione, ſiue teſtibus fuerit tantum conuictus, vt etiam de con-
* ſuetudine obſeruari, & eſſe communem ſententiam dicit Viui. lo-
quens ſolùm de confeſſo, in ſuis commun. opin. in verb. appellans.
opin. 51. relatus inter commun. opin. recens collect. tom. 2. lib. 7.
tit. 24. nume. 5. licèt ipſe, vt ſubdit, hunc vſum non probet, & non
100 opinetur probari iure poſſe. Idcirco Iudices † admonet, vt priuſ-
quã exequantur criminales ſententias cautiſsimè ſingula expen-
dant: poterit enim contingere, quem falſis teſtibus cõuictũ fuiſ-
ſe, aut iniquiſsima, ac crudeli admodum quæſtione inductum, &
coactum eſſe crimen de ſe falſum fateri, cuius rei veritas forſan
apud appellationis iudicem conſtare poterit. & propterea licèt ij
non audiantur appellantes ex cõſuetudine à iudice inferiori, de-
101 berent † tamen, vt ſupra diximus, audiri à ſuperiore, ad quem ap
102 pellarẽtur. Quamuis † ſi manifeſtum ſit damnatum ad mortem,
vel aliam pœnam iuſtè, & verè conuictum eſſe, exequtio appel-
lationis iniquæ cauſa, & prætextu, differenda nõ ſit, vt ſubdit Co-
uar. in d. loco. Et quo ad confeſſos tantùm putat Viui. vbi ſupra,
appellationem admittendam eſſe, ſi cauſa iuſta expreſſa fuerit in
appellatione. glo. eſt in c. Romana. §. ſi autem. de appell. in verb.
* mandetur. cum qua tranſeunt omnes ibi, & Docto. in c. 3. & in c.
conſuluit. 1. de appel. not. Bar. in l. à ſententia. ff. de appell. Cuma.
conſi. 60. & Lanfran. in clemen. diſpendioſam. de iudic. Vbi verò
error, ſeu alia iuſta cauſa in appellatione non allegaretur, tunc
quippè procederet d. com. opin. & conſuetudo, & Iudex nõ ob-
ſtante appellatione ſimpliciter interpoſita, ſententiã exequi poſ-
ſet, vt clariùs, & latiùs proſequitur Foller. in pract. crim. in verb.
pœnis debitis feriantur. ſub nume. 6. ad quem Viui. vbi ſup. ſe re-
mittit, & ſupra diximus num. 71. & alijs ſeq.
103 Nonus † eſt effectus, quia contumax in banno poſitus ſi poſt
termi-



terminum banni velit comparere, de ſua innocentia docere te-
netur, & ita non commiſiſſe delictum, ſuper quo habitus fuiſſet
pro confeſſo in vim fictæ confeſsionis ſtatutariæ Nam, vt intelli-
gas, dubium non eſt, quin licèt dicta conſtitutio Marchię, aut qđ-
libet aliud ſtatutum contumacem habeat pro confeſſo, poſsit ta-
104 men † probari innocentia talis fictè cõfitentis, & ita probari cõ-
trarium contra fictam confeſsionem, non commiſiſſe ſcilicet deli
ctum, ſuper quo bannitus habitus fuit pro confeſſo in vim ſtatu-
tariæ confeſsionis, prout in terminis ſimilis ſtatuti voluit Bal. in
105 d. l. ita demum. C. de proc. dicens, ꝙ † ſtante huiuſmodi ſtatuto, ꝙ
contumax habeatur pro confeſſo, poterit tamẽ contumax appel-
lare, & probando rem aliter ſe habere, obtinebit, ſecundum eum,
106 licèt appellatio confeſsiones non reſcindat, neque alia acta pro-
batoria. & idem etiam conſuluit in quæſtione de facto, prout eũ
refert, & ſequitur Pau. de Caſt. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iura-
men. calum. & Alber. Brun. de ſtatutis. in verb. confeſsio. verſ. ſta-
tuto cauetur. idem voluit Imo. & Ang. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de
107 appel. vbi & hoc idem ſentit glo. dicens, † ꝙ qui à iure habetur ꝓ
confeſſo, condemnatus poteſt appellare: potuit enim eſſe, ꝙ erra-
uit. quaſi dicat, ꝙ ſi errauit, non obſtat ei ficta confeſsio, & illam
glo. ſequuntur ibi Bar. Ang. Raph. Cuma. Bal. & Saly. in d. l. 2. C.
quorum appella. non recip. & idem ſentit gloſ. Ioan. Andr. in d. c.
Romana. §. ſi autem. in verb. confeſſus. & Lap. & alij in c. cum ſpe
ciali. §. porrò. de appel. idem etiam ſentiunt Dyn. Bar. & Doct. in
l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & in l. ſeruum quoque. §. publi-
cè. ff. de procura. in illa quæſt. an ſtante ſtatuto, ꝙ contumax ab-
ſens poſsit condemnari, admittatur procurator, ſeu excuſator.
prout eos ponderat Corn. hanc ſequutus opin. conſi. 45. poſt nu-
108 me. 7. lib. 3. dicens, † ꝙ licèt communiter ſint ſtatuta, ꝙ contu-
* max habeatur pro confeſſo, tamen Doct. communiter volunt in
dictis locis. & in l. reos. C. de accuſat. & in l. veniens. de appella. ꝙ
probari poſsit innocentia talis fictè confitentis, & ſubdit, quod
ita ipſe tenuit etiam legendo in d. §. quod ſi actor. & in d. §. iuſſus.
ac etiam conſulendo pluries, vt ſanè conſuluit etiã in conſi. 173.
num. 6. & conſi. ſeq. eo. 3. vol. & ſequitur Paul. Caſt. Ang. & Sal. in
l. 2. vbi & Iaſon num. 6. C. qui teſtam. fac. poſ. Dec. in c. 2. in prin.
de proba. Miſing. ſing. obſeruatio. centur. 2. obſeruat. 88. & ſentit
Ange. in l. ſi debitor. ff. de iudic. Bar. in l. ſi. §. 1. poſt glo. ibi. ff. de
appel. Abb. in c. 1. num. 26. vt lit. non conteſt. dum ipſe ibi, & alij
109 alibi dicunt, † ꝙ ſi aliquo ſtatuto cautum eſt, ꝙ non comparens
habeatur pro confeſſo. ꝙ poterit appellare, & ita probare ſuã in-
nocentiam, rem aliter ſe habere. ſequitur etiam hoc Alber. Brun.
de ſta-

de ſtatutis.in verb.confeſsio.verſi.ſtatuto cauetur.Hyppo.Bona-
col.qui de communi teſtatur ex Corn.d.conſi.45.par.1. commu.
opin.crim.in verb.contumax reus.Io.à Roias in ſing.in fauorem
fidei.ſing.165.num.4.& Franc.Becci. d.conſi.11. nume.6.lib.1.di-
cens,ꝙ hoc eſt communiter receptum,ꝙ quando † reus bannitus
110 vult aſſumere onus probandi,ꝙ delictum non commiſit,ꝙ audiri
debet.& latè conſuluit Natt.conſil.444. lib.2. vt etiam conſuluit
Neuiza.conſi.60.num.2.& alijs ſeq. vbi multis comprobat. & ſe-
quitur etiam Iac.Menoc.de arb.iud.caſu 416. nume.38. & nemo
profectò negat.& habemus d.conſtitutionē Marchiæ d.c.10.li.4.
vbi expreſsè dicitur, ꝙ ſi bannitus poſt terminum banni, & ante
ſententiam quandocunque comparuerit perſonaliter,& per ſe,&
ſe excuſare voluerit,& ſuper crimine ſe defendere, audiatur ſu-
per crimine,non obſtante,ꝙ terminus banni lapſus eſſet, ac etiã
poſt ſententiam,ſi ſupplicauerit,& in carcerem ſe conſtituerit, &
111 innocentiam ſuam purgare voluerit,niſi † eſſet inſignis,& famo-
ſus latro,vel homicida,aut delinquens cõſuetudinarius, quos ſic
excipit à dicto beneficio probandi innocentiam, vt etiam aliàs
de iure,quando eſſemus in notorio, & manifeſto raptore, aut fa-
moſo latrone nõ permittitur appellatio etiam de benignitate iu-
ris canonici,ſecundum Rom.conſi.124.Aufre.ad vlt.deciſ.Tho-
loſ.circa fin.Rip.in c.ſæpe.num.3.de reſti.ſpoliato.& eruditiſsi-
112 mus Dom.Rober. † Lancel.in dicto ſuo eruditiſs.tract.de atten-
tatis.c.12.de attent.appellat.pend.limit.25.nu.25. Vt etiam ha-
113 bemus † conſtitutionem Iulij II. confirmatam à Pio IIII. de
qua infra in calce huius tract.quæ neminem excipit,ꝙ banniti et
ex homicidio in carceribus conſtituti,in quocunque iudicij ſta-
tu,& inſtantia cauſæ etiam ad concluſionem deductę,ac etiã poſt
ſententiam,ſi ſupplicauerint,ad probandam eorum innocentiam
admittantur. Quinimmo ante ſententiam dicti ſummi Pontif.
114 † concedunt Iudicibus arbitrium admittendi etiam procurato
rem,excuſatorem,defenſorem, vel alium,vt quemlibet de popu.
lo,ad probandam pro talibus citatis, & contumacibus innocen-
tiam in quocunque iudicij ſtatu,& inſtantia, cauſæ etiam ad cõ-
cluſionem deductæ, quamuis ſtatutum adeſſet, ꝙ contumax pro
confeſſo haberetur, vt ibi. Et ſi fortè Iudex aliqua ratione indu-
115 ctus &c. Nouerant enim ſumm.illi Pont.audientiam, † ſeu defen
ſionem alicui non eſſe negandam.l.ita diuus.ff.de adoptio. c.1.de
cauſ.poſ.& proprie.clem.paſtoralis. de re iud.etiam excommuni
cato.c.cum inter.§.fi. de exceptio. cum ſit de iure naturali, vt d.
116 clem.paſtoralis.§.cęterum. vt† nec etiam Diabolo,ſi litigaret,au
dientia,& defenſio auferenda eſt, vt dicit Abb.in c. ſi quis cõtra
clericum.



clericum.in repet.nu.48.de foro compet.alleg.c.eorum. 11. q.3.
117 & c.cum inter.de exceptio. Quamuis † ſi aliquis hæreticus eſſet
relapſus,quia in abiuratã hæreſim reincidit, ſeculari iudicio ſine
vlla penitus audientia tradendus eſſet, neque audiretur volens
iterum hæreſim abiurare,vt inquit tex.in c. ad abolendã. §. illos
quoque de hæretic.c.ſuper eo.eo.tit.lib.6.vbi Archid.Io.And. &
alij not.caſum eſſe ſpecialem hoc in crimine, in quo audiẽtia de-
118 negatur: quia † qui geminat delictum, veniam non meretur, &
grauius eſt puniendus.l.nemo deinceps.C.de epiſcopa. audien.l.
aut facta.§.quiſquis.& l.capitalium.§.1.ff.de pœn.& alibi diffuſè
diximus.& ex præſenti præſumitur in præteritum.l.ſi hi,qui adul
terij.C.de adulter.l.cum quis.C.de natu.liber.cum concor.quod
per hanc ſecundam deprehenſionem in delicto apertè declara-
119 tur † primus animus,quòd malo animo ad euitandam tantũ pœ-
nam,&non amore fidei hæreſim abiurauit.cap.accuſatus.in prin.
223 Et hæc, † ſi bannitus infra annũ poſt ſñiam comparuerit, ſupplicaueritq; ſuã volens patefacere innocentiã; at ſi infra hunc annũ captus fuerit, facta recognitione eius pſonæ, ſola reſtat executio, nec in ſuis defenſionib. audiri debet, niſi ex gratia ſpeciali ipſius Sum.Pont. vt in d.Motu proprio Pij V. cuius infra meminimus c.3.nu.41. quãuis & hoc ẽt in caſu ratio haberi debeat qualitatis indiciorũ, & aliorũ multorum ante executionẽ, nõ vt is bãnitus ita captus abſoluatur, & dimittatr, ſed vt Principi ſtatus cauſæ ſcribatur, & interim in executione ſuperſedeatr, vt plenè dixi inf.c.fi.

224 Quartũ † caput de tpe poſt ſñiam, & poſt annũ lata ſñia, eandẽ habet, quam ſupra proximum caput, reſolutionem. Nam ſi bãnitus ſpontè cõparet poſt annũ, & Principi ſupplicauerit, & ad nouas defenſiones admiſſus fuerit, debet audiri, & ſuã tenetur patefacere innocẽtiã, ſ. nõ deliquiſſe, cũ, vt ſup. diximus, adhuc firma maneat ficta eius cõfeſsio ex ſtatuto inducta. Si verò captus fuerit ſola ſimiliter reſtat executio, niſi ẽt à Principe admiſſus fuerit ad

nouas defenſiones ex eodem Motu proprio Pij V. & Pij et IIII.
Quamuis & hoc in caſu ratio haberi debeat ante executionem
tum qualitatis indiciorum,& aliorum,de quibus infra d. cap.fi.
Hactenus de nouo effectu fictæ confeſsionis à ſtatuto inductæ.
225 Decimus † eſt effectus, quia ex ea oritur indicium ad torturã
contra ipſum bannitum pro confeſſo habitum,& declaratum, ſi-
ne alijs indicijs.Bal.in l.1.col.6.C.de hæred.inſti. cum alijs infra
alleg.num.275. Quamuis ſit admiſſus à Principe ad nouas defen-
ſiones, per quam admiſsionem virtus fictæ confeſsionis ſublata
non eſt,ſed adhuc firma manet,niſi probationibus elidatur,vt ſu
pra diximus, & infra d.nu.275.
226 Vndecimus † eſt effectus,quia ex ea peruenirĩ poteſt ad ſenten
tiam diffinitiuam condemnatoriam, vt concedunt, & affirmant
* Doct. omnes vbique.& eſt expreſſa d. conſtitutio Marchiæ lib.4.
c.11.& vbique vigent ſtatuta,& ſatis conſtat ex prædictis, & par-
ticulariter diximus ſupra hoc c. num.44. & ibi dictis addo Tho.
Docci.conſi.59.num.4.& conſi.129.num.6. vt etiam ex infra di-
cendis,ſi tamen ritè,& rectè proceſſus formatus fuerit:aliàs.n.ex
ficta hac confeſsione per ſtatutum inducta,nemo condemnari po
teſt.Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.& exhibit.reo Ang.de maleſi.
in ver.qui dominus Iudex.verſi.quæritur tamen.Fely.& alij in c.
at ſi clerici.de iudic. Afflic.deciſ.176 Rolan.à Valle conſ.94. nu-
me.13.vol.3.Gigas de crimi.læſæ maieſtatis.tit.quomodo,& per
quos &c.q.1.nume.8.& ſi ritè, & rectè proceſſus formatus fuerit,
in tantum ex hac confeſsione ficta condemnatio ſequi poteſt, vt
227 pœna † etiam vera ipſius delicti,& ordinaria imponi poſsit. Nã
licèt aliàs ex contumacia pœna vera delicti imponi non poſsit,vt
latè per Marſi.in l.1.num.130.& ſeq.C.de rap.vir.Cachera.deciſ.
228 Pedemon.105.num.4.quando † tamen non eſt ſimplex contuma-
cia,ſed ex contumacia quis pro confeſſo habetur ex forma ſtatu-
torum,aut ex ſtylo,& conſuetudine,vera pœna delicti imponi po
teſt,ita vt etiam ad mortem condemnari poſsit. vt per Gand. de
maleſi.tit.quid ſit agen.reo abſente.cum alijs ſupra alleg.num.9.
& Cachera.d.deciſ.Pedemon.105.num.12.Ioſeph.Lud.d.3.con-
cluſ.ſuarum commu.concl.verſi.infertur quarto.qui poſt Cache-
229 ra.in d.loco dicit,id † maximè ꝓcedere,vt vera ſcilicet pœna de-
licti imponi poſsit, quando delictum ex informationibus aſſum-
ptis aliàs probaretur. Sed tamen quamuis ritè,& rectè proceſſus
formatus fuerit, effectus iſte condemnationis ex ficta confeſsio-
ne non oritur,ſi cauſæ qualitas id aliàs non expoſtularet.Non.n.
ſemper contumax pro confeſſo habetur, nec tanquam confeſſus
condemnari poteſt; ſed ita demum ſi cauſæ qualitas id expoſtu-
lat:



lat:alioqui verò, ſi ex actis, & proceſſu defenſio ipſius rei quam-
uis contumacis colligeretur.ita Franc.Curt. qui multa retulit in
tract.poſitionum.num.16.& docuerat Barto.in l.abſentem. ff.de
pœn.Bal.in l.2 C.de indic.vid.tollen.Cepo.conſi.crim.40.& 41.
in fi.& conſi.29.nu.8 Ang.de maleſi.in verb.qui Do.Iudex.col.
13.Card.Alb.in lucubra.in Bar.in l. 1.nu.25.ff. ſi quis ius dicen.
non obtemp.& in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.nu.3. ff. de
iureiur.cum alijs ſupra alleg.in præf.nu.27. Sũt & alij effectus fi-
ctæ confeſsionis,quos veluti ad noſtrum inſtitutum executionis
ſñiæ particulariter, & priuatim nõ pertinentes conſultò ꝑtereo.
230 Vnde † capto bannito,& condemnato ſic habito pro cõfeſſo,
& conuicto ſola reſtat executio.Bar.in d.l.1.ff. de requi.reis. vbi
dicit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,contu
max amplius non auditur,per ea quæ dixit idem Bar.in l.diuus.
ff.de cuſto.& exhibit.reor.vbi inquit, ꝙ de iure communi com-
parente quocunque contumace,debet ex integro audiri, ſed ſe-
cundum ſtatuta Italiæ contumaces, & banniti habentur pro cõ-
feſsis,& in eos vti in confeſſos ſentẽtia fertur, & ideo illis captis
conſtito eos eſſe,qui in banno deſcripti reperiuntur, ſola reſtat,
& ſufficit executio.& ſubdit ſæpius ita obſeruari,& Aſſeſſores ita
obſeruare dicit idem Bar.in l.inter ſtipulantem.§.1.num.13.ff.de
* verbo.oblig. & hanc eſſe communem practicam tradunt plures,
quos recenſet,& laudat Iul.Clar.d.lib.5.ſent.§.fi.q.96. verſi.q̃ro
nunquid.& ſi ab hac Bar.praxi recedat Io.Igne. in l.lege Corne-
lia.nu.62.ff.ad Sylla.qui etiam nu.63.admonet iudices,qui rectè
iudicaturi ſunt,ne in ea ſe confidant,cum ab omni iure eam alie
nam eſſe exiſtimat.& id oſtendere conatur, vt per eũ,qui loqui-
tur de iure communi,& Bar.& ſequaces loquuntur ſtante ſtatuto
quod contumax habeatur pro confeſſo.
231 Nec † aliter ſuper crimine nouo proceſſu opus eſt : veritas.n.
criminis inquirenda non eſt,ſed ſola reſtat(vt diximus)executio.
* vt ſentit Bar.& alij in iam citatis locis.eſt cõis opinio. ut atteſtat
* Ant.Gom.ſuper d.l.76.Tauri.nu.13.& ita ſeruatur,vt dicit Imo.
in l.is qui reus. circa prin. ff. de pub.iud. quos refert Iul.Clar.d.
232 q.96.verſ.ſed nunquid.Quamuis † in aliquibus locis contrarium
ſeruetur,quia ſcilicet prius cauſa banni, ſeu condemnationis di-
ſcutitur,vt ſeruatum ſemper fuiſſe in parlamento Rothomagenſi
233 atteſtatur Igne.in l.3.§.ſi maritus.nu.15.ff.ad Sylla.Et † Senatus
Mediolanenſis illa vtitur practica,quia.ſ.quando tales banniti ve
niunt ad manus Curiæ,& iuſtitiæ, ſi ex qualitate indiciorum res
clara non ſit,non damnantur,ſed torquentur,vt dicit Boſſ.in tit.
de confeſ.per torturam.nu.23.& in d.tit.de requi reis.poſt nu.1.
F 2 cui ta-

cui tamen non aliter aſſentitur Iul.Clar.d.q.96.verſi.ſed nūquid.
dicens hoc nunquam vidiſſe ſeruari, nec audiuiſſe fuiſſe ſeruatū.
234 Nam † niſi talis condemnatus peteret (inquit ille) ab ipſo Senatu
ſe admitti ad nouas defenſiones, ſemper ſententia contra eum la
ta executioni demandatur : poſt verò admiſsionem ad nouas de-
fenſiones, ſi indicia valde debilia exiſterent, non fit executio ſen-
tentiæ, ſed vel torquetur, vel pœna commutatur, & mitigatur. &
235 ſubdit credendum eſſe, † ꝙ ita etiam Boſſ. intellexerit, vt colligi
dicit ex ijs, quæ ipſemet Boſsi. dicit in d.tit.de lit.princ.&c. circa
236 fi. & † in Statu Eccleſiaſtico ſine aliquo dubio ſola ēt reſtat exe-
cutio, ſiue poſt annum, ſiue intra annum talis bannitus, & condē-
nātus captus fuerit, & in manus iuſtitiæ ita deuenerit ex forma
Motus proprij Pij I I I I. & Pij V. ille enim in ſuo Motu proprio
de exequendis ſententijs capto bannito poſt ſex menſes, cui aliàs
titulus eſt, de non admitten.appel. &c. ſtatuit, ꝙ poſt ſex menſes
ſententiæ in contumaciam latæ crimen notorium efficiāt, & tan
quam in rem iudicatam tranſiuerint realiter, & perſonaliter exe-
cutioni demandentur, ipſis bannitis, & condemnatis ad ſuas de-
fenſiones non aliter admiſsis. Hic verò dictorum ſex menſiū ſpa-
tium ad annum prorogando, cætera, vt ſupra, per Pium IIII. ſta-
tuta confirmauit, vt in eius Motu proprio moderationis d. Mo-
tus proprij Pij I I I I. cui aliàs titulus eſt. Motus proprius S D.N.
Pij Papæ V. per quem alius Motus proprius Fœl.Recor.Pij IIII.
ſub Dat. Romæ X I I. Kal. Iul. anno V I. quoad non admitten.
appel.&c. poſtea idem Sum.Pōt.Pius V. in alio poſtea edito eius
Motu proprio de captis inf.ann.non admittendis ad eorū defen-
ſionē oīb. in calce huius tract. impreſsis, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ
ſnīæ in contumaciā latæ ēt inf.an. contra bannitos captos execu-
tioni demādent̄, illis ad ſuas defenſiones à Iudicib. nō admiſsis.
237 Et † non ſolùm Iudex qui ſententiam tulit, ſiue eius in officio
ſucceſſor poteſt, & debet ita ſententias exequi contra bannitos
captos, ſed etiam quicunque alius Iudex, ſiue ſit eiuſdem ciuita-
tis, & loci, vt ſi in vna Ciuitate duo eſſent magiſtratus eandem iu
riſdictionem habentes, vt Poteſtas, & Capitaneus: vnus enim ban
nitum ab altero eorum capere poteſt, & ſententiam exequi capi-
talem. vt tradit Bar.in l.à Diuo Pio. §. ſententia verò. & ibi Ra-
pha.Cuma.& Iaſ.num.10.Bald.in l.1.q.8.ff.de offic.conſul.& in l.
tale pactum.§ qui prouocauit.in repetitio.col.5. verſic.quæritur
an criminali.ff.de pact. Io.de Imo.in l.pen.in prin.ff.de pub.iud.
ſiue etiam ſit alterius loci, & fori ſedi Apoſtolicę mediatè, ſiue
immediatè ſubiecti, exequi, & is poteſt contra bannitos, qui in
eius loco, & iuriſdictione capti fuerunt, non tā ſi pro homicidio,





prout prius loquebatur Motus proprius Pij I I. & Sixti I I I I. q̃
ſi pro quocunque alio crimine capitali bāniti, & damnati eſſent,
ex Motu proprio Iul. I I. Leo X. & Clem. V I I. quod & animad
uertit Vulpel. conſi.59. num.19. lib.1.& etiam ex forma Motus
proprij Pij I I I I. & Pij V. qui conſtitutiones prędeceſſorū inno
uantes, & ampliantes eorum conſtitutionibus cōtra homicidas,
bannitos, & alios facinoroſos æditis expreſsè ſtatuerunt, ꝙ ban-
niti huiuſmodi ab vno loco, intelligantur banniti non ſolum ab
omnibus alijs locis vſque ad miliaria quinquaginta, vt alij præde
ceſſores Pont. ſtatuerant, ſed etiam ab omnibus, & ſingulis Ciui-
tatibus, Terris, Caſtris, & locis Rom. Eccleſię quomodolibet me-
diatè, vel immediatè ſubiectis, ita ꝙ ſi in eis reſiderent, vel reper-
ti forent, non ſolùm capi, detineri, & carcerari, ſed etiā iuxta cri-
minum & exceſſuū per eos perpetratorum qualitatem per eorun-
dem locorum officiales, quamuis ita alterius fori, plecti debeant.
238 prout † & aliàs de iure fieri poterat: quia ſententia lata in vna Ci
uitate contra bannitos, exequi poterat in alia Ciuitate, vbi tales
bāniti capti eſſent, ſi ambæ Ciuitates eſſent ſub eodem Principe,
vt latè conſuluit Marſi.in conſi.86. vbi ꝙ ſententia lata in Ciuita
te Nurſiæ poſsit exequi Bononiæ, vbi bannitus captus eſſet, cum
239 † ambæ Ciuitates ſint ſub ditione Summi Pont. & Sedis Apoſto-
licæ. & iterum in conſi.121. vbi de bannito in Ciuitate Mutinæ
debitis plectendo pœnis in d. Ciuitate Bononiæ, vbi captus fuit,
240 cum † tunc temporis d. Ciuitates ſub eodem Principe, Rom. ſcili
* cet Pont. & Sede Apoſtolica exiſterent. & hæc eſt communis Do-
241 cto. opinio, ꝙ † ſcilicet Iudex vnius territorij poſsit exequi ſentē
tiam criminalem latam per Iudicem alterius territorij, non mo-
dò ad requiſitionem Iudicis loci latę ſententiæ, ſed etiam à ſe ip-
ſo, quando ſunt ſub eodem Principe, vt teſtatur Boſ.in tract.cauſ.
crim.tit.de foro comp.nu.86.& ex eo Iul.Clar.d.q.96. verſi.itèm
quæro. Qui tamen hoc intelligit, quando etiam eſſent ſub eodem
Præſide prouinciæ. Non enim (ſubdit ille) poteſt officialis in Du-
catu Mediolani exequi ſententiā latā ꝑ officiales in Regno Nea-
polis, licèt ambo ſint ſub eodē Principe, quia in omnibus, & per
omnia habentur tanquam Regna, & Dominia ſeparata. Sed in ſta
tu eccleſiaſtico licet ſint Prouinciæ, & Ciuitates ſeparatæ, poteſt
tn̄ quilibet iudex, licèt alterius fori, & loci ſeparati exequi ſenten
tiam alterius contra bannitū à ſe captum, ex dictis Motibus pro-
prijs. Non enim in omnibus, & per omnia d. Prouinciæ, & Ciui-
tates ſeparatæ ſunt, vt eſt Ducatus Mediolani à Ciuitate Neapo-
lis, ſed oēs officiales ſtatus eccleſiaſtici non vn̄r facere diuerſas
curias, ſed vna videt̄ eſſe Pontificia curia, ac totus ſtatus eccleſia-

ſticus vna videtur eſſe Prouincia, ex quo vnum habet ſummũ Pontificem, à quo omnes officiales dependent. Nã vna Prouincia dicitur, quæ vnum habet Regẽ, & Principem. c. ſcitote. 6. q. 3. & tradit de Regno Neapolis poſt And. de Iſer. Afflict. in conſti. humanitate. num. 44. vbi poſt And. de Iſern. ibi, & in conſtit. conſuetudinem, dicit, quod omnes Regij Officiales in Regno non faciunt diuerſas curias, ſed vna eſt regia curia, & illud Regnũ vna eſt prouincia, quia vnum habet Regem, vt ibi per eum. Vnde bannum officialis Regis idem operatur, quod bannum Regis, quia ſi officialis Regis banniat aliquem, ipſe Rex, à quo cauſam ille habet, bannire videtur: quia ordinaria ſua poteſtas ab eo dependet. l. 2. §. cumque omnia. C. de veter. iur. enuclean. cum ſimilib. ita Prepoſi. poſt And. de Iſern. in c. 1. hic finit lex Corradi. vt etiam ita firmat Nell. de bannit. 1. par. 2. tempor. q. 57. & ſequitur etiam Afflict. in d. loco. & Carrer. in pract. crim. fol. 51. num. 23. ex his inferens, an bannum hoc ita ab vno officiali latum indicium faciat ad torturã coram alio iudice non banniente: & dicẽs, quod hoc ex prædictis colligitur, ſatis ſentit indicium facere ad torturam: quoniam omnia tribunalia Iudicum ordinatorum à Rege, dicuntur tribunalia Regis, vt dicit Afflict. in iam citato loco, vt ex prædictis colligitur. qui propterea ex hoc, & ex prædictis dicit, quod cum de facto quæſtio fuerit, an bannitus ab vno Iuſtitiario prouinciæ Regni pro cauſa criminali in contumaciam, ſi vellet coram alio Iuſtitiario Regni dare fideiuſſores de ſtando iuri, vigore conſtitutionis dicti Regni, cum is coram illo pro cauſa capitali accuſatus eſſet, admitti deberet ad dandos dictos fideiuſſores, ex quo ab alio Iuſtitiario bannitus erat; determinatum fuit per Iudices Magnæ curiæ, ꝙ primò contumaciam purgaret coram illo Iuſtitiario banniente, & de banno extrahatur, & poſtea in oblatione fideiuſſoris audiatur, & interim ſe defenderet in vinculis, quoniã forbannitus non auditur offerendo fideiuſſores, per d. conſtitutionẽ humanitate. quamuis ab alio Iuſtitiario forbannitus eſſet; quia (vt diximus) omnia tribunalia iudicum ordinatorum à Rege, tribunalia Regis dicuntur.

242 Quamuis † ſi bannitus quis fuerit pro homicidio animo deliberato, & præmeditato, ac per induſtriam, maximè per inſidias commiſſo, in qualibet Mundi parte capi poſſit, & carcerari, vltimoque etiam affici ſupplicio: neque enim locum aliquem tutum habere debet, apud quem poſſit in aliqua totius orbis parte confugere, ſiue locus commiſſi homicidij ſit ſub eodem, ſiue ſub penitus diuerſo Principe, ita ꝙ nec in terris Eccleſiæ, nec in terris Imperij, quocunque in loco deliquerit, tutus erit: ſic enim eſt de iure



iure diuino, quod vbique viget, ac vigere, & ſeruari debet in omni Mundi parte, vt latiſsimè conſuluit Bernardinus de Plot. conſi. 133. tom. 1. conſi. crim. recens edit. per totum. Prout † etiam, quia
243
244 tribunal Domini Noſtri vbique eſt, Hæreticus † non ſolùm in loco, in quo deliquit, ſed vbicunque etiam capi poteſt, & puniendus eſt, neque † de eo ad locũ commiſsi delicti remiſsio fieri debet, vt putant Cyn. Alberi. & alij in l. 1. C. de ſumma Trin. & idẽ Alber. in rub. C. de hæretic. Guid. Pap. deciſ. 202. Io. And. & Fran. in c. vt commiſsi. de hæretic. in 6. Siman. Catho. inſti. tit. 2. nu. 15.
245
* & alij communiter, vt dicit Fran. Pegn. in ſchol. 45. col. 2. verſ. veruntamen ad 3. par. Director. inquiſitor. & oſtendit idem Pegn. in priuil. inquiſitor. 77. vbique enim (vt diximus) tribunal Dei eſt: vbique enim hæreticus diuinam maieſtatem offendit, & † omnẽ creaturam lædit, cùm etiam elementis faciat iniuriam. l. Arriani. l. Manichæos. C. de hæretic. & vbicunque eſt malè credens ibi peccat, ideoque ibidem puniri poteſt, vt dicit Io. And. in d. c. vt commiſsi. de hæretic. lib. 6. & hanc eſſe potiſsimam d. concluſionis rationem dicit Franc. Pegn. in d. loco. & Ioan. Roias in ſing. in fauorem fidei. ſing. 173. num. 7. & 8. & latè etiam Burſat. conſi. 7. nume. 26. & alijs ſeq. vol. 1.
246

247 Quod † præſertim procederet, quando ſimul etiam vel homicida, vel hæreticus bãnitus eſſet vagabundus: quia eo ipſo, quòd reus eſt vagabũdus, in quolibet loco, in quo inuenitur, poteſt de delicto commiſſo puniri, vt dicit gloſ. fin. in l. 1. C. vbi de crim. agi
* opor. vbi te inuenero, ibi te iudicabo. quam Docto. frequentiſsimo conſenſu ſequuntur, vt ait Couar. q. 11. pract. quæſt. num. 7. & per illam glo. ait Bart. in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudic. ꝙ multi ribaldi ſuſpenſi fuerunt, & quotidie ſuſpenduntur. & in hac quidem opinione, ꝙ vagabũdus poſsit vbique puniri, omnes cõ-
* cordant, vt ex alijs dicit Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 39. verſic. cæte-
248 rum. & ibi verſi. ſeq. declarat † vagabundum in propoſito eſſe illum, qui per Mundum vagatur, neque alicubi certum domiciliũ habet, in quo habitet, quod antea vltra alleg. per eum dixit etiam Alex. conſi. 166. num. 3. lib. 7. vbi alios allegat. dico in quo habitet; nam in hoc propoſito non conſideratur, an certum habeat domicilium originis, vel ne, quia eo non attento, dummodo non habeat certum domicilium habitationis, poteſt vbique conueniri,
* & puniri, vt declarat idem Iul. Clar. in d. loco. & dicit communi-
* ter teneri ex Inno. in c. dilectus. num. 10. de reſcrip. & in c. fi. nume. 15. de eo, qui mitt. in poſſ. rei ſeru. cauſ. & communiter reprobatur illa opinio, † ꝙ vt quis dicatur vagabundus, requiritur ꝙ
249 non habeat neque etiam domicilium originis, vt atteſtatur Maria. in

ria.in c. fi. numero 57. de foro compet. ea enim retenta ſequere-
tur, quòd neceſſe eſſet, Ciuitatem, in qua ille natus eſſet, funditus
eſſe euerſam, & deſtructam, quod utique ridiculum eſſet, ut ani-
250 maduertit idem Iul. Clar. d.q.39 uerſi. Sed hic quæro. Neque † eo
ipſo quòd quis eſt bannitus, dicitur uagabundus, ut per Alber. in
* 4.par.ſtat.q.80.item quæro. qui dicit, quòd ita tenent communi-
ter Doct. quem refert Cæpo.conſi.crim.58.verſi.Sed dubium eſt.
& poſt eum Iul.Clar.d.q 39.uerſicu. fui interrogatus. qui tamen
251 hoc † intelligit, ut procedat, quando bannitus certam habet in a-
liquo loco habitationem, ſeu domicilium; aliàs enim ſi ſine certa
habitatione per Mundum uagaretur, utique pro uagabundo ha-
bendus eſſet, prout & alij ita uagantes, ne propter bannũ in hoc
melioris efficerentur conditionis, quàm cæteri non banniti.

252 Nec † inter Iudices, qui non ſunt ſub eodem Principe, nec in-
ter diuerſa dominia fit remiſsio de vno Iudice, uel de uno Præſi
* de ad alium de generali conſuetudine, quicquid de iure aliter ſta
tutum fuerit. ut latè per Iul.Clar. lib.5.ſenten.§.fin.q.38. uerſic.
* Sed certè.& verſi.ſeq. vbi latè ex pluribus tam de communi opi-
nio. quàm de conſuetudine teſtatur, de qua ēt per Mant. apoph-
tegmate 103.in fi.& Ant.Columb.in tract.de modo proceden.in
controuer.crim.art.245.latè Viui.in commu.opin. in ver. Iudex
domicilij.relatus inter commun.opin.recens collec.tom.1.lib.3.
tit.13.vbi de crim.agi oport.num.55. Fichard. in commun. opin.
in ver.remittere.relatus in d.loco.nu.56. & Bonacoſ.in commu-
nib.opinio.in verb.remiſsio.ſimiliter relatus in d.loco. num.57.
Cæterùm inter Ciuitates, & Dominia, quæ ſubdita ſunt vni Do-
mino, vel Præſidi, remiſsio fieri ſolet, & debet, vt per Ang.in l.ſo-
* let.nume.3.ff. de cuſto.reor.qui dicit, quòd ita vidit practicari, &
obſeruari pluries, & benè quidem. quem refert Iul.Clar. d.q.38.
verſ. hoc tamen. de quo & per alios ſupra relatos in dictis locis.
253 Et † ideo in cauſa hæreſis quiuis inquiſitor à quouis inquiſitore
cuiuſcunque Prouinciæ poterit remiſsionem petere, quoniam
quoad hanc cauſam omnes ſunt Rom.Pont.delegati.& crimē eſt
merè eccleſiaſticum, ratione cuius nulli domino temporali ſub-
ſunt Inquiſitores, ſed ſoli Rom.Pont.aut Generalibus Inquiſito-
ribus debent obtemperare, qua ratione ſub eiuſdem Imperio eſ-
ſe meritò dici poſſunt. Ita ſi delinquentium culpæ ita exegerint,
& commodum videatur, ac opportunum ab Hiſpania in Italiam,
& vice verſa rei huius criminis remitti debent. ita dicit Franc.
Pegn.d.ſchol.45.ad 3.par.Director.inquiſitor.col.3. ſexto quod
remiſsio.dicens, quòd & in alijs prouincijs ob publicam vtilita-
tem, & criminis grauitatem penitus eſſet obſeruandum, nullis
priui-



priuilegijs aut immunitatibus quicquam iuuantibus, quæ ratio-
254 ne hæreſis amittuntur.l.1.C.de hæretic. Quæ autem † obſeruan-
da ſint, vt remiſsio iure fieri poſsit, tradit Ioan.Roias d.ſing.173.
255 & copioſiùs Franc.Pegn.d.ſchol.45.col.3.& 4. Et † in alijs deli-
ctis, atrocibus tamen, de facto aliquando non obſtante d.conſue-
tudine, factæ fuerunt remiſsiones delinquentium Principibus fi-
nitimis, vt vidiſſe fieri in Ducatu Mediolani dicit Iul. Clar. d. q.
38.verſi.hoc tamen. Et non ſunt multi dies, ꝙ Sereniſsimo Ma-
gno Duci Etruriæ duo eius ſubditi banniti, qui in ſtatu etiam ec-
cleſiaſtico deliquerunt, & banniti erant, ex hac Ciuitate Peruſiæ
remiſsi fuerunt non inconſulto Principe. vt etiam ipſe Sereniſsi-
mus Magnus Dux remittit bannitos ſtatus eccleſiaſtici in ſua di-
256 tione à ſuis captos. Quam † remiſsionem inter diuerſa omnino
dominia non laudat Iul.Clar.in d.loco.credens, ꝙ ſtante d.con-
ſuetudine, ipſi debeant eſſe ſecuri. Quamuis ad punitionem ma-
lefactorum (vt ſubdit ibidem Iul. Clar.) Deus aliquando ita fieri
257 permittat.& † admonet ille propterea delinquentes, ꝙ ne hoc eis *
contingat, à Principe, ſub quo morantur, fidantiam, ſeu ſaluum-
conductum habere procurent: tunc enim tutè ibi permanere po-
terunt, ſecundum eum. Sed ſecurè ſub eo viuendum non eſſe, ſua-
det Bonacoſ. vbi ſupra.d.num.57.& ſuadetur ex pluribus tum Do
cto.authoritatibus, tũ exemplis, quæ in propoſito congerit Me-
noch.conſi.100.num.185.& alijs ſeq.vol.1.etſi num.218. & alijs
ſeq.contendat ſaluumconductum eſſe ſeruandum. qua de re late
Magalot.de ſecurit.ſeu ſaluoconductu.par.2.

Et quamuis par in parem non habeat Imperium, ſi tamē vnus
ex condominis, vel conſortibus caſtri, vel Villæ delinquat, ibi a-
lius cōdominus, vel conſors poteſt eum punire, quaſi delinquēdo
ibi ſe tacitè ſubmiſerit, ſecundùm Guil.& Ang.in l.eſt receptũ.ff.
de iuriſd.om.iud.Sal.& Amb.ibi, per c.in archiepiſcopatu. de ra-
* ptor.c.fi.de for comp.& eſt commu.opin.ſecundum eos, & Balb.
deciſ. 6.relatum inter commu.opi. recens collect. tom.1.lib.3.
tit.11.de iuriſd.nu.137. Quicquid ipſe Guil. viſus ſit tenere con-
trarium in l.fi.de rer.diuiſ.& refert, & ſequitur Cato in d.l.eſt re-
ceptum. dicens tunc adeundum eſſe ſuperiorem. qua de re vide
Nat.conſi.87.lib.1.& alios antiquiores, ad quos ſe remittit Car-
din.Alban.in lucubrat.in Bar.in d.l.fi.ff.de rer.diuiſ.num.2.& in
l.qui iuriſdictioni ff.de iuriſd.om.iud.vbi alleg.Brun.conſi.31.

258 Et † licèt aliàs de iure bannitus captus, quamuis ex forma ſta
tutorum haberetur pro confeſſo, & conuicto, poſſet tamen ali-
quas defenſiones facere poſt bannum, & eius fictam confeſsio-
nem, vt per Marſi.ſing.72.Bertazol.conſi.35.nu.11.lib.1.& po eſt
quidem

quidem per viam exceptionis executionem impedire, modo ex-
ceptio talis ſit, quæ ſi à principio fuiſſet oppoſita ante bannum,
iudicium ſuſcipere compulſus non fuiſſet, vt dicit Barto. in l.non
videtur.la 1.in fine.ff.de iud.Nell.in tract.de bannit.2.par.1. tẽp.
nu.2.in fin.Aug.Arim.ad Ang.de maleſi.in ver.ita vt caput à ſpa
tulis amputetur.num.19.& in glo.Caium Sempronij.in 1. addit.
col.fin.ver.tempora tamen prædicta. Marſ. in pract.crim.§. vlti-
ma quæſtio.nu.27.& ſing.72.ver.ſed tene.& conſi.16. nu.33.con
ſi.32.nu.20.conſi.64.nu.4.Boſſ.in titu.de ban.nullit.col. 2. & eſt
communis concluſio, vt dicit Rolan.à Valle conſi. 60. nu.30.lib.
* 2.& poſt eum Iul.Clar.d.q.96. verſi. ſed pone. & communem ẽt
dicit poſt Xuarez.quem alleg.Bonacoſs.par.1. com. opin. crim.
in verb.bannitus ſtatim.& ſequitur poſt alios, quos alleg. Foller.
in prac.crim.4.par.3.par.in ver.& ſi confitebuntur. nu. 5. & Ber-
tazol.conſi.105.nu.1.lib.1.& conſi.119.nu.1.conſi.146.num.14.
eo.lib.1.& cõſi.339.nu.1.lib.2.& conſ.462.nu.1.eo. vol.licèt Bri-
* tones malè id obſeruent, qui nunquam audiunt cõtumaces con-
demnatos pro delicto: in Francia autem ſic in vim literarum Re-
giarum, vt inquit Caſsan.in conſuetud. Burgun. verb. de iuſtices
& droictz.rub.1.§.7.nu.11.quod & ſupra diximus in præfatio.nu
me.28.Ex forma tamẽ d.Motus proprij bannitus ad aliquid op-
ponendum non audiretur, niſi ſit à Principe admiſsus ad nouas
defenſiones, vt etiam de conſuetudine, & ordinibus Ducatus Me
* diolani in eo ſtatu ſeruatur, vt dicit Iul.Clar.d.q.96.ver. ſed po-
259 ne. Et † ita hodie locum non habet, ſtãte d.Motu proprio, quod
not.Pau.de Caſtr.in d.conſ.3.col.2. vol.3. ſecundum nouam im-
260 preſsio.vbi inquit, ꝙ † ſi poſt terminum banni comparet banni-
tus, & neget ſe commiſiſſe delictum, quod videbatur tacitè con-
feſsus ex contumacia, ex forma ſtatuti, ꝙ audiendus eſt. & ſequi-
tur Marſ.in pra.cri.d.§.vlt.q.nu.28.& in d.conſ.16.nu.33.d. con-
ſi.64.nu.7.& d.ſing.72.Aug.de Arim.ad Ang.in d.ver.Caiũ Sem
pronij.nu.3.in fi.Rolan.à Valle d.conſi.60.nu. 30. verſi.ſecundo
facit.vol. 2.& diximus infra c.3.Nam poſt annum, vel infra annũ
ſi bannitus captus eſt, audiri non debet, niſi ex gratia Principis
ex diſpoſitione d.Motus proprij, quæ ẽt ceſsare facit controuer-
261 ſam illam opinionem, ſeu potius illius effectum, an ſtante † ſtatu-
to, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto poſsit appel-
lari, prout non poſse appellari tenuit Nell.de bannit.in 4.part.1.
temp.col.2.verſi.pro huius.Ang.de Arim. ad Aug. de maleſi. in
glo.præſente d.Caio.verſi. ſin autẽ abſens. Foller.in pract. crim.
in 4.par.3.par.in verb.& ſi confitebuntur.nu.35. ſecundũ vtranq;
impreſsionem.Boſs.in tract.cauſar.crim.in tit.de remed. contra
ban.



bannit.col.fi.Mar.poſt alios quos alleg.in tracta.de bãn.in verb.
contumaciam.nu.56.Bertazol.conſi.82.nu.19.lib.1.Sed contra-
rium tenuerunt Bal.in l.ita demum, col.pen. in fin. C. de procur.
Franc.in c.cum ſpeciali.§.porrò.col.7.de appellatio.Aret.in cõ-
ſi.147.col.3.ver.& idem.& in c.de his.vbi quoque Ana. de accu-
ſatio.Corn.conſi.194.col.fin.vol.1.& in conſi.17.col.4.vol.3.An
ge.de maleſi.in ver.præſente Caio.nu.21.Ludo.Bolog. conſil 34.
in fin.Fely.in c.conſanguinei.colu.fi.de re iud. Rolan. à Valle.d.
conſ.60.nu.33.vol.2.& conſi.94.nu.14.vol.3.Natt.conſi. 444.nu
262 me 5.quorũ opinio ſine dubio procedit, quando † in appellatio-
ne iuſta, & rationabilis cauſa allegaretur, quæ fictam hanc confeſ
ſionem, & contumaciá excuſaret.Bal.in l.1. C. quor.appel.Cum.
in l.creditor.§.iuſlus.ff.de appel.Saly. in l.2. §. quod ſi actor. C.
de iuram.calum.Fran.in d.§.porrò.col.7.circa.fin.ceſſat (inquã)
hæc controuerſa opinio, ſeu potius illius effectus, ſuccedente ca-
ptura banniti, & condemnati ex d.Motu proprio Pij IIII.per Piũ
V.confirmato, quo poſt annum, & intra annum ex prædicto alio
Motu proprio Pij V. cõtra bannitum captũ ſentẽtia exequi põt,
& bãnum, non attentis appellationibus, prouocationibus, & nul-
litatum dictionibus, tanquàm in rem iudicatam trãſierit. Quod
ius appellãdi à Principe tolli potuit, vt probatur in c.1.de reſcr.
c.paſtoralis.de appellatio.c.ſuper quæſtionum.§. ſi verò. de offi.
deleg.l.1.§.interdum.ff.à quib.appel.non lic.& c.ſuper eo. de of-
fic.deleg.& poſt alios, quos alleg.tradit, & aduerſus obiectiones
defendit Couar.pract.q.cap.23.nu.6. Non negamus. Iul.Clar.ex
* communi, & cõſuetudine lib.5.ſent.§.fi.q.94.ver.cæterũ.Ioſeph.
Cum.c.74.nu.38. ſuper ritu magn. Cur. Regn. Sicil. prout ex eo
ceſſare videtur, quia ex diſpoſitione d. conſtitutionum delictum
263 efficitur etiam notorium: quando † autem delictum eſt noto-
rium non admittitur appellatio. Fran. in c.conſuluit.el 1. & d.§.
* porrò.c.cum ſpeciali.col.5. de appellatio. & ita communiter te-
netur, vt dicit Io.de Ana.in cap.quàm pernicioſum. poſt num. 1.
264 de vſur.In tantum † quòd appellatio admitti non deberet, etiam
ſi in appellatione iuſta, & rationabilis cauſa deduceretur, quæ no
torium hoc offuſcare haberet, quàmuis hoc in caſu aliàs etiam in
265 notorio admitti debeat appellatio, ex quo † etiam in notorijs le-
gitima defenſio prætendi poteſt. vt per Fran.in d.§.porrò.d.col.
5.ex quo bannitus, ſiue poſt annum, ſiue infra annũ ſi captus fue-
rit, in ſuis defenſionibus audiri nõ debet ex forma d.Motus pro-
prij Pij IIII.& Pij V. & valet iſta conſtitutio, vt per Alber. in 4.
par.ſtatut.q.53.nu.4.quem poſt Augu. Arim. quem alleg. refert
Iul.Clar.lib.5.ſen.§. fin.q.94.verſi cæterũ. & in ſuis defenſionib.
audiretur,

audiretur,ſi appellationem cum iuſtæ, & rationabilis cauſæ aſſer
tione Iudex à quo admitteret, & Iudex ad quem reciperet, quæ
266 propterea admitti non debet: quia † quoties ex forma ſtatuti,
vel aliter audientia denegatur, ſeu ſi aliquis audiri non debet, ap
pellare is poteſt. Spec. in tit. de appellat § 2. verſi. 31. & ſequitur
Bal. in addi. Spec. eo. tit. in prin. & idem etiam ſequitur glo. Bar.
Brix. in c. ſi quis deinceps. 16. q. vlt. in verb. audiam. Ant. di But.
in c. ſignificauit. in fi. de exceptio. Fran. in rub. extra de appella-
tio. ver. ſed tamen dubitatur. Et licèt Imo. in d. c. ſignificauit. cō-
trarium teneat, ſumus tamen extra omnem difficultatē, quia d.
Motus proprij audientiā denegant in defendendo bannitis ca-
267 ptis, quo † in caſu ſatis appellatio prohibita dicitur, vt per Frāc.
268 in d. rub. de appellatio. ver. ſed in contrarium facit. Adeo ꝙ † ta-
libus bannitis poſt annum, vel infra annum captis nullum aliud,
vt audiantur, ſupereſt remediū, ſi cætera ritè proceſſerunt, quàm
ipſius Principis clementia, & gratia ex expreſſa d. Motus proprij
269 diſpoſitione, ad quam † gratiam concedendam Principem tene-
ri, dicit Boſſ. in tit. de liter. Princip. ver. tertio ſcias, quia aliàs ſæ-
270 pè contingeret, vt innocens moreretur: cum † multi, vt ſupra di-
ximus in præfat. nu. 25. Iudicum iniuria, odioq; inimicorū eos
proſequentium in exilium mittuntur, multi etiam pecunias non
habentes propter ægeſtatem non audent in iudicio ſiſtere, ne in
carceribus marceſcant. Rurſus idem Boſſ. in tit. banni. q̄d amit.
col. pen. in fi. ver. & ideo. & in tit. de remed. contra ban. col. 2. di-
271 cit, † ꝙ Senatus Mediolanenſis dat literas Iudicibus, vt non ob-
ſtante banno, & ſententia, ſupplicantem audiant, & admittant ad
demonſtrandam innocentiam ſuam, qua demonſtrata abſolutio
ſequitur, aliàs bannum executioni demandatur, niſi Senatus ex
qualitate indiciorum tutam haberet conſcientiam ſuam, ꝙ ban-
nitus deliquiſſet, quia tunc bannum exequeretur, vt dicit idem
Boſſ. in d. tit. de lite. Princip. & in tit. de requi. reis. col. 1. in fin. &
272 ſentit idem Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 96. ver. ſed nunquid. vt † ēt
hanc admiſſionem, vt ſcilicet reus quāuis propter contumaciam
tanquàm confeſſus, & conuictus bannitus fuerit, ſit nihilominus
audiendus, ſi velit innocentiam ſuam demonſtrare, dicit eſſe de
iure faciendam Gram. ſuper prag. Regni fol. 168. nu. 18. & ibi re-
fert per conſiliū Neapol. in contingentia facti ita fuiſſe deciſum,
& admiſſum quendam Medicum condemnatum in amputatione
manus, & ita in contingentia facti conſuluit etiam Nat. d. conſil.
444. vol. 2. & Rolan. à Valle d. conſi. 60. nu. 30. & ſeqq. vol. 2. & ſe-
quitur Iul. Cla. lib. 5. ſen. §. fi. q. 94. ver. eſt ēt. circa fi. Quamuis Ro
273 lan. à Valle d. conſi. 60. in fin. putet, ꝙ † tales banniti etiā ſine di-
ctis



ctis literis eſſet audiendi, vt etiam ex pluribus conſuluit Natt. d.
conſi 444. per totum. & Alber. in l. eos. circa prin. ff. de cuſt. reor.
dicit, ꝙ de iure deberent quaſi re integra audiri. & Iaſ. dicit in l.
inter ſtipulantem. § 1. in fi. ff. de verb. oblig. ꝙ d. practica Bart. in
* d. l. diuus. ff. de custo. reor. cōmuniter reprobatur, & ꝙ Bar. com-
muniter damnatur: ſed quicquid ſit de iure, habemus hodie in ſta
tu eccleſiaſtico d. Motus proprios, ꝙ tales bāniti, qui capti in ma
nus iuſtitiæ deuenerunt, ad defenſiones ſuas à Iudicibus admitti
non debent, ſed ꝙ ſententias tanquàm in rem tranſierint iudica-
tam, & delictum effectum ſit notorium, exequantur, niſi ex gra-
* tia Principis audiri obtinuerint. & ita ſeruatur. & dicit Iul. Clar.
d. q. 95. ver. quæro nunquid. in fin. ꝙ ſemper vidit d. practicā Bar
* to. in d. l. diuus. ab omnibus obſeruari, prout communiter eſſe re
ceptam ſupra diximus, & atteſtantur plures relati ibi per Clar. &
ideo minimè mutanda, etſi hanc prauam conſuetudinem Ciuita-
tum dicat Alberi. in d. l. eos. circa prin. ff. de cuſto. reor. Quamuis
ſi de facto, & fiſco, ſeu parte non opponente iudex admitteret cō
demnatum, & bannitum ad nouas defenſiones, quarum vigore
poſtea reus relaxaretur, vel abſolueretur, talis abſolutio valeret,
& ſuſtineretur, teſte Boſſ. in trac. cauſ. crim. tit. ſi aduerſ. rem iud.
reſtit. poſt al. nu. 28. in fin. quē refert, & ſequit̄ Proſper Farinac.
lib. 1. var. qq. & commu. opin. crim. poſt huius noſtri trac. priorē
editionem euulgato, q. 11. nu. 68. verum aduerte, ne huic conclu
ſioni obſtent clauſulæ irritātes, quæ ſunt in d. motibus proprijs,
de quarum vi, & veritate diximus infra cap. 3. num. 8. & ſeqq. Cu-
274 ius † quidem gratiæ natura eſt, vt quicquid abſtulit iniuſtitia, iu
ſtitia reſtituat, ſecundum Saly. & Ang. in l. fi. C. de ſent. paſſ. quos
ſequitur Boſſ. in d. titu. de liter. Princip. col. 1. & Rolan. à Valle d.
conſi. 60. in fi. vol. 2. Quamuis crediderim, ꝙ ſi dolo aduerſarij,
vel ſine ſui culpa citatus abfuit; vel ſi compareret Iudice adhuc
pro tribunali ſedente, quàmuis poſt terminum, vel ſi non ſederet
pro tribunali, ſed ab eo diſceſſit videns habitum pro confeſſo
nollentem comparere, vel ſi comparuiſſet, & reperijſſet Iudicem
intēpeſtiuè receſſiſſe à bancho, aut ſi aliter Iudex malitioſè ver-
ſatus fuiſſet, horum ratio habenda eſſet, quia ſententia ex ficta
confeſſione fundamentum recipit, quia cōtumax ex ſtatuto pro
confeſſo habetur, & his in caſibus appellare licet habito pro con
feſſo, vt poſt Bar. & Bal. quos alleg. tradit Cauenſ. ſup ritu magn.
cur. ritu 120. nu. 9. & ſeq. dicens hæc omnia eſſe not.
275 Nec, † ſi aliud non obſtat, effugere poſſunt, quin torqueantur
ad veritatem eruendam ſine aliquo alio indicio, licet ad nouas
defenſiones à Principe admiſſi fuerint. Bald. in l. 1. colum. 6. C. de
hæred.

hæred.inſtit. Alciat.de præſumptio.reg.3.præſumpt.22.num.10. Mar.in l.1.in prin.nu.3.de quæſtio.& in cōſi.117.nu.51. qui declarat Boer.deciſ.163.nu.5.Fran.Caſo. q declarat in pract. crim. trac.10.cap.9.latè Blan.de indic.nu.293. Carrer. qui declarat in pract.crim.fol.17.nu.58.& ſeq. ſecundum vlt.impreſsio. Boſſ. in tract.cauſar.crim.in tit.de literis Princip.in fi.& in tit. de bannitis.poſt nu.4.& in tit.de indic.& conſiderat.ante tortur.nu. 133. latè Foller.in pract.crimi.3.par.in verb.& ſi confitebuntur.nu.8. & alijs pluribus ſeq.quod æterna memoria dignū,quia regulariter ſententia in contumacia lata non nocet,dicit Catellia. Cott. memoral.bannitus in contumaciam.Et propterea inoleuit ſtylus Principis,vel alterius authoritatē, & poteſtatem habentis appo-

276 nendi in reſcripto admiſsionis ad defenſiones † clauſulam, ſine

277 præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium. Quæ † quidem proteſtatio, ſeu indiciorum ex contumacia reſultantiū reſeruatio parum in quibuſdam caſibus prodeſſet, de quibus per Foller.vbi ſupra.& in verb.banniantur.nu.54. Maſcar.de probatio.vol.1.cōcluſ.162.nu.17.Marc.Ant.Ruge. conſi. nu.60. & 76. lib.1.& Laur.ab Occa.conſi.60.nu.27.& ſeq.tom.2.crim. Hiero. Gabriel.conſi.167.nu.60.lib.2.vbi & quid, ſi dicta clauſula, & ſimilis adiecta non eſſet: ſed ſimpliciter quis fuerit admiſſus ad nouas defenſiones,& quid etiam de clauſula ſine præiudicio iurium fiſci,& Mediolani hoc non ſeruatur, niſi qualitas perſonæ in id iudicem inducat,vt dicit Catellia.Cott.in d.loco. qua de re & infra diximus cap.fin.nu.180.Et vnicam tantum (vt vnico verbo multa dicam) rationem habere videntur omnes illæ fallētiæ, & declarationes,de quibus per ſupradictos Doct.in d.locis,quin ſcilicet in omnibus illis caſibus,fallentijs,& declarationibus ceſſare videtur ficta illa confeſsio à ſtatuto ex contumacia inducta: & ideo cum ex ea, quæ per admiſsionem ad nouas defenſiones ſublata non dicitur,vt ſupra diximus hoc cap.nu.218. remaneat indicium ad torturam,vt per Bal. & alios ſupra alleg. Doct. in d. locis,ſequitur, quod ſi quo caſu ceſſat ficta illa confeſsio, prout ceſſare videtur in d.caſibus, ceſſabit quoque indicium ad torturam. Quod & ſentit Hiero.Gabr.in d.conſi.167.num.60.Neque inter dictos caſus numerandus eſt caſus ſpontaneæ confeſsionis bāniti admiſsi ad nouas defenſiones,prout numerat Ant. Scapp. poſt huius operis priorem editionem viſus in tract. de iure non ſcripto.lib.5.cap.174.in fin.dicens, quòd prædicta opinio, quod bannitus admiſſus ad nouas defenſiones torqueri poſsit,ſibi non placet,quia ſpontanea comparitio maximum arguit innocentiæ teſtimonium, vt ibi per eum. Nam licet ex comparitione ſpōtanea



nea ſignum, & non modicum quidem appareat innocentiæ, remanet tamen adhuc ficta confeſsio ex contumacia inducta, ex qua ita remanet indicium ad torturam ex iam dictis.

278 Et † in crimine hæreſis,ſi quis in contumaciam condemnatus fuerit,non quia plenè conuictus ſit de vera,& formali hæreſi,ſed ſolùm quia hæreſis ſuſpitione laboraret,expleto anno non audiretur quoad hoc,vt bona recuperaret, niſi vel de innocētia eius, vel de iuſto impedimento legitimè conſtiterit. Auditur tamen quantum attinet ad excuſandum crimen,& probandum innocētiam quocunque tempore,non obſtante,ꝙ quiuis terminus aſsi-

* gnatus fuerit elapſus, vt verè docet glo.cōmuniter recepta in ca. excommunicamus.§.qui autem. in ver. condemnentur.de hæretic.per tex.in l.annus.ff.de requi.reis.Simanc. catholic. inſtit.titu.2.nu.21.& tit.14.nu.10.Fran.Pegn.ſchol.69.col. 2. poſt med. in 3.par.Directo.inquiſitor.qui dicit d.glo.cōmuniter receptā,

279 & iniqua † eſſe,& valde iniuſta earum Ciuitatum ſtatuta, quibus cauetur,vt certo tempore elapſo poſt latam ſententiam in abſentem ob contumaciam reus nullatenus audiatur, etiā quoad crimen: hæc enim ſtatuta velut contra naturalem rationem condita,quæ defenſionem cuique permittit, delenda penitus eſſent, vt per eum ibi, qui tamen ſubdit ſuum non eſſe hæc emendare.

280 At † ſi in contumaciam condemnatus eſſet, quia plenè de hæreſi conuictus eſt, tunc ſiue ſponte ſe obtulerit poſt ſententiam, ſiue inuitus comprehendatur, audiendus eſt, tametſi ſtatua eius

* combuſta eſſet, vt comburi ſolet, vt dicit Simanc.d.tit.2. nu.20. & receptiſsimam eſſe comburendi conſuetudinem teſtatur Fran.

281 Pegn.d.ſchol.69.in fi. nulla † enim temporis præfinitione à cauſæ defenſione ſubmoueri debet.d.l.annus.ff.de requi.reis.tradit optimè Simanc.in prax.hæres.tit.45.& d.tit.2.Catholi.inſti.nu

282 me.20.Franc.Pegn.d.ſchol.69.in fi.qui ſubdit,† ꝙ ſi iſte miſericordiā petierit,admittendus eſt ad eccleſiæ gremium, niſi fuerit relapſus; acerbiſsimè tñ dicit eſſe puniendū pp cōtumaciā,quāquam tunc lenienda pœnitentia erit,& rigori detrahendum,cum ſponte ad agnoſcendum culpam ſuam acceſſerit.

283 Nec † ſi clericus in ſacris conſtitutus in cōtumaciam eſſet cōdemnatus pro hoc crimine hæreſis, & verbaliter,quia abſens, eſſet degradatus,& fictè Curiæ ſeculari traditus,& à iudice ſeculari caperetur,executio impediretur, quia realiter degradatus nō eſſet: pōt.n. Iudex ſecularis hoc in caſu abſq; reali degraditione eum punire,quoties illum poſt hāc ſnīam inuenerit,& ceperit,vt ſentit Eymericus in ſuo Director.inquiſit.3.par.cuius ſnīam val de probabilē ex plurib. dicit Frā.Pegn.in d.ad eū ſchol.69.col.4.

Prout

284 Prout † etiam executio non impediretur ex eo, ꝙ realiter clericus degradatus non eſſet, ſi in contumaciã condemnatus eſſet pro aliquo alio delicto, quodcunque ſit, pp quod tamen degradari meruiſſet, & legitimè, vt teſtibus, conuinceretur, & data eſſet facultas ab eccleſiaſtico Iudice Iudici ſeculari, vt eum capiat, & ſecundum ſuas leges iudicet, & captus deinde fuerit: ex illa. n. ſola ſententia ſine alia degradatione talis clericus habetur pro realiter degradato quoad hoc, vt non gaudeat priuilegio clericali, per tex. in c. cũ nõ ab homine. de iud. ita Lup. Hiſpanus in trac. de libertate Eccleſiæ. q. 9. quem refert, & ſequitur Franc. Peg. d. ſchol. 69. col. 4. ver. & hac ſententia. in 3. par. Direc. inquiſitor.

285 Prout † etiam non impediretur, ſi clericus in ſacris conſtitutus de aſſaſsinio imputatus hoc probaretur, & declaratum fuerit: poterit. n. per Iudicem ſecularem, qui illum comprehenderet, puni-
* ri, nulla præcedente actuali degradatione, vt communiter tenent Doc. in c. 1. de homicid. lib 6 & hanc teſtatur eſſe cõmunẽ opin. Iul. Clar lib. 5. ſent. §. fi. q. 36. ver. ſed quæro. vbi plures alleg. qui
* de communi teſtantur, & in practica etiam ita obſeruatur. & ſequitur Pegn. d. ſchol. 69. ver. rurſus eandem ſententiam. Quãuis
286 † enim per verbalem degradationem Iudex laicus nullã aſſequatur iuriſdictionem in clericum ita degradatũ, prout aſſequitur, quando actualiter eſt degradatus: quia tunc poteſt Iudex ſecularis eum punire etiam abſque eo, ꝙ Curiæ ſeculari ille tradatur,
* ſecundum communem opin. de qua teſtatur Alciat. in d. c. cũ non ab homine. nu. 108. & ex eo Viui. lib. 1. com. opin. litera C. nu. 61. Iul. Clar. d. q. 36. ver. ſcias autem. & Eman. Xuarez. in Theſau. re-
287 cept. ſent. in litera C. n. 121. Hoc † tamen fallit, quã præter verbalem degradationem relictus eſt amplius Curiæ ſeculari; nã tunc, perinde ac ſi eſſet actualiter degradatus ſubeſt iuriſdictioni Iudi-
* cis ſecularis, vt ꝑ Iul. Clar. d. ver. ſcias aũt dicentẽ eſſe cõmunem opin. quã ẽt ſequitur Fran. Pegn. d. ſchol. 69. ver. poſtremo quis.

288 Putat † tamen idem Fran. Pegn. d. ſchol. 69. colu. 5. in crimine hæreſis, tam quoad clericos, quam quoad laicos abſentes in contumaciam condemnatos, & captos ita ſentiendum eſſe, primum quòd mitius, & benignius, ne eccleſiaſtici Iudices eos expellant de foro ſuo, vt videlicet ſi cõuerti voluerint abſque cõtrouerſia, poſsint ab Inquiſitoribus recipi, ne Iudex ſecularis dicat, ſe acquiſiuiſse ſuper eos per talem fictam traditionem ſibi factam, iuriſdictionem, & poteſtatem, quod & obſeruauit Eymericus d. 3. par. Director. Inquiſitor. d. tit. de tertiodecimo terminandi proceſſum fidei &c. nu. 215.

Præterea dicit Fran. Peg. in d. loco, ꝙ quãuis clericus in ſacris conſtitu-



conſtitutus verbaliter degradatus, & fictè relictus Curiæ ſeculari iure poſsit puniri per Iudicem ſecularem, & vltimo ſupplicio affici, tutius tamen eſt, & humanius, vt actualiter degradetur, quoniam iura loquentia de degradatione ad effectũ tradendi aliquẽ curiæ ſæculari, vt per Iudicem ſecularem puniatur, de actuali videntur accipienda. c. quoniam. de hæret. lib. 6. cap. degradatio. de pœn. c. excommunicamus. el 2. de hęret. quibus locis degradationis nomine verè, & propriè actualem degradationem accipimus.
289 nam verbalis † degradatio depoſitio vocari ſolet, vt optimè tradit Iul. Clar. poſt alios li. 5. ſen. §. fi. q. 74. in prin. & ſubdit Peg. vbi ſup. ꝙ niſi ita fieret, populus commoueretur vehementer, dicens, indignum fieri facinus abſque actuali degradatione clericum in ſacris conſtitutum vltimo ſupplicio affici, quod aliquando contigiſſe dicit.

Et tandem addit, ꝙ quamuis ſuperior ſentẽtia vera ſit in alijs
290 criminibus, pro quibus clericus poteſt degradari, † vt in eo, qui commiſit crimen falſi in literis Apoſtolicis, & in eo, qui intulit calumniam Epiſcopo ſuo, iuxta glo. in c. ad abolendam. in ver. re-
* linquatur. de hæret. & communem Doct. theoricam, de qua teſtatur Gul. Benedic. poſt repet. c. Raynutius. in q. de homicid. nu. 3.
* & ſeq. Iul. Clar. d. q. 36. verſ. ſcias etiam. quam & ſequuntur communiter Summiſtæ, vt Angelica, Tabie. & Silueſtr. in verb. degradatio. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 20. poſt nume. 7. Foller. in pract. crim. cano. in verb. & ſi confeſsi, aut conuicti. num 23. Et in aſſaſ-
291 ſinio † etiam, in quo ipſo iure dicitur degradatus. c. 2. de homicid. lib. 7. quibus caſibus poſtquam de crimine cõnſtitit, & in poteſtatem Iudicis ſæcularis clerici redacti ſunt, non audiuntur, etſi cõuerti velint: in crimine tamen hæreſis in propoſita quæſtione nõ vr̃ ita ſentiendum, cum ſit crimen occultum, & in mẽte cõſiſtens.
292 ita Frã. Peg. in d. loc. qui † propterea non credit tutum, vt abſenti contumaci redeunti ẽt degradato, vt ſcribit Eymeric. in loc. iã citato. audientia denegaretur: itaque melius eſt ſecundum eum, vt ſemper admittatur ad proponendam excuſationem de crimine, & ad miſericordiam etiam, ſi humiliter petierit: & hãc ſñiam tũc maximè obſeruandam eſſe dicit, cum is, qui in abſentia condẽnatus eſt, per fictas iuris præſumptiones tantùm eſſet conuictus de crimine, vt quia per annum ſuſtinuit excommunicationem in cã fidei, nec comparuit ad ſe defendendum, iuxta c. cum contuma-
293 cia. de hæret. lib. 6. & propterea Iudices † admonet ſæculares, ꝙ non obſtante verbali degradatione, & traditione ſibi facta in hoc crimine hæreſis, melius facient, ſi clericum captum Inquiſitoribus afferant, vt ab ipſis audiatur, & quid ſit facien-

 dum

dum iudicetur. quod ipſum & circa laicum quoque putat obſeruandum.

294 Cæterùm † ficta hæc confeſsio à ſtatuto inducta, quæ tot, taleſque, ac alios operatur effectus, ſuum nõ operatur effectum in pluribus caſibus, quorum primus eſt ſecundum aliquos, reſpectu offenſionis, & occiſionis ipſius banniti, cum ſecundum eos ex contumacia, & ficta confeſsione, quæ ex illa reſultat, bannitus impunè offendi, & occidi non poſsit, de quo ſupra diximus in ſecundo effectu. Secundus caſus eſt reſpectu inualiditatis proceſſus, non enim illum inordinatum, & nullũ validat, ſicut vera cõfeſsio, de quo ſupra diximus num. 36. & inf. c. fi. num. 2 7. Tertius

295 † eſt caſus reſpectu tertij, vt ſcilicet in ipſius tertij præiudiciũ nõ operetur, vt per Bar. & alios in l. cum filiusfam. in prin. ff. de verb. oblig. Rui. conſi. 19. num. 8. in fi. lib. 5. Rot. deciſ. 12. num. 4. vol. 1. deciſ. diuerſor. Rotæ. Nat. conſi. 540. num. 29. vol. 3. & alios infra alleg. ſed ſolùm operatur reſpectu ipſius contumacis banniti, & condemnati, ſecundum eoſdem prælleg. Doct. in d. locis. & Alc. conſi. 24. num. 10. & ſeq. lib. 8. Card. Alban. in lucubrat. in Bart. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. num. 4. ff. de iureiuran. dum ſe remittit ad Bar. in d. l. cum filiusfam. de verb. oblig. glo. in l. præſes. C. de pignor. & Alex. conſi. 85. volu. 3. Alber. Brun. de ſtatutis. in ver. confeſsio. verſic. an ficta confeſsio inducta. remittens ſe ad Abb. conſi. 66. vol. 2. de quo dubium non eſt, vt dicit Boſſ. in trac. cauſ. crim. tit. bannit. quid amit. num. 19. Bertazol. conſil. 82. nu-

296 me. 19. lib. 1. Et † licèt aliquando ſententia lata contra vnum alteri præiudicet, id tamen locum non habet, quando ſententia cõtra contumacem lata fuit, quia tunc alteri non nocet. tex. eſt in l. præſes. C. de pignor. Pau. Caſt. in conſi. 270. in fi. Marſil. in pract. crim. §. poſtquam. num. 53. & in ſing. 4. & conſi. 117. nu. 35. & conſi. 134. num. 29. Ang. Aret. conſi. 70. num. 74. tom. 1. conſi. crim. recens edit. Foller. in pract. crimin. in d. verb. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. num. 42. Pancirol. conſi. 171. nume. 15. conſi. 14. nu. 18. & conſi. 68. num. 17. Gigas de crim. læſę maieſtatis. tit. quomodo, & per quos, &c. q. 1. num. 13. vbi poſt Bar. & alios, quos alleg. dicit, ꝙ ſententia lata in contumaciam, & ſic ex ficta confeſsione non inhabilitat condemnatum, niſi quoad illam perſonam. eandẽ concluſionem, ſententiam latam in contumaciam tertio non præ

* iudicare, ſequitur Gerard. Mazol. dicens communem conſil. 51. num. 3. lib. 1.

297 Ex quo † primò infertur, ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem filij, & ſtatutum requireret filium deliquiſſe, ſi ille fuerit in contumaciam condemnatus, pater ar-





ctari non poterit ad ſolutionem condemnationis: quia verba illa, ſi deliquerit, delicti veritatem requirunt, & ficta cõfeſsio ex contumacia reſultans non ſufficit in præiudicium alterius, & ita patris. Marſi. in l. ſi infans. nume. 21. C. ad legem Cornel. de ſicca. Bar. & alij communiter in d. l. cum filiusfam. in prin. ff. de verbo. oblig. Corn. conſi. 143. col. 2. volu. 2. Alci. de præſump. reg. 3. præſump. 22. num. 2. Rolan. à Valle conſi. 45. nu. 68. lib. 1. & conſi. 94.

* num. 19. lib. 3. qui dicit communem in d. l. cum filiusfam. vbi Iaſ.

* num. 18. dicit communiter ita tranſire Docto. & etiam communẽ dicit Soc. conſi. 57. poſt nu. 10. lib. 3. Moron. in tract. de fid. treg.

* & pac. q. 183. Vulpel. qui de communi teſtatur in trac. de promiſſio. de non offenden. q. 104. num. 3. & in conſi. 18. nu. 3. lib. 1. Hercul. de cautio. de non offenden. c. 29. num. 3. qui alios alleg. Bertazol. conſi. 83. num. 14. Pancirol. d. conſi. 171. num. 16. & d. conſ. 14.

298 num. 17. Sed † ſi verba ſtatuti non ita concepta eſſent, vt non appareat ſtatuentes voluiſſe patrem teneri ex ipſo filij delicto, & ita ipſum delictum non reſpicerent, ſed condemnationem tantummodo, vt quia diceret, ꝙ pater teneatur ſoluere quamcunque cõdemnationem factam contra filium, hoc quidem caſu ſequuta cõdemnatione, ſiue contra filium præſentem, ſiue in eius contumaciam poteſt pater cogi ad illam ſoluendam. ita etiam diſtinguendo dixit Bar. in d. l. cum filiusfam. num. 3. quam diſtinctionem dixit eſſe communem Fely. in c. cum Bertoldus. num. 2. de re iudic. quem refert, & ſequitur Boſſ. in tract. cauſar. crim. tit. de carcera. fideiuſſo. relaxan. num. 58. & poſt eum Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 86. verſ. ſed quæro. & latè Tobi. Noni. conſi. 94. Bertazol. d. con

299 ſi. 83. num. 14. lib 1. Quod † annotandum eſt ad ſtatutum noſtrũ Vrbeuetanum. lib. 3. rub. 41. quod patrem cogit pro delicto filij, & eo delinquente, & committente delictum, nulla de condemnatione filij facta mentione, vt etiam annotandum eſt ad Bullã Sixti inſertam inter Marchiæ conſtitutiones. c. 19. lib. 4. ſecundũ nouam compilatio. quæ licèt videatur cogere patrem ad ſoluendam condemnationem filij, vt in verſ. & parentes habentes, &c. & ita videatur habere locum etiam ꝙ filius eſſet in contumaciam condemnatus: tamen non ſimpliciter dicit de condemnatis filijs, ſed de taliter condemnatis, vt ibi, parentes habentes taliter condemnatos, &c. & ita de condemnatis pro exceſsibus per eos perpetratis, vt ſuperius de his loquutus fuerat ibi Pontifex, vt in verſic. Quidam verò eo prætextu, &c. Adeò ꝙ vigore d. Bullæ pater cogi non poterat ad ſoluendam filij condemnationem propter illius contumaciam ſequutam, per prædicta, pro quibus facit quod

300 tradit Bal. in l. tranſigere. num. 12. C. de tranſact. tenens † ꝙ ſi ſta-

tutum concedit fieri pacem de omnibus delictis, præterquam de
homicidio, ꝙ debet intelligi de homicidio vero, non de præſum-
pto, vnde pax fieri poterit, ſi quis in contumaciam condemnatus
fuerit de homicidio: ſtatutum enim non condemnationem, ſed
delictum conſiderat, de quo verè conſtare debet, & non per con-
tumaciam, vt per eum ibi, quem refert, & ſequitur Bertazol. d. cõ
ſi. 83. num. 14. lib. 1. & tradit Alber. Brun. de ſtatutis. in ver. Pax.
verſi. ſtatutum dictat. & in indiuiduo in terminis dictę bullæ Six-
ti latè conſuluit Corn. conſi. 97. lib. 4. Et omnem prorſus tollebat
301 difficultatem altera † conſtitutio Aegidij, vt in d. conſtitutionib.
eo. lib. 4. c. 18. in qua expreſsè dicitur, ꝙ ſi filiusfam. maleficium
commiſerit, & condemnatus fuerit, pater teneatur vſque ad legi-
timam, ſi de maleficio conſtiterit: ſecus autem ſi in contumaciam
condemnatus fuerit, quæ quidem conſtitutio eſt ſecundum ius
commune, per prædicta, cuius conſtitutionis meminit Vulpell.
conſi. 18. num. 3. lib. 1. ad quam etiam ſe refert d. Bulla Sixti, diſpo
nens ibi in fi. ꝙ ibi diſpoſita ſeruentur, ſeruata ſemper diſcretio-
ne, & alijs in d. conſtitutione expreſsis. Sed hodie per Motũ pro-
prium Pij Quarti in calce huius trac. impreſſum, ſublata eſt dicta
Doctorum diſtinctio, & d. conſtitutio: expreſsè enim ibi diſponi-
tur, ꝙ pater teneatur, etiam ſi filij in meram contumaciam de ali
quo delicto condemnati fuerint, nõ obſtante quocũque ſtatuto,
aut conſuetudine in contrarium, quibus expreſsè ibi derogatur.
Quæ tamen conſtitutio intelligenda eſt, quãdo filius eſt pro de-
licto in contumaciam condemnatus: ſecus autem eſſet, ſi propter
contumaciam cõdemnatus eſſet, quia monitorio, ſiue præcepto
non paruit, & ita in pœnas in monitorio contentas eſſet condem
natus, quia pater ad hanc mulctam non teneretur. ita loquens de
dicta conſtitutione Marchiæ conſuluit Hiero. Gab. conſi. 176. nu-
me. 18. lib. 2. & ita loquitur d. Motus proprius Pij Quarti de filio
condemnato in contumaciam de delicto, de quo condemnatus
diceretur, & ſi in pęnas in monitorio cõtentas condemnatus eſ-
ſet, vt Romæ condemnari ſolet. ſi tamen pro delicto citatus fuiſ-
ſet, & delictum probatum eſſet, quod ſi probatum non eſſet, ſecus
dicendum erit; quia tunc nõ propter crimen, ſed ob non paritio-
rem monitorij, & ita propter cõtumaciam condemnatus dicere-
tur, vt Rot. non ſemel determinauit, vt habetur deciſ. 68. & 369.
par. 1. deciſ. diuerſor. Rotæ. & conſuluit Hiero. Gabri. conſil. 171.
lib. 2. Dubia tamẽ redditur hæc deciſio per ea, quæ dixi ſupra hoc
c. nume. 37. & ſequentib. & quæ poſt priorem huius noſtri operis
editionem deducit latius Proſp. Farinat. lib. 1. var. quæſt. & com-
mu. opin. crim. q. 11. nu. 93. & ſeq.

Secun-



302 Secundò † infertur, ꝙ licèt ſtatuto caueatur, ꝙ contumax ha-
beatur pro confeſſo, & conuicto, ſententia tamen, quæ cõtra prin
cipalem abſentem, & ita contumacem lata eſſet, fideiuſſori nõ ꝑ-
* iudicat. Bar. & omnes in d. l. cũ filiusfam. ff. de verb. oblig. in prin.
latè Fel. in d. c. cum Bertoldus. nu. 20. de re iud. Alc. de præſump.
reg. 3 præſump. 22. in prin. Anto. Gabr. lib. 2. commu. concl. tit. de
ſententijs. concl. 3. num. 5. Iaco. Menoc. conſi. 100. num. 162. lib. 1.
Bero. conſi. 169. num. 28. & ſeq. lib. 3. Roland. à Valle d. conſi. 94.
num. 3. & ſeq conſi. 95. num. 14. conſi. 102. num. 4. conſ. vlt. nu. 18.
& 19. vol. 3. Hercul. de cautio. de non offenden. c. 29. Bertazol. cõ
ſi. 18. num. 13. lib. 1. & conſi. 280. nu. 3. lib. 2. Pancirol. d. conſ. 171.
num. 16. conſ. 14. num. 16. conſ. 68. num. 17. Alber. Brun. poſt Cor
ne. quem alleg. de ſtatutis. in verb. confeſsio. verſ. confeſsio ficta.
* Moron. dicens communem de fid. treg. & pace. q. 182. nu. 5. quem
refert Bonacoſ. commu. opin. verb. contumaciæ ſententiæ. relatus
inter commu. opin. recens collec. tom. 2. lib. 9. tit. 29. vt intra cer.
temp. num. 14. & Gerard. Mazol. conſ. 51. nume. 1. vbi nume. 3. di-
* cit communem.
303 Siue † ſit fideiuſſor de præſentando ad omnem Iudicis requi-
ſitionem, & de ſoluendo omnem condemnationem: non. n. huic
præiudicat, quia ficta eſt confeſsio, & ſequuta condemnatio cau-
ſam promiſsionis non egreditur, vt conſuluerunt Raph. de Ray-
mund. conſ. 36. num. 10. & Ambr. de Bozzol. & Steph. de Barberijs
illi ſe ſubſcribentes, hic conſ. 39. ille conſ. 38. tom. 1. conſ. crim. &
eos ſequitur Rolan. à Val. d. conſ. 94. num. 23. lib. 3.
304 Siue † ſit fideiuſſor de viuendo pacificè, aut de non offenden-
do, neque enim & huic præiudicat. Corn. conſ. 211. num. 5. vol. 3.
Foller. in prac. crim. in ver. & ſi confitebuntur. nu. 374. par. 3. par.
Hercul. de cautio. de non offenden. d. c. 29. Moron. d. trac. de treg.
& pace. q. 182. & Vulpell. de promiſ. de non offenden. q. 104. Ro-
lan. à Valle d. conſ. 94. nume. 23. lib. 3. dum ibi ſimpliciter allegat
Foller. vbi ſupra.
305 Siue † etiam ſit fideiuſſor in inſtrumento pacis adhibitus in ca
ſum contrauentionis, qui cogi non poteſt ad ſoluendam pęnam,
niſi legitimè conſtet, ac plenè de pace rupta, & contrauentione ꝑ
teſtes, vel veram confeſsionẽ principalis, pro quo fideiuſsit, adeò
ꝙ eius ficta confeſsio, quæ ex contumacia inducitur, ſeu ex bãno
contra contumacem emanato non ſufficeret: ita per doctrinám
* Bar. cõiter approbatam in d. l. cum filiusfa. ff. de verb. oblig. conſu
luit in terminis Bero. conſ. 197. nu. 2. vol. 3. Goza. conſ. 31. nu. 20.
* Rolan. à Val. d. conſ. 94. nu. 24 dicens eſſe cõem opin. Moron. di-
cens etiam eſſe communem in d. tracta. de treg. & pace. d. q. 182.

G 3 num. 2.

nu.2.Vulp.d.q.104.de prommiſ.de non offen.Bertazol. d.conſil. 18.nu.14.lib.1.Bonacoſ.in ſuis com.opi.in ver.fideiuſſores.relatus inter cões opi.recẽs collec.tom.2.li.8.tit.25.de fideiuſ.nu.89.

306 Sed † hodie habemus in ſtatu eccleſiaſtico d.Motum propriũ Pij Quarti per Pium V.confirmatum,quo expreſsè cauetur, quo ad fideiuſſores de non offendendo ſiue in pace & tregua adhibitos, ſiue ſeorſum in ſimplici cautione de non offendendo præſtitos, ꝙ teneantur ad penam conuentionalem data contrauentione, ſiue contingat contrauenientem verè,& realiter confiteri,vel fictè propter contumaciam in non comparendo,& habeantur crimen,& cõtrauentio,ac ſi per teſtes, vel aliàs legitimè probatum, vel probata fuiſſent.ita vt pena conuentionalis commiſſa dicaẽ,& exigi poſsit à fideiuſſoribus nulla excuſatione,vel exceptione penitus admiſſa.cuius Motus proprij Pij Quarti: meminit etiã Vulpel.conſ.85.in fi. Quamuis in Curia Maceratenſi coram me,dum

307 ibi cauſis criminalibus † ſub Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. Columna de latere Legato, viro ampliſsimo, ſapientiſsimoque, & nunquam ſatis laudato præeſſem,de hoc dubitatum fuerit quoad fideiuſſores in inſtrumento pacis præſtitos.

308 Videbatur † enim, ꝙ ſub d. diſpoſitione d. Motus proprij ſolùm fideiuſſores comprehẽderentur, qui in ſimplici cautione de non offendendo acceſsiſſent,nõ etiam qui in pace,& tregua, qui ſic ad pęnæ conuentionalis ſolutionem probata ſolum contrauẽtione per contumaciam offendentis,cogi non poſsint. Quoniam primò particula d.Motu proprij,in qua eſt d.diſpoſitio, ſolùm loquitur de ſimplici cautione de non offendendo ſeorſum à pace, & tregua præſtita,quod clarè conſtare videtur,quia Pont. de his tribus loquitur in d.Motu proprio,ſcilicet de pace,tregua,& cautione de non offendendo,& reſpectu omnium, tam ſcilicet pacis, & treguæ, quàm cautionis de non offendendo diſponit nouã cauſam allegari non poſſe: reſpectu verò cautionis de non offendendo particulariter diſponit quod diximus, contumaciam delinquentis,& contrauenientis obeſſe etiam fideiuſſoribus, vnde d. Motus proprius pro diuerſis habet pacem, treguam, & cautionẽ

309 de non offendendo, prout † verè differunt inter ſe, vt latè docet Benint.deciſ.Bonon.65.num.4.& Hercul.de cautio. de non offenden.c.15.ita ꝙ ſtatutum,ac conſtitutio de vna loquens,locum in altera non habeat,vt per eos ibi poſt alios,quos allegant.Et ſi Põtifex voluiſſet in d.particula d.Motus proprij de ſimplici fideiuſſione de non offenedndo loquente comprehendere fideiuſſores in pace,& tregua adhibitos,vtique dicere,& exprimere ſciuiſſet,

310 & † cum non expreſſerit,noluiſſe comprendere dicendum eſt.argumen.

gumen.



gumen.l.1.§.ſin autem ad deficientis.C.de cad.tollen.l.precibus. ff.de publ cum ſimilib.

Prout ex eo comprehenſa non videbatur, quia cum de ſimplici cautione de non offendendo particula illa loquatur, cautionẽ non comprehendit de non offendendo in pace adhibitam, veluti

311 cum pace mixtam:ſub † ſimplici aũt diſpoſitione mixtum non cõtinetur.l.2.& ibi Bar.& communiter Doct.ff.de verb.oblig.Bero. conſi.65.nu.9.vol.2.cum alijs,vt per Plot.conſi.19.num.46.vol.1.

312 Quod † præſertim dicendum videbatur,quia ſumus in pęnalibus,& odioſis,in quibus ſub ſimplici mixtum non comprehenditur.glo.eſt not.in c.nullus. in verb.homini.de temp.ord. in 6. vbi

313 dicitur, ꝙ † appellatione hominis non venit clericus, ſed purus laicus in materia odioſa.& ibi Domi.not.& habetur per Doct.in d.l.2.in prin.ff.de verb.oblig.& Nouel.reg.101.quæ eſt in vol.re-

314 gularum iuris.lib.11.fol.664.col.1. in fi. Ac † etiam quia ſumus in exorbitãtibus, & correctorijs,in quibus ſimiliter quæ loquũtur in caſu ſimplici,ad caſum mixtum extendi non debent,ad tradita per Bar.Alex.& alios in d.l.2.in prin.ff.de verb.oblig. & tra-

315 dit Bero.conſil.159.nume.24.vol.2. Quo † in caſu cum d.Motus proprius ſit pœnalis,ac ſimul etiam correctorius,extendi nõ debet,etiam ex eadem ratione expreſſa, vt expreſsè voluit Anto. in repet.c.vlt.verſ.not.hæc vera in quantum.de conſuetud. Rom.in l.ſi quis id quod.verſic.not.etiam ratione. ff.de iuriſd.om.iud. & conſi.129.verſ.ſecunda ratio.Domi.in c.1. verſ.hæc vera,niſi ius. de temp.ord.lib.6. Alex.in l.ſi conſtante.in princ.verſ.hæc tamen intelligi debent.ff.ſol.mat.& Iaſ.in Auth.quas actiones. verſ. in-

* telligi tamen iſtam.& omnes ferè.C.de ſacroſan.eccl.& in id allegant multi ex ſupradictis glo.quam dicunt ſing.in clem.vt hi qui. quæ eſt 2.in verb.in eiſdem.de æta.& qual.dum tex. ibi ponit rationem expreſſam.& glo.ibi dicit non eſſe extendendum.eſt & alia glo.no.in c.fidei.in prin.de hære.& faciunt quæ ſcribunt Bar. & alij in l.Marcellus.in prin.in vlt.q.ff.ad Treb.& ſequitur Andr. Tiraq.in tract.ceſſante cauſ.par.1.nu.156.& duobus ſeq.

Quòd autem d.Motus proprius ſit pęnalis,& correctorius,ex

316 eo conſtare dicebatur,quia † pęnalis eſt quatenus cogit fideiuſſores ad ſoluendam pœnam conuentionalem commiſſam ex delicto principalium: eſt autem correctorius,& à iure cõmuni exorbitans,quatenus diſponit, ꝙ ſola contumacia principalium probet contrauentionem,& pęna dicatur commiſſa,ac ſi per teſtes legitimè probata eſſet,quod eſt contra ius commune,cum eo iure, quando quis certam pęnam promittit in caſum,in quem alius offenderet,vel pacem rumperet,ad hoc vt pœnam fideiuſſor ſolue-

 rete-

re teneatur, requiratur, ꝙ principalis de offenſione, vel pace rupta conuictus fuerit, vel per veram confeſsionem, vel per alias veras, legitimas, & indubitatas probationes, nec ficta confeſsio ſufficeret, quæ ex contumacia reſultat, & ꝙ principalis ita fuerit tanquã contumax condẽnatus, prout nec ſufficerent indicia, & pſum-
317 ptiones ẽt violentæ: qm̃ † etſi hæc ſufficerẽt, vt principali noceãt, iuxta ea quæ habentur per Bart. in l. abſentem. ff. de pęn. & in l. fi.
318 C. de prob. cum ſimi. Tertio † tñ, & fideiuſſori non nocent, vt ſupra diximus ex plurib. & tradit ẽt Bar. ĩ q. 3. Peruſinæ ciuitatis ſtatuto. & conſi. 116. Statuto Peruſinæ Ciuitatis. Saly. in l. ſi filius. C. ne fil. pro pat. Bal. in l. 1. C. eo. tit. & Bero. cõſ. 203. nu. 1. vol. 2. cõſ. 102. nu. 41. & alijs ſeq. & cõſ. 199. nu. 15. & conſ. 200. nu. 6. eo. vol.

His, non tamen ita deductis, nec allegatis prædictis, alijsq; pmultis argumentis, & rationibus partes ſuas honorificentiſsimè
319 ſuſtinere nitebatur † D. Ioã. Pellicanus vir vt ditiſsimus, ita & eruditiſsimus, & acutiſsimus dictæ Prouinciæ Aduocatus, nunc Senator Vrbis meritiſsimus, vt ẽt permultis acutiſsimis argumentis, & eruditiſsimis rationib. partes fiſci illius celeberrimus Ad-
320 uocatus † D. Horatius Alauolinus, nunc in criminalibus Illuſtriſ. & Reuerendiſs. Do. Auditoris Cameræ Locumtenens meritiſsimus, honorificentiſsimè ſuſtinebat, quibus ardua ſanè, & maximè controuerſa hæc reddebatur diſputatio.

Verùm ego exiſtimabam controuerſiam hanc ſatis, ſuperq; ſedari poſſe ex alia d. Motus proprij particula, quæ fideiuſſores etiã in pace, & tregua adhibitos comprehendens hinc inde propoſitis iuris dubitationibus ſatisfacere videtur. Et quò clariùs id demõſtrarem, ſingulas partes d. Motus proprij referre, neceſſarium fo-
321 re duxi. Sicut † enim quoad rem, de qua agebatur, quinque continet dicta, ita etiam quinque habet partes, ſeu particulas.

Quarum prima illa eſt, ꝙ pęnæ conuentionales pacis, treguæ, & cautionis de non offendendo ſtipulentur, & ſtipulatę intelligãtur ad fauorẽ Cameræ Apoſtolicæ, ut ibi. Et inſuper quoniã, &c.

Secunda eſt, quòd in cauſis treguarum, pacisve fractarum ipſi fractores, vel eorum fideiuſſores allegare non poſsint, quòd offenſa ex noua cauſa proceſsit, nec allegata cuiquam ſuffragetur, vt ibi. Quodque in cauſis treguarum, &c.

Tertia eſt, quòd ſiue ſtipulatio concepta ſit ex dictione (per) ſiue dictione (pro) ſequuta offenſione principalis promittentis, ad pęnam conuentionalem perinde teneantur, ac ſi ipſis mandantibus offenſio ſequuta eſſet, & de eorum mandato legitimè conſtaret, vt ibi. Et quia, &c.

Quarta eſt, ꝙ Notarij in inſtrumentis fideiuſsionis de nõ offenden-



fendendo apponant clauſulam huiuſmodi. Quòd ſcilicet data cõtrauentione [illegible] alicuius comprehenſi in ſtipulatione, ſi contin[illegible] lem contrauenientem verè, & realiter confi[illegible] [illegible] nctè propter contumaciam in non comparendo, pęna conuentionalis committatur, & exigi poſſit à fideiuſſoribus nulla excuſatione, uel exceptione penitus admiſſa, immo habeatur crimen, ac cõtrauentio, ac ſi per teſtes, vel aliàs legitimè probatum, vel probata fuiſſent, vt ibi. Ijdemque Notarij. Et ſic duo in hac particula vult Pontifex. Primum ꝙ contumacia principalis afficiat etiam fideiuſſorem. Secundum, ꝙ fideiuſſores tueri ſe non poſsint aliqua excuſatione, vel exceptione. & ſubdit etiam Pontifex ibi, quòd ſi talis clauſula in ſtipulatione omiſſa fuerit, illa nihilominus pro appoſita, & contrauentio pro legitimè probata habeantur.

Quinta, & vltima particula eſt, ꝙ ſi per principalem, ſiue aliũ in fideiuſsione comprehenſum ſtipulationi contrauentum, & offendens, ſeu contraueniens contumax fuerit, isque in meram cõtumaciam fuerit condemnatus, fideiuſſor ſtatim ad ſoluendã pęnam conuentionalem cogatur, nec audiri poterit, ſuum principalem offendiſſe ex cauſa neceſſariæ defenſionis, nec ex quauis alia cauſa allegando, & deducendo: ea ſcilicet ratione, ne delinquẽtes indirectè per procuratorem, & interpoſitam perſonam audiãtur, vt ibi. Et ſimiliter ſi per principalem, &c. Et ita duo etiam Pontifex ibi voluit, eademque de quibus in præcedenti quarta particula. Nempe contumaciam principalis fideiuſſores afficere, & fideiuſſores ipſos tueri ſe non poſſe aliqua exceptione, ſeu excuſatione, etiam ex capite innocentiæ principalis, ſiue alia, ex qua ipſe principalis indirectè defenderetur. Et ſimiliter ſubdit ibi Pontif. ꝙ ſi clauſula hæc omiſſa fuerit, pro appoſita etiam habeatur.

In hac ergo quinta, & vltima particula caſus prædictus, qui ex prædictis controuerſus videtur, comprehenditur, & ita omnes hinc inde propoſitæ iuris dubitationes ſunt, & concludunt reſpectu dictæ quartæ particulæ, an ſcilicet loquens de cautione de non offendendo ſeorſum à pace, & tregua præſtita, ad fideiuſſores pacis, & treguæ extendatur: & dicendum eſt, quòd non, ſecundum prædicta. Sed ex dicta quinta particula ſuperflua hæc redditur diſputatio, cum in ea & fideiuſſores in tregua, & pace adhibiti contineantur, comprehendanturque. Certum eſt enim, quòd d. quarta particula, cuius verba etiam clara ſunt, loquitur de fideiuſsione de non offendendo, quæ (vt diximus) diuerſa eſt à pace, & tregua. Prout etiam certum eſſe videtur, quòd Pontifex in d. quinta particula voluit diuerſam facere diſpoſitionem à præcedenti, ſed tamen illi ſimilẽ, quod nobis ſignificatur ex principio

322 cipio dictæ quintæ particulæ, ibi, Et ſimiliter per quod † quidem
aduerbium (ſimiliter) quod ſimilitudinem importat, habetur re-
ſpectus ad id, quod prius diſpoſitũ fuerat, & æqualitatẽ eſſe oſten
ditur cum caſu præcedenti. §. hinc autem. in Auth. de monach. §.
venirent. in Auth. de nupt. & ſcribit Albe. in dictionar. in verb.
323 ſimiliter. & Iac. Menoch. conſi. 124. nu. 60. vol. 2. Sed † tamen circa
diuerſas diſpoſitiones, alioqui ſimilitudo eſſe nõ poſſet, quæ plu
ra requirit, & diuerſa quidem ſubiecta. l. quod Nerua. ff. depoſi-
ti. Ruin. conſi. 169. nu. 4. & 5. vol. 4. & ideo dixit Bal. in l. 1. col. an-
324 tepen. ver. ſed iuxta prædicta. C. de furt. ꝙ † ſimilitudo eſt eadem,
vel ſimilis qualitas in diuerſis rebus. & ſentit etiam Bero. conſi-
lio 110. nu. 60. vol. 2. Cum igitur d. quarta particula loquatur de
ſimplici cautione de non offendendo ſine aliqua mixtura pacis,
& treguæ, ꝙ cõtumacia principalis fideiuſſorem afficiat, reiectis
exceptionibus, & excuſationibus, neceſſariò ſequitur, quòd dicta
quinta particula ſequens ſimilem continens diſpoſitionem lo-
quatur de fideiuſſoribus in pace, & tregua adhibitis: & ſi aliter
diceremus, vtique Pontifex fruſtra hanc quintam particulam a-
dieciſſet, quæ ſic omnino ſuperflua eſſet, quia ſic idem quoad ean
325 dem diſpoſitionem fruſtra † & otioſè repetijſſet, quod dicendum
non eſt. l. ſi quando. ff. de lega. 2. & not. per glo. in l. 2. ff. de vſuca-
pio. & in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. Ruin. conſi. 192. nu. 13. vo-
lum. 2. Quod ex eo clariùs etiam demonſtratur, quia Pontifex in
d. quinta particula ſtatuens, ꝙ in ea cõtenta, ſcilicet reſpectu ꝓ-
bationis ex contumacia, & reiectionis exceptionum, & excuſa-
tionum, habeantur pro appoſitis in ſtipulatione, ſi fortè à Nota-
rio ommiſſa fuiſſent, non loquitur reſpectu vnius tantum ſtipula
tionis, & ita ſolum reſpectu cautionis de non offendendo ſeorsũ
à pace, & tregua præſtitæ, ſed reſpectu plurium, & ſic omnium, de
quibus ſupra mentio facta fuerat, vt patet ibi. & ſi talis clauſula
fuerit in prædictis ſtipulationibus omiſſa, nihilominus ſimiliter
appoſita intelligatur, & ſic etiam in ſtipulatione pacis, & treguæ,
de quibus antea Pontifex loquutus fuerat in alijs præcedentib.
326 particulis, ponderata d. dictione, † dictis, quæ ad ſupra ſpecifica-
tas ſtipulationes refertur. Soci. conſi. 62. num. 1. lib. 4. Pariſ. conſi.
86. num. 36. vol. 2. alios refert Burſat. conſi. 64. num. 19. volum. 1.
nec ad vnam tantùm, ſed ad plures, & ita ad pacis, & treguæ ſti-
327 pulationes, cum d. dictio (dictis) ſit pluralis numeri, & † pluralis
locutio in vna ſolum ſtipulatione verificari non poteſt. Iaco. Me-
noch. conſi. 198. num. 6. volum. 2. cum concord. Nec ad alias ſti-
pulationes, quàm pacis, & treguæ d. verba (in dictis ſtipulatio-
nibus) referri poſſunt. Superius enim dixit Pontifex de ſtipula-
tione



tione pacis, & treguæ, & communis de non offendendo, & de ſti-
pulatione prætereà reſpectu probationis contumaciæ ex cõti
macia, & reiectionis exceptionum. de his autem d. verba intelli-
gi non poſſunt, cum hæ ſtipulationes de probatione ex contuma
cia, & reiectione exceptionum ibi proferantur, veluti contentæ
in alia ſtipulatione, cum dicatur, ꝙ pro appoſitis habeantur: ſub
328 † contento autem nunquàm continens continetur. l. per ſeruum.
§. 1. cum l. ſeq. ff. de vſu, & habit. l. nunquam. vbi caſus. ff. de ſupel-
lect. lega. Bero. conſi. 67. nu. 27. vol. 1. Ad pacis ergo, & treguæ ſti
pulationes dicta verba (in dictis ſtipulationibus) referri debẽt,
quæ ſic in d. quinta particula comprehenduntur, vt fideiuſſores
etiam in pace, & tregua adhibitos contumacia afficiat offenden-
tis, & contrauenientis. Et propterea præfatus Dominus Ioannes
Pellicanus partes ſui clientuli fideiuſſoris in pace adhibiti tueri
329 etiã conabatur ex conſuetudine generali dictæ Prouinciæ, † quã
extare aſſerebat, quòd tales fideiuſſores etiam poſt dictum Mo-
tum proprium non moleſtantur ex eo, ꝙ probata eſſet contra-
uentio ex contumacia principalis, à qua conſuetudine omnis di-
ſpoſitio regulari debet, vt per Ant. Gabriel. lib. commu. conclu-
ſio. tit. de conſuetudine. concluſio. 1. nu. 67.

Et licèt ex d. Motu proprio fideiuſsorem afficiat ſententia la-
330 ta contra principalem, quamuis contumacẽ, intelligi † tñ debet
quo ad pœnam tantum, non etiam quo ad damna, & intereſse, de
quibus non loquitur d. Motus proprius, qui ſtrictè intelligendus
eſt. Hercul. de cautio. de nõ offenden. cap. 13. nu. 5. ver. tertia de-
331 claratio. Tobi. Noni. conſ. 102. nu. 5. & de promiſsione † probatur
in l. quicquid aſtringendæ. & ibi Doct. ff. de verbo. oblig. & ſtatu-
332 tum † loquens de pœna locum non habet in damno. Rip. in l. 3.
333 nu. 11. ff. de dam. infec. & ſi loquitur † de damnis, locũ nõ habet in
impenſis. Abb. in c. in noſtra. de iureiuran. & Rip. in d. l. 3. nu. 8. 9.
& 10. & in terminis d. Motus proprij ſimile decretum, ac cõſtitu-
tionem ita reſtringens conſuluit Bertazol. d. conſi. 18. num. 15. &
ſeq. lib. 1. per prædicta. & infra latius diximus, nu. 394.

Prout etiam non haberet locum d. Motus proprius, quando
plures aſtitiſsent delicto principaliter, & nõ cõſtaret, a quo vul-
nus datum eſset, vel aliud delictum eſset commiſsũ, & perpetra-
tum, & eſsemus ita in dubio, & in caſu incertitudinis delinquen
tis, vt in ſimili conſtitutione in Ciuitate Regij cõſuluit Gerard.
Mazol. conſi. 51. poſt nu. 75. & alijs ſeq. Illam tamen d. Motus ꝓ-
prius non habet difficultatem, quam ſuper dicta conſtitutione
Regij proponit eò loci Gerard. nu. 9. & alijs ſeq. qui vult ex plu-
ribus ibi per eum deductis, d. conſtitutionem non habere locũ,
& ita

&c ita fideiuſſores non afficere ex ſola contumacia principalis, niſi
etiã legitimæ, concurrerent probationes, & à iure requiſitæ, ex
quo licet videatur d. conſtitutio dicere, ꝙ ſufficiat cõſtare de de-
bito per ſolam contumaciam principalis, non tamen dicit, ſuffi-
cere conſtare de delinquente per ſolam contumaciã, & valde hæc
differunt inter ſe, vt late ibi per eum. Vtrunque enim d. Mo-
tus proprius. Primò, quòd ſola contumacia probat delictum,
ac ſi per teſtes eſſet probatum. Secundò, quòd ſi delinquens fue-
rit contumax, fideiuſſor ſtatim cogatur ad ſoluendum. Sed ni-
mis certè ſubtile eſt, quod conſiderat Gerard. Mazol. vbi ſupra.
& ad corticem verborum reſpicit, vt ipſemet etiam ingenue fate
tur ibi numero 78.
334 . Tertiò infertur † ꝙ filijs non præiudicat, ſi pater feudatarius
in contumaciam damnaretur ob crimen commiſſum in perſonã
Domini, vt in terminis voluerunt Boſſ. in tract. cauſ. crim. titu. de
public. bonor. nu. 56. Alcia. conſi. 182. in fi. Rolan. à Valle d. con-
ſi. 94. nu. 25. lib. 3. & conſi. 15. art. 1. vol. 4. Gerard. Mazol. conſi.
* 92. num. 20. vbi dicit communem. & ex eo Burſat. conſil. 225. nu-
me. 98. lib. 2. & ſequitur etiam Moron. d. quæſt. 182. nu. 3. Quod
intelligit Gig. de crim. læſæ maieſt. titu. de pęnis quas filij incur.
patre commit. crim. læſæ maieſt. quæſt. 13. num. 3. quando pater
eſt condemnatus in meram contumaciam, quia delictum non eſt
probatum. ſecus, ſi vltra contumaciam, delictum eſſet probatũ.
vt per eum ibi.
335 Quartò † infertur, quod confeſsio hæc ficta ex contumacia
per ſtatutum inducta ſuum non operatur effectum reſpectu hære
dis: ei enim non præiudicat, vt eſt doctr. Barto. in d. l. eius, qui
delatorem. ff. de iur. fiſ. vbi confeſsio ficta, quæ ex contumacia
reſultat ad hæredes non tranſit, pro qua opin. facit text. in l. cri-
336 men. ff. de pœn. vbi † crimen nullam maculam filij infligere po-
teſt. Adducebat Oſaſc. pro hac opin. dum de ea in Senatu Pede-
mont. eſſet quæſtio, videri doctrinam Bald. in l. ſi plures. colu. 7.
in prin. C. de condi. inſert. vbi expreſsè poſt Mar. de Fan. & Cyn.
337 dicit. ꝙ bona † bannitorum in aliqua Prouincia ab hæredib. exi-
gi non poſſunt. alleg. tex. in l. ſi pœna. ff. de pœn. & videtur ſentire
Dec. conſi. 252. nu. 5. quibus aſtipulatur Bar. in l. 1. nu. 7. ff. de pri-
338 uat. delict. concludens, † fictam confeſsionem in criminalibus
regulariter hæredem non afficere. refert, & ſequitur Villalob. in
collecta. cõmu. opi. in verb. abſens. nu. 10. ver. nota & quod licet.
& idem dixit Bar. in l. 1. §. ſed hæc cõſt. ff. de calum. & in l. 2. §. qđ
ſi actor. C. de iur. calum. in fin. & ſequitur Foller. in prac. crim. d.
verb. etſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 13. Pancirol. d. conſi. 63.
nu. 17.



nu. 17. Marſ. in tract. de bannitis. in ver. contumaciam. num. 52. &
Card. Alban. tom. 1. lucubratio. in Bart. in l. manifeſtæ. nu. 2. ff. de
iure iur. poſt Cur. quem alleg. conſi. 59. col. 8. & idem Card. Alba.
in lucubrat. ad Bar. in l. eius qui delatorem. nu. 2. Alber. Brun. de
ſtatutis. in verb. confeſsio. ver. confeſsio ficta. Villalob. relatus in-
ter communes opiniones recens collectæ lib. 7. tit. 14. de re iudi.
nu. 85. Turzan. commu. opin. in verb. confesſio. relatus inter cõ-
mu. opin. recens collectæ tom. 1. lib. 4. tit. 8. ne ex delict. defunc.
nume. 7.
339 Quod † eſt verum, quando eſt ſimplex bannum, quod poſt ſe
expectat ſententiam diffinitiuam, vel in condemnationem aliàs
non tranſiuit: ſi enim in condemnationem tranſiuiſſet, & ita ſim
plex bannum non eſſet, vel poſt bannũ ſententia diffinitiua ſequu
ta eſſet, tunc ficta defuncti confeſsio ẽt hæredes afficit, ad quos
pœna pecuniaria tranſmittitur propter ſententiã, vt per Alex. ad
Bar. in d. l. eius qui delatorem. poſt Bald. in d. l. 1. C. ex delic. de-
funct. idem ſentit Ang. Aret. de malefic. in verb. dominus Iudex
videns. nu. 45. & conuenit l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. vbi Bar.
& Bal. in l. fin. ver. quæro. C. de condi. inſert. & tex. in l. 3. C. ſi pẽd.
appell. mors interuen. & l. fi. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer. Imo.
& Aret. in l. qui à latronibus. §. 1. nu. 10. ff. de teſta. Luchin. de Cur
te conſ. 64. nu. 12. & alijs ſeq. tom. 1. conſi. crim. & Alber. Brun.
de ſtatutis. in verb. bannitus. ver. bannũ, qđ trahit. & in verb. con
feſsio. ver. cõfeſsio ficta. Turzan. vbi ſupra. quibus deſeruiunt di-
cta per Abb. in c. cum nobis. col. 4. de pſcr. poſt Bart. in l. cõmiſsa.
ff. de publican. & tranſit cũ hac opin. Oſaſc. d. deciſ. 106. nu. 2. &
ibi in fin. dicit, ꝙ ita fuit iudicatum. & inde cauſa compoſita. ean-
dem opi. tenet Ang. Aret. qui ita conſuluit conſ. 71. nu. 22. & alijs
ſeq. tom. 1. conſ. crim. recens editorum. & Ioſeph. Ludo. d. 3. con-
* cluſio. ſuarũ concluſ. commu. in 9. ampliat. dicens, ꝙ hoc dictum
communiter in palatijs ſeruatur. & ſequitur etiã Bertazol. d. con
340 ſi. 82. nu. 20. lib. 1. Quinimò † tranſit in hæredes, quos afficit, ẽt
ꝙ ſententia diffinitiua ſequuta non eſset, dum tñ ſententia ſe-
quuta ſit, qua Iudex pronunciauit, & declarauit, contumacem ha
beri pro confeſso. ita Bar. in d. l. eius qui delatorem ff. de iure fi-
ſci. qui de hac ſententia loquitur, qua Iudex aliquem haberi pro
confeſso declarauit. & ita Bar. intelligens tradit Crot. conſi. 300.
poſt nu. 7. ver. nõ obſtat. lib. 3. Card. Alban. poſt Bal. & Alex. quos
alleg. in lucubratio. ad Bar. in d. l. eius qui delatorem. nu. 2.
341 Neque obſtat † quod dr̃, contumaciam non tranſire ad hære-
des, quia intelligendum eſt quoad hunc effectũ, quod hæres poſ-
ſit purgare innocentiã defuncti, ſecundũ Ange. in l. manifeſtæ, in
prin.

prin.ff.de iureiur.& ibi Alex. Io. de Plat.in l.fin.col.2.C.de iure
fiſci.lib.10.Oſaſc.d.deciſ.106. nu.3.
342 Non † obſtat etiam Bal.in d.l.ſi plures.& Dec.d.conſi. 255. qa
ſecum afferunt reſponſionem, vt apud Bal. in ver. quia bona con-
fiſcata.& in verſicu.niſi ſit executa per confiſcationem, vel exa-
ctionem.& Dec.in verſ.niſi expreſsè in ſtatuto hoc dicatur.ita ẽt
reſpondet Oſaſc.d.deciſ.106.d.nu.3.poſt Neuizan. conſi. 68. nu-
me.18.& conſi.20.nu.30. qui ita reſpondet poſt Bar.Bald. & Iaſ.
per eum citatos.
343 Non† obſtat d.l.eius qui delatorem, quòd ficta confeſsio non
tranſit ad hæredes ficti confeſsi; quia hoc eſt verum, quando ſu-
mus tantummodo in ſimplici ficta confeſsione, & ita in ſimplici
banno, quod poſt ſe aliam expectat ſententiam, quia hæc talis fi-
cta confeſsio ad hæredes non tranſit, ſed habita ficta confeſsione
vnà cum ſententia, ſiue banno declaratorio, ſiue cõdemnatorio,
& ſic cum ſententia tranſmittit ad hæredes eius effectum.ita in-
telligitur d.l.eius qui delatorem.& ibi Bar.& d.l. ex iudiciorum.
& ita reſpondet Ang.Aret.d.conſi.71.nu. 40. & ſequitur Foller.
in d.verb.etſi confitebuntur.d. nu.13. dum ibi dicit poſt Bart. &
Bal.per eum citatos, ꝙ confeſsio ficta hæredi non nocet, ſi ante-
quàm ſit ſuper d.confeſsione pronunciatũ cõtumax decedat; ſic
ergo ſentiens, ꝙ ſi cõtumax decederet poſtquam fuerit ſuper d.
confeſsione pronunciatum, ficta confeſsio defuncti ẽt hæredi no
344 ceret. Quod † tamen reſtringendũ eſt, quoad illud, quod ad hæ-
redem peruenit.l.toties in hæredem.vbi Cagno.nu. 1.in fin.ff.de
reg.iur.nu.13.in 2.limit.Dec.in c.at ſi clerici.nu. 12.verſi.prædi-
cta concluſio.& ibi Bero.nu.112. de iud. Ioſeph. Ludouic.qui a-
345 lios allegat d.3.concluſio.col.3.ver.quib.coniecturis. Et † quoad
crimen hæreſis, & læſæ maieſtatis ficta confeſsio hæredes afficit.
vt ſunt verba Bar.in l.Imperatores.§. ſi qui.ff.de bon.eor.qui an
te ſent.mort.ſibi conſciuer.alleg.l.manichęos. C. de hæretic. & l.
quiſquis.C.ad Iul.maieſt.glo.& Doct.in d. l. eius qui delatorem.
& Io.à Roias in ſingu.fideic.ſing.69. Maſcar. de probatio. vol.1.
concluſio.348.nu.34.& ſeq.qui addit duos alios caſus, in quibus
confeſsio ficta facit tranſire pœnam ad hæredes, in latronibus ſci
licet,& quando confeſsio ficta emergit ex morte eius, qui mortẽ
ſibi conſciuit. vt per eum ibi poſt alios, quos alleg. & ſequitur
prædicta etiam Turzan. vbi ſupra.
346 Quintò † infertur, ꝙ ficta hæc confeſsio non nocet mandanti,
vt ſi procederetur contra mandantem, requireretur, ꝙ de deli-
cto principalis,& mandatario conſtaret, vt eſt tex.aureus, quem
ignorare cuilibet dedecus foret, in l.is qui rem. §.ſi tu filium. ff.
de



de furt.& ibi Bar.quẽ refert hiſce verbis Boſſ.in trac.cauſar.crim.
tit.de delic.nu.35.cum ſeq.& nu.47.Marſ.conſi.49.nu.59.& con
ſi.50.nu.11.Foller.in prac.crim. in verb. capiat informationem.
nu.58.Iaco.Menoch.de arbitr.iud.caſ.352. in fi.nu. 20. & ſcribit
Boſſ.in d.tract.cauſar.crim.tit.de mandat.ad homicidiũ. nu. 37.
347 ſemper † Doctores tractantes de pœna mandanti imponenda, ꝓ
* conceſſo,& firmo habere, ꝙ de mandatario nulla ſit dubitatio,
quin ipſe rem patraſſet.& per Burſat. qui alios alleg.conſi. 20.nu
348 me.6.lib.1.& conſi.216.nu.82.vol. 2. & † quidem conſtare debet
per legitimas probationes, non vi contumaciæ ipſius mandata-
rij, quæ vt contra mandantem procedi poſsit, ſatis nõ eſt, nec ita
ei nocet, vt per Burſat. poſt Carrer. per eum relatum in d.conſil.
216.nu.82.lib.2.quod Boſſ.in d.tit.de delict. nu. 51.credit verũ
eſſe per reg.d.l.eius qui delatorẽ.in prin.& per id, quod not. ibi
Bar.& per ea, quæ not.Bal.in l.2.col.fi.C.de eden.& Bar.in d.l.cũ
filiusfam.ff.de verb.oblig.& Fely.in c.cũ Bertoldus. de re iud. &
ita per ea, quæ ſupra latius deduximus.& ſequitur etiam Io. Pet.
Surd.conſi.40.nu.47.
349 Prout † nec de auxilio aliquis damnatur, quando principale
delictum ſolum probatur ex cõtumacia, & ita ex ficta confeſsio-
ne, quæ imputato de auxilio ſic non nocet.ita Bart. in d.l. is qui
* rem.§.ſi tu Titium.nu. 2.ff.de furt.quem ſequuntur communi-
ter ſcribentes, vt teſtis eſt Alex.conſi.99.poſt nu.4.volu. 1.Marſ.
in prac.crim.§.conſtante.nu.53.Boſſ.d.tit.de delict.d.nu.51.To-
* bi.Non.conſ.101.nu.7.& receptã eſſe opin.dicit Burſat.cõſ.146.
* nu.10.vol.2.& ꝙ ita tenetur,& practicatur dicit Alex.ad Bart.in
d.§.ſi tu Titium.quem refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.90.verſic.
ſcias etiam.qui tamẽ dicit, hoc non practicari in eius prouincia:
nam ſequuta condemnatione contra principalem contumacem,
& quandoque etiam non ſequuta, ſemper proceditur contra au-
xiliatores, nulla facta diſtinctione, an aliter, quàm per contuma-
ciam, conſtet, principalem delictum ipſum commiſiſſe. & ſubdit,
ꝙ iudicio ſuo eſt optima practica. Sed vbi talis non viget conſue
tudo,& practica, ſeruandum cenſeo quod ex recepta opin. de iu
re communi firmatum reperitur. vt etiam cenſuit Burſat. d.con-
ſi.146.poſt d. nu. 10.
350 Et † generaliter reſpectu tertij operatur ficta confeſsio, ſi ap-
pareat Iudicem motum fuiſſe per veras probationes, quas de de-
licto habebat, non autem propter contumaciam.vt eſt glo.in l.2.
in ver.abſens.C.de contrar.iud. tutel. quam pro ſingulari habet
Bald.ibi,& in c.1.circa fin.ſi de feud. vaſal. ab alie. inter.cũ alijs
alleg.per Nat.d.conſi.540.nu. 19. qui in terminis d. ſtatuti con-
tumacem

tumacem pro confeſſo habentis loquitur,& dicit ſing.& ſequitur
Ioſeph. Ludouic.d.3.concluſ.in 3. ampliat.col.4.verſi.ampliatur
351 tertiò. Et † præſertim ſi bannitus ſententię cōtra eum latæ ſcien
tiam habuerit,& non appellauerit: tunc enim in præſentem, & in
confeſſum lata cenſetur,& nocet omnibus. Ioſeph.Ludo.d.3.cō-
cluſio.in 5.ampliat.qui ad hoc alleg.Gram.deciſ. 24. in fi.& Iac.
352 Menoch.conſi.100.nu. 14.& 15.& latiùs nu.233.lib. 1. qui † ta-
men ſolùm dicunt,ſententiam latam contra abſentem, & contu-
macem cenſeri ab eo approbatam,& confirmatam, ac ſi præſens,
& tacens fuiſſet tempore, quo prolata fuit, ſi ſciens latam, & nun
quam tamen appellauit,vel contradixit, non autem dicunt noce
re, vel non nocere tertio.

353 Et † ſi à lege, vel ſtatuto pœna ipſo iure imponeretur, mor-
te delinquentis delictum non extinguitur, ſed pœna trāſit ad hæ
redem.vt ſcribit Bal.in d.l.1.nu.2.ver. quædam ſunt pœnæ. C. ex
deli.defunc.Bar.Bal.Ang.Paul.Caſtr.Alex.& Soc.in l.ſi quis ini-
quum.§.quod autē.ff.quod quiſque iur.infinitos propè huius o-
pinionis recenſet Andr.Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verb. reuerta
tur.nu.296.C.de reuoc.donat. quibus alij accedunt, quos alleg.
Iaco.Menoch.in trac.de recuper.poſſ.remed.1.nu. 159.& in con-
ſi.99.nu.158.lib.1.& ſequitur Bero.in d.c.at ſi clerici.nu.119.de
iud.& Ioſeph.Ludo.d.3.concluſio.col.4.verſi.Ampliatur hoc ma
* xime.dicens hanc eſſe communem practicam totius Italiæ. Frā.
Vegi.conſi.68.nu.311.& alijs ſequen.vbi etiam teſtatur hanc eſ-
* ſe communem opinionem:ij enim,& allegati ab eis vno ore ſcri-
354 bunt,† ꝙ vbi pœna pecuniaria à lege ipſo iure indicta eſt pro de-
licto,mors pœnam non extinguit,ſed tranſit contra hæredes, &
ſucceſſores.& ita in crimine læſæ maieſtatis humanæ, & diuinæ,
ſcilicet in crimine hæreſis, ſimoniæ, & in omnibus demum alijs
caſibus,vbi lex ipſo iure operatur,pœna tranſit ad hæredes,vt la-
tè proſequitur Iac.Menoch.d.conſi. 99. nu. 159. & alijs pluribus
355 ſequen.Et † quàmuis requiratur ſententia declaratoria,qua de-
* claretur,crimina hæc eſſe commiſſa, ſecundum veriorem,& ma-
gis receptam opin.vt plures cenſuerūt,quos refert Iac.Menoch.
dicens horum opin.& veriorem, & magis receptā in d.conſi.99.
nu.168.quam ſequitur etiā Miſinger.ſing.obſeruat.cēt.1.obſer-
uat.43.cum alijs ſupra alleg.nu. 187. & latè poſt Hiero. Gabriel.
& alios,quos alleg.Bonacoſſ.in ſuis commu.opin.in verb.ſenten
tia. relatus inter communes opin. recens collectas tom. 2. lib.9.
356 tit.1.nu.13.tamen † mortuo delinquente ſententia hæc declara-
toria fieri poteſt.Io.Igne.in l.Caius.nu.22.in fi.ff.ad S.C. Syllan.
Anch.conſi.65.col.1.ver.itē conſtituo.Iac.Menoch. d.conſi. 99.
nu.272.



357 nu.72.qui propterea dicit, malè contrarium ſcripſiſſe † Cur.ſen.
conſi.60.col.7.verſ.item declaratoria.& Rip.in l.vlt. ad fin.C.de
reuoc.don.hactenus de tertio caſu.

358 Quartus † caſus eſt reſpectu qualitatum; ficta enim confeſsio
ex contumacia à ſtatuto inducta ſuum operatur effectum ſolùm
reſpectu facti principalis, non etiam reſpectu qualitatum ipſum
factum principale aggrauantium, atque ita ſolùm,puta homici-
dium in inquiſitione deductum includit, non autem refertur ad
qualitates in ea poſitas homicidium aggrauantes.Anch.cōſ.408.
num.5.Ang.conſi.146.num.2.Dec.conſi.593.num.4. Cur.ſen.in
l.2.§.quod obſeruari,ſub num.29.C.de iuramen.calum.qui dicit
* magis commu.Aug.Arim.ad Ang.de malefic.in d.ver.qui Iudex
videns.num.3.& ibi etiam in addit.Bernard.de Landr.poſt num.
34.Brun.conſ.69.col.2.verſ.moueor.Marſi.in pract.crim.§.poſt-
quàm.num.62.vbi hoc dicit not. prout etiam inquit Guliel. Be-
ned.in d.c.Raynutius.par.2.in ver. mortuo itaque teſtatore.nu-
me.168.Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.num.9.& ſeq.ff.
de iureiur.Gram.conſi.1.poſt deciſ.Folle.in d.verb. & ſi confite-
buntur.par.4.3.par.num.9.Hiero.Gab.conſi.170.num.26.lib.1.
& in conſi.167.num.47.lib.2.& idem Marſi.de bannit.in ver.con
tumacia.num.49.& 55.Gab.Sarayna.in addit.ad Matheſ. not.33.
* not.ꝙ ſi in poſitione,qui dicit magis communem, vt etiam atte-
ſtatur ex eo, & Curt.ſen. vbi ſup. Cauenſ.ſuper ritu mag.cur. ri-
tu 120.num.5.Card.Alban.in lucubra.in Bar.in l.1.nume. 26.ff.ſi
quis ius dicen.non obtemp.& latius in l.ſi duo patroni. §.ſi quis
iurauerit.num.1.2.& 3.ff.de iureiuran.Alber. Brun.de ſtatutis.in
verb.confeſsio. verſ. confeſsio ficta per contumaciam. & in verb.
contumax.verſi.contumax habitus.& verſ.ſtatutum quod contu-
max.& verſ.ſi.Bonacoſ.in ſuis commu. opin.in verb.reſponſio.re
* latus inter communes opin.recens collect.tom.2.lib.7.tit.19.nu-
* me.142.vbi dicit communem videri,& in practica ſeruari.& Frā.
Becci.d.conſi.11.num.9.qui ex eo hanc opi.confirmat,quod Bar.
ſcribit in l.ſi cui.§.ſi à filio.ff.de leg.1.vbi inquit,ꝙ confeſsio ve-
359 ra confitentis † extenditur ad ſubſtantiam perſonæ, non autē ad
360 alias perſonæ qualitates.Et † ideo ſi accuſatus de adulterio com-
miſſo cum vxore Titij, ſimpliciter confiteatur dictam Bertam co
gnouiſſe,non videtur confiteri,illam eſſe vxorem Titij. quod di-
ctum Bar.veluti elegans ſequitur Alex.in conſi.171.num.4. li.6.
Iaſ.alios adducens in l.ſi quis nec cauſam.nu.19. verſi.adde duo-
decimo.ff.ſi cer.pet.vbi generaliter ex prædicto dicto Bar.ꝙ con-
fitens,quoad ea confiteri intelligitur,quæ principaliter in accuſa
tione continentur:ſecus autem quoad alia acceſſoria, & alias qua

litates.Idem dictum Bar.ſequitur Corne.dicens, ꝙ Aduocati, &
* Procuratores communiter ſequuntur in conſi.90.col.vlt. verſi.cũ
prout dicit.nu.32.lib.2.& ſequitur ẽt Dec. poſt Pau.Caſt. quẽ al-
leg.in d.conſi.593.nu.4.& Brun.d.conſi.69.col.2.verſ.2.moueor.
& dicit Fulg.in d.§.ſi à filio. quod in practica difficile eſſet con-
tra Bar.obtinere.& ibi etiam Iaſ.ſub nu.11.vbi alios Bart. ſequa-
ces alleg.& Card.Alb.in lucubra.in Barto.in l.ſi duo patroni.§.ſi
quis iurauerit.ff.de iureiuran.nu.2. Bonacoſ.in ſuis commu.opi.
in verb.confeſsio.relatus inter communes opinio.recens collect.
tom 2.lib.7.tit.19.de confeſ.num.49. Si ergo in vera confeſsione
hoc verum eſt ex communi,per prædicta, certè idem affirmandũ
361 & aſſeuerandum eſt in ficta confeſsione,ne † plus fictio,quàm ve
ritas operetur,contra reg.l.filio quem pater.ff.de libe.& poſthu.
ſecundum quam regulam in ſimili ſtatuto argumentatur Marſ.in
conſi.64.num.39.& in terminis,in quibus loquimur,ita per d.re-
gulam argumentatur Fran.Becci.d.conſi.11.nu.11. qui etiã ſub-
362 dit,ꝙ pro hac opinione facit,quia diſpoſitio, † quæ fit ex neceſ-
ſitate, nunquam præcedentium qualitatum repetitionẽ inducit.
l.iure debemus.in prin.verſ.ſtipulationem.ff.de verbo.oblig.quẽ
ponderat ibi ad hoc Aret.col.4.ad fi.& ſemper memoria tenendũ
363 inquit,& ſequitur Iaſ.in d.§.ſi à filio. Rurſus † quia vbi de graui
præiudicio tractatur, nunquam ſimplex reſponſio ſecundum qua
litatem præcedentis interrogationis intelligitur, ſecundum not.
per Bar.in l.1.C.de diuerſ.reſcrip.Iaſ.in d.§.ſi à filio.num.15.Bo-
nacoſ. in ſuis commu. opin. in verb.reſponſio. relatus inter com-
mu.opin.recens collect.tom.2.lib.7.tit.19.num.142.Addit quo-
que Fran.Becci. vbi ſup.nume.16. ꝙ hæ rationes fortius quidem
364 procedere debent in materia ſtatutaria,quia † ſtatuta ſunt ſtricti
iuris,ſtricteque interpretari debent.Bar.in l.conſtitutionibus.ff.
ad municip.& in l.omnes populi.q.4.6.q.prin.ſub nu.60.ff.de iu-
ſti.& iure.Bal.in conſi.2.num.4.lib.1.Dec.conſi.553.nu.5.& præ
365 ſertim † quando ſtatuta ſunt contra ius commune,quale eſt d.ſta
tutum,& conſtitutio Marchiæ d.c.10.lib.4.Bal.in c.nullus.de pręſump.Aret.d.conſi.146.col.1.Craue.conſi.254.nume.1.verſ.non
intelligo.itaque † tanquam odioſum ſtrictè intelligi debet. l. qđ
366 verò.ff.de legib.Bar.in d.l.omnes populi.ſub d.num.60.Dec.con
ſi.37.num.5.conſi.444.num.11.& ſeq.conſi.484.num.5.& 6.& d.
conſi.553.num.4.& ſeq.& in terminis decreti,quod habet contu-
macem pro confeſſo.Neuizan.conſi.6.nume.2.ex quibus conclu-
ſio prædicta planiſsima eſt,vt dicit Fran.Becci.d.conſi.11.nu.18.
367 qui per prædicta ibi conſuluit, † ꝙ formata inquiſitione contra
aliquem ex cauſa homicidij, quod per illum dicitur deliberatè,
& ex



& ex propoſito commiſſum,& ſequuto banno,& pronunciatione
iuxta formam ſtatuti,quòd habeatur pro confeſſo, & conuicto,
ſi is bannitus, & ita pronunciatus ante ſententiam diffinitiuam
comparere voluerit,non tenetur probare ſe non deliquiſſe, ideſt
homicidium ex propoſito non commiſiſſe,quia fiſcus ſuper qua-
litate huiuſmodi de homicidio deliberatè, & ex propoſito com-
miſſo,non habet intentionem fundatam; quia ficta cõfeſsio pro-
pter contumaciam ex ſtatuto reſultans ad hanc qualitatem nõ ſe
extendit,ſed ſolùm ad homicidium ipſum . & ita concludit hanc
qualitatem in inquiſitione expreſſam à fiſco probandam eſſe.
368 Quam † quidem concluſionem,licèt ea,quæ latè ſcribit Soc.iun.
conſi.36.num.2.lib.2 ſatis eam comprobent,ea tamen ratione in
his terminis intentati homicidij velut deliberatè,& ex propoſito
369 commiſsi,arbitror non procedere: quia homicidium † eſt de de-
lictis, quæ ſui natura mala ſunt, & de genere prohibitorum,quæ
quamuis aliquo caſu poſsint excuſari,tamen contra ea præſumi-
tur,& ita dolo præſumitur commiſſum.l.1.C.de ſicca.l.ſi non cõ-
uitij.C.de iniur.c.1.& ibi Bal.& alij.de præſumpt.c.2.& ibi Abb.
de reg.iur.Gand.de maleſ.tit.de homicid.col.vlt.verſ.illud autẽ.
Bal.in l.dolum.C.de dolo.& conſi.79.col.1.in fin.lib.2.cum alijs
quos recenſet And.Tiraquel.in tract.de pęnis.cauſ.13. nume.16.
& Franc.Zoannet,in tract.de defenſio.par.2.num.79.ex qua præ
ſumptione ſatis fundata dicitur fiſci intentio,quòd homicidium
doloſè commiſſum fuerit, & quòd ita homicida occidendi ani-
370 mum habuerit,& ex propoſito ita occiderit, & † reo ſic incumbe
re debet onus probandi non deliquiſſe deliberatè, & ex propoſi-
* to,vt magis communiter concludunt Docto.prout dicit Paris de
Put.in tracta. de ſindic.in verb.pœna.verſ.an multa.Cæpo.conſil.
crimi.29. & 30. & Barthol.Romul.in compend.homicidij.par.2.
* num.176.qui etiam dicit,quòd ita magis communiter Doct.con-
cludunt,licèt ipſe putet ad coniecturas recurrendum eſſe,ex qui-
371 bus oporteat iudicem animaduertere. Niſi † dicamus ſaluando
d.concluſionem Franc.Becci.illum non ſimpliciter loqui de qua
litate doli, & ita de animo occidendi, ſed de qualitate animi de-
liberati, & ex propoſito, quæ quidem qualitates differunt inter
ſe,vt per Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.homicidium. verſ.ex propoſito.
Iaco.Menoch.de arbitr.iudic.caſu 361.& diffuſè nos poſt eos ali-
bi diximus,vt ſic dolus præſumatur, non tamen animus præme-
ditatus,deliberatuſque,& ex propoſito,vt præſupponit Fran.Bec
ci. & ita intelligendus eſt Ceph.conſi.206.num.7. qui etiam poſt
plures,quos allegat,voluit, quod qualitas hæc animi deliberati,
cum aggrauet,& augeat,probanda eſt. Inſertur etiam ex prædi-
H 2 ctis,

ctis, q̄ ſi quis fuiſſet accuſatus de parricidio, vel de adulterio, & conſtaret, hominem de quo agitur, occiſum, & mulierem illã fuiſſe carnaliter cognitam, non tamen conſtaret, illum hominem occiſum fuiſſe patrem accuſati contumacis, neque ipſam mulierem tunc habuiſſe maritum, non poſſet ſic accuſatus, licèt contumax, condemnari de parricidio, aut de adulterio, prout fuerat accuſatus, ſed tantùm de homicidio, & de ſtupro: quia licèt conſtet de dicto homicidio, & ſtupro, non tamen conſtat de illis qualitatibus, q̄ ſcilicet occiſus fuiſſet pater occidentis, neque mulier illa habuiſſet maritum, & tamen oportet, quòd non tantum conſtet de principali delicto, ſed etiam de qualitatibus annexis ipſi delicto, quæ per fictam confeſsionem non probantur. ita pulchrè cõſuluit Pet. de Anch. conſ. 408. in fi. quem refert, & ſequitur Tiber. Decia. conſi. 96. poſt nu. 19. & 20. lib. 3.

372 Quibus † Iudices admonentur, vt antequam contra contumacem pronuncient, q̄ ſi in eo aliqua adſit qualitas, quæ delictũ aggrauet, animaduertere debẽt, q̄ conſtet de illa qualitate: quia licèt ſtatutum fingat contumacem pro confeſſo haberi quoad actũ criminis principalis, vt homicidij, fornicationis, vel alterius delicti, non tamen fingit qualitates principale delictum aggrauantes, immo opus eſt eas probare, per prædicta. ita admonendo cõcludit Guliel. Bened. in d. c. Raynutius. par. 2. d. verb. mortuo itaque teſtatore. nu. 168. verſ. quintò aduertere debet Iudex. & poſt eum Gram. d. conſi. 1. poſt deciſ. nu. 56. quemadmodum dicimus

373 in confeſsione vera, q̄ † ſi reus delictum ſine qualitate confiteatur, puniri non poterit, vt per Io. And. in rub. de accuſa. Rom. cõſi. 167. col. fi. Signor. conſi. 10. col. fi. Gramm. d. conſ. 1. poſt deciſ.

374 num. 51. in fi. Maximè † quia (vt ibi ſubdit Gram.) qualitate illa non probata, legitima probatio non diceretur, ſecundùm Iac. de Aren. & Cy. in l. 2. C. de proba. Io. Andr. ad Spec. tit. de accuſat. & inquiſitio. in rub. glo. in l. cum actum. ff. de neg. geſt. Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. Bal. in l. 1. C. qui accuſa. non poſ. & in l. edita. in repet. C. de eden. & Cachera. qui plures allegat deciſ. Pedemon. 71. nu. 22. ergo & idem in confeſsione ficta, quod & ſi contumax dicatur fateri principale delictum, non tamen cõdemnari, & puniri poterit, ſi qualitas delictum aggrauans probata non erit, ne plus fictio, quàm veritas (vt ſupra diximus) operetur. quod & in ſpecie animaduertit Anto. Columb. in tract. procedendi in controuer. crim. art. 152.

375 Quod † præſertim obſeruandũ eſt, ſi qualitas illa Iudicis iuriſdictionẽ fundaret, vel eum iuriſdictione priuaret: debet enim de

ea ante



ea ante omnia conſtare. l. 2. §. ſi dubitetur. de iud. & ib i Docto. & maximè Bal. in l. ſi quis ex aliena. eod. tit. Bart. & Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat.

376 non ier. Abb. & Cano. in c. ſuper literis. de reſcrip. Nam † iudex de ſua iuriſdictione certus eſſe debet, & de ea nõ dubitare. d. l. 2.

* §. ſi dubitetur. & l. is qui. ff. de acq. hæred. & ibi Docto. communiter. & † confeſsio ficta ex ſtatuto propter contumaciam inducta

377 non ſufficeret, vt per Gram. d. conſi. 1. poſt deciſ. num. 53. & duo-

378 bus ſeq. & † de hac quidem qualitate, quæ iuriſdictionem tribueret, conſtare debet tempore emanatæ citationis, & ita à principio, non etiam poſtea ad banni validitatẽ poſt citationes ſequutionis, aliàs illud nullum eſſet, quamuis poſtea de d. qualitate conſtaret, vt plenè per Gram. in d. loco. nu. 56. & ſeq.

379 Et † ideo accuſatus de adulterio cum Berta vxore Titij, nõ dicitur confiteri illam eſſe vxorem Titij, licèt illam carnaliter cognouiſſe fateatur, vt ſupra diximus nu. 360. Item ſi aliquis de homicidio cum qualitate aſſaſsinij inquireretur, de aſſaſsinio condemnari, & puniri non poterit, niſi de illa qualitate conſtaret: & ſi is contumax eſſet, & aliàs ex ſtatuto pro confeſſo haberetur, vt in ſpecie reſpondit Gram. d. conſi. 1. poſt deciſ. nu. 50. & alijs ſeq. & Hiero. Gab. d. conſi. 170. nu. 26. lib. 1. qui etiam dicunt, non ſuf-

380 ficere † dictum ſocij criminis ad hanc qualitatem probandam, ẽt in caſibus exceptis, in quibus de ſocijs interrogari poſſunt, niſi numerus ſuppleat, aut aliæ vrgentes adſint coniecturæ, ac magna ſimilitudo, vt per eos ibi.

381 Vt † etiam, ſi quis debito modo fuerit parricidio reſponſurus, vel ſuper adulterio, & contumax fuerit, licèt de homicidio condẽnari poſsit, q̄ fictè per contumaciam confeſſus eſt, vt tamen parricida non condemnabitur, niſi, q̄ occiſus fuerit pater, eo modo

382 probaretur, quo † paternitas, & filiatio probari debet. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. c. per tuas. vbi omnes. de proba-

383 tio. Pariter † antequàm mulier ex contumacia de adulterio puniatur, neceſſe eſt probare, ipſam eſſe nuptam, ſecundùm Pet. de Anch. d. conſi. 408. & poſt eum Guliel. Benedict. in d. verb. mortuo itaque teſtatore. nume. 168. & Bernard. de Land. ad Ange. de malef. in d. verb. qui Iudex videns. poſt numerum 4. Vt etiam ex prædictis infertur, quòd ſi inquiratur contra aliquem pro cicatrice, quam in faciem alicuius intulit, quę eſt perpetuò permanſura, non poteſt vtique hunc contumacia conuincere de illa qualitate, eam eſſe perpetuò permanſutam, vt poſt Ang. quem alleg. tradit Card. Alban. in lucubra. in Bar. in l. 1. num. 25. ff. ſi quis ius dic. non obtẽp. & in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. nu. 3. ff. de iureiur.

 Et

384 Et † idem dici debet de alijs delictis in inquiſitione cũ aliqua qualitate deductis, quę quidem qualitas non pendet à confeſsione ipſius contumacis, vt hoc in vniuerſum colligitur, animaduerſum à Card. Alban. in d. §. ſi quis iurauerit. num. 3. Tametſi contrariam opin. ꝙ ſcilicet ficta hæc confeſsio ex contumacia à ſtatuto inducta facta videatur ne dum de negocio, & delicto principali, ſed de omnibus etiam qualitatibus, tenuerit Bened. de Plũb. in l. fi. ff. de fideicom. lib. quem refert, & ſequitur Ang. dicens etiã ita conſuluiſſe, de malefic. in d. verb. comparuerunt dicti inquiſiti. & confitentur totum, vt etiam tenet hanc opin. Boſſi. in tracta. cauſ. crim. tit. de banni nullita. num. 4. vbi allegant Ancha. Franc. Aret. & Ang. quos ſupra pro contraria parte allegauimus. & idẽ Boſſ. in tit. de confeſ. nume. 81. dum ad hoc alleg. Ang. Aret. in d. verb. comparuerunt dicti inquiſiti & confitentur totum. vbi etiã ait, videndum eſſe Claud. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & idem tenet Rolan. à Valle qui alios alleg. conſi. 31. nume. 7. vol. 1. Bertazol. d. conſi. 82. num. 18. lib. 1. & conſi. 498. num. 1. lib. 2. vbi dicit
* ita communiter tenere Docto. in §. 1. l. ſi cui. de leg. 1. & loquitur ibi de reo interrogato de duobus, an ſcilicet recaptauerit bannitum, & dicit, quod vtrique cenſetur reſpondere. vt per eum ibi,
* ſed prior opinio eſt magis communis, & verior, vt patet ex prædi
385 ctis, & teſtantur Docto. quos ſupra allegaui. Et † procedit etiã, ꝙ totus tenor inquiſitionis in citatione inſereretur, prout quic-
386 quid ſit de iure, de conſuetudine neceſſarium eſt, ꝙ † totus tenor
* inquiſitionis inſeratur, prout communiter obſeruari, & practicari atteſtatur Maria. Soc. in repeti. capituli, qualiter & quando. nume. 212. de accuſ. & Ang. de malef. in verb. Iudex commiſit. nu. 3. quos refert Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 31. verſ. quæro nunquid. & ita licèt in citatione omnes qualitates appoſitæ fuerint: habe-
387 tur † enim ficta illa confeſsio ex contumacia reſultans pro ſimplici reſponſione, & confeſsione, & ita ad principale delictum, nõ etiam ad qualitates refertur, ſecundum ſupra alleg. Do. præſertim Pet. de Anch. & poſt eum Gul. Bened. in d. locis. quemadmodum ſimplex confeſsio vera facta ad inquiſitionem, quæ etiam cõtinet qualitates in ea expreſſas, ſolum ad principale delictum, nõ etiam ad qualitates refert, ſecundum præalleg. Docto. in d. locis.
388 Et † ita tantò magis procedit hæc opinio, ſi in citatione totus tenor inquiſitionis non inſereretur, prout de iure communi nõ requiritur, ꝙ inſeratur, ſed ſufficit citare reum ad reſpondendum
* inquiſitioni contra eum formatæ occaſione talis delicti, vt communiter ita teneri dicit Maria. & Iul. Clar. ex eo in iam citatis locis. & ita ſeruatur hic Peruſiæ, & in aliquibus alijs etiã locis ſta-

tus ec-



tus eccleſiaſtici, atque ita qualitates in inquiſitione deductæ in citatione expreſſę non eſſent, ad quas ita in citatione minimè expreſſas nullo modo ficta confeſsio ex contumacia reſultans referri poteſt, ſed relatæ difficultates ceſſant in Ciuitate Vrbiſueteris patria mea, ex ſtatuto lib. 3. c. 2. vbi primùm diſponitur, ꝙ inquiſitus, ſeu accuſatus citari debeat cum cedula continente totũ maleficium, vel delictum cum omnibus qualitatibus, de quibus contra eum procederetur. deinde ꝙ elapſo termino banni, reus, qui non comparuerit, habeatur pro confeſſo omnia, & ſingula in accuſatione, ſeu inquiſitione contenta, & feratur ſententia diffinitiua contra eum, & ſic vigore d. ſtatuti ficta hæc confeſsio inducta dicitur etiam reſpectu qualitatum in inquiſitione, ſeu accuſatione contentarum. & clara eſt etiam in Ciuitate Peruſiæ illius ſtatuti diſpoſitio, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo maleficium cum omnibus qualitatibus ſuis, dummodo de maleficio, & qualitatibus eius conſtet per legitimam contumaciam ſecũdum formam ſtatutorum, ſeu per teſtes, vel inſtrumenta, aut confeſsionem, ſeu alio genere probationis conceſſo, vt habetur lib. 3. rub. 4. verſic. ſi verò habitationem. & verſ. ſeq.

389 Quintus † eſt caſus reſpectu publicationis bonorum. Nam bona damnatorum ad mortem ratione contumaciæ ex forma ſtatutorum non publicantur, quia potiùs dãnatus videtur vigore ſta-
390 torum, quàm lege publici iudicij, & omnia † ſtatuta ſunt leges priuatorum iudiciorum. ita per hanc rationem, & ex glo. no. Bal. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. quod eſt ſummè notandum ſecundum eũ. & idem ibi Rom. dicens idem Bal. tenuiſſe in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & in c. 1. de pace tenen. & idem voluit Petr. de Ancha. in repeti. c. canonum ſtatuta. de conſti. 14. q. prin. allegat Bal.
391 in d. l. data opera. Corn. conſ. 42. nu. 2. vol. 1. qui ſubdit, ꝙ † ideo non habet locum Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcrip. Alc. de præſump. reg. 3. præſumpt. 22. nume. 5. licèt teneat contra prædictam rationem poſt Aret. in l. eius qui. §. 1. ff. de teſta. & ſequitur etiam Foller. in d. verb. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu-
392 me. 44. Sed † in ſtatu eccleſiaſtico habemus Aegidianam conſtitutionem Marchiæ nuncupatam. lib. 4. c. 54. de homicidio. vbi ſtatuitur, ꝙ ſi homicida in fortiam Curiæ peruenerit, puniatur pęna vltimi ſupplicij, ſed ſi citatus fuerit contumax, banniatur in pęnã vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum. & ita ſeruatur, in tantum vt etiam conſanguinei, & affines, vel vniuerſitates ordine tamen ſucceſsiuo, ſi conſanguinei, vel affines ſoluendo non eſſent, cogi poſſunt ad talia bona confiſcata redimendum, quamuis in contumaciam homicida condemnatus fuerit. vt habetur in Motu

H 4 proprio

393 proprio † Sixti, de quo inter d.conſtitutiones Marchiæ li.4. c.19.
qui loquitur de bonis confiſcatis abſentis, & ita in contumaciam
condemnati.& ita quotidie ſeruatur. Et licèt Moron.in d.tract.de
fid.treg.& pac.q.183.nu.2.dicat, ꝙ ſtatutum arctans conſangui-
neos ad redimendum bona damnatorum, intelligatur in caſu ve-
ro, non autem in caſu ficto: hoc tamen verum non eſt reſpectu d.
conſtitutionis, quæ expreſsè loquitur de cogendo cõſanguineos,
vel affines, & vniuerſitates ad redimendum bona damnatorum,
quamuis abſentium. quod ex eo etiam clariùs apparet, quia in d.
conſtitutione c.54. lib.4. de homicid. expreſsè cauetur, ꝙ ſolùm
in caſu condemnationis in contumaciam bona confiſcationi ſub-
iaceant, & incorporatio fiat bonorum ita confiſcatorum, cum, ſi
aliàs reus præſens fuerit, pœna legali vltimi ſupplicij puniri ſo-
lùm debeat, vt ibi.

394 Sextus † eſt caſus reſpectu pœnæ ciuilis parti applicandæ: qm̃ fi
cta illa confeſsio non operatur quoad pœnam hanc parti applicã-
dam, ad quam non extenditur, vt conſuluit Petr.de Anch. d.con-
395 ſi.409.& Corn.conſi.300. lib.3. qui conſuluit ſuper † ſtatuto Nu-
ceriæ, ex cuius forma ſimiliter contumax pro confeſſo habetur;
quia pro confeſſo non habetur quoad pœnam, & intereſſe parti
applicandam, vt latè per eum ibi.& ſequitur Bernard.de Land.ad
Ang.de malefic.in d.verb.qui Iudex videns.poſt nu.34.& Foller.
in d.ver.& ſi confitebuntur.num.40.confeſsio enim ficta non no
cet niſi ſuper eo, ad quod directè agitur.l.2.ff.de iure fiſc. vt not.
Spec.tit.de inquiſit.§.nunc videndum.verſ.quid ſi actum eſt.Ro-
lan.à Valle conſi.30.num.19.vol.2. Et propterea licèt Iudex, qui
principaliter cognoſcit de crimine ad vindictam, poſsit etiam in-
cidenter reum cogere ad reſtitutionem rei, ſeu ad emendam dã-
ni paſsi.l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.cum alijs, quos recen-
ſet,& dicit communem Rolan. à Valle d.conſi.30.num.2.hoc ta-
men verum eſt, quando reus condemnaretur per confeſsionem
veram: ſecus ſi per contumaciam,& ita per fictam confeſsionem,
quia tunc Iudex maleficiorum non poteſt contra inquiſitum ad
d.condemnationem in fauorem damnum paſsi, qui ad damna, &
intereſſe,& rei reſtitutionem directè non egit, deuenire: vt proba
tur ex dictis Bal.in l.qui crimen.col.pen. verſi.item in criminali.
C.qui accuſ.non poſ.vbi inquit, Iudicem maleficiorum non poſſe
condemnare reum ad reſtitutionem rei ablatæ, niſi quando con-
ſtat de maleficio per confeſsionem, quia tunc Iudicis officiũ de-
ſeruit confeſsioni, non criminali accuſationi; ſecus ſi probatio a-
liter reſultat, quam per confeſsionem, quia ex ea non oritur offi-
cium iudicis.l.ſed & poſſeſſori.§.ſi.ff.de iureiurando.idem voluit
Bal.



Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum. Trin. quia confeſsio faceret
fidem in ciuili, ſed non contumacia in alio iudicio: & quia con-
feſsio ficta non nocet, niſi ſuper eo, ad quod directè agitur, vt di-
ximus.& Bal.ſequitur Rui.conſ.35.vol.5.Rolan.d.cõſ.30.nu.18.

396 Quod † annotandum eſt ad d. Motum proprium Pij IIII. ꝙ fi-
deiuſſores in cautione de non offendendo, in pace, & tregua te-
neantur ad pœnam conuentionalem, probata etiam contrauen-
tione per fictam confeſsionem, quia debet intelligi reſpectu pœ-
næ conuentionalis applicandæ fiſco: non autem reſpectu pœnæ,
ſeu intereſſe parti applicandæ, quod & ſupra animaduertimus
nu.330. non reſpectu pœnæ applicandæ parti, ſeu illius intereſſe,
principalis delinquens, & contraueniens non habetur hoc reſpe
ctu, quàmuis contumax pro confeſſo, vt ſupra diximus. & ita
per fictam illius confeſsionẽ contrauentio reſpectu intereſſe par
tis probata non dicitur, vt conſuluit Corn.d. conſilio 300. quo-
niam quando is contumax in contumaciam condemnatur, vtiq;
condemnatur ex inquiſitione contra eum formata ex officio ad
pœnam fiſco applicandam ob iniuriam, quæ ex delicto Reipubli-
cæ facta cenſetur. & ita in effectu ficta hæc confeſsio, quæ in cau-
ſa inquiſitionis ex contumacia reſultauit vigore ſtatuti inter a-
lios dicitur emanaſſe, & ita reſpectu intereſſe partis non probat,
vt latè concludit in d. loco Corn. num.3. Et licèt d. Motus pro-
prius ſimpliciter loqui videatur, ac generaliter, ꝙ tales fideiuſſo
res cogantur ad ſoluendam pœnam conuentionalem, probata
contrauentione etiam per fictam confeſsionem, non ſe aſtrin-
gens ad vnam cauſam, magis quàm ad aliam, vt ibi. Quòd data
397 contrauentione alicuius &c. vt † videatur ſic intelligi debere tã
reſpectu fiſci, quàm partis, arg.l.3.ff.de offic. præſid. cap. ſi Ro-
manorum. 19.diſt.cap.quia circa de priuileg.cum ſimil. Ex præ-
cedentibus tamen ſatis ibi Pont. videtur ſe reſtrinxiſſe ad pœ-
nam Fiſco applicandam, vt ibi, Hac noſtra in perpetuum valitu-
ra declaratione, ordinatione,& conſtitutione ſtatuimus,& ordi-
namus, ꝙ in ſupradictis, ſeu criminalibus, aut ciuilibus, vel ex
delicto, ſiue ex contractu (vt præfertur) præcedentibus cauſis Fi-
ſcum, & Cameram prædictã quomodolibet concernentibus &c.
ſub qua clauſula eſt deinde dicta diſpoſitio, Quòd data contra-
uentione &c. & præterea etiam quòd non aliter d. Motus pro-
prius expreſsè ſe reſtringeret ad Fiſci magis, quàm partis intereſ
ſe, adhuc tamen deberet intelligi inter eaſdem partes, & in eadẽ
cauſa, ita vt ſi condemnatio in contumaciam ſequuta fuerit ex
inquiſitione ex officio, & inter fiſcum, reum principalem, & fi-
deiuſſorem formata, fideiuſsor ſolùm teneatur ad pœnam con-
uentiona-

uentionalem reſpectu fiſci,non etiã partis per prædicta, & d.Mo
398 tus proprius † recipit à iure communi interpretationem reſtrictiuam.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxal.l.vt gradatim.§. ſed ſi lege municipali.ff.de muner.& honor.& c.cum dilectus.de conſuetud.cũ
399 ſimil.Corn.d.conſ.300.nu.4.ita † intelligens ſecundum ius commune d.ſtatutum Nucerinum, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,vt ſcilicet intelligi debeat inter eaſdem partes, & in eadẽ cauſa ſecundum ius commune, quod huiuſmodi fictæ cõfeſsioni dat
400 ſupradictam interpretationem,vt per eum ibi.qui ſubdit,ꝙ † huiuſmodi conſtitutiones, & ſtatuta non debent latiùs, quàm ius
401 cõmune in ſimilibus terminis loquẽs,interpretari.Quinimo† tãquàm pœnales, & à iure communi exorbitantes reſtringi debẽt. l.ius ſingulare.ff.de legi. cap.in pœnis.de reg. iuris in 6. l. ſi præſes.& l.interpretatione. ff.de pœn. cum ſimil.
402 Septimus † eſt caſus reſpectu eorum, quæ ſunt iuris: ficta enim hæc confeſsio a ſtatuto inducta ſolùm circa ea operari videtur, quæ facti ſunt,non iuris,vt per Pau.Caſt.d.conſi.3. nu.9. volu.3.
403 qui propterea decidit ibi, ꝙ † ſi quiſpiam aliquem occiderit,qui impunè occidi potuit, vel quia erat bannitus, vel aliàs ratione vindictæ à ſtatuto permiſſæ,is quidem dicitur ex contumacia fictè fateri occidiſſe, non tamen ꝙ illicitè, adeò quòd ſi is deinde factum confiteretur,ſed allegaret, potuiſſe facere cõtenta in inquiſitione,vel quia occiſus bannitus erat, vel ratione vindictæ à ſtatuto permiſſæ, debet dubio procul audiri non obſtante lapſu termini in banno appoſiti, vt per eum ibi, qui dicit hoc voluiſſe Bar.in quodam ſuo conſ.quod incip.factum tale proponitur.Ber
404 nardinus percuſsit Herculem.dicens, ꝙ † Iudex etiam inquiſito confitente ſimpliciter factum, vel expreſsè, vel tacitè, & ſe nullo modo defendente, debet ex officio ſuo excuſationes exquirere, & de innocentia inquiſiti.l.ſi non defendãtur.ff.de pœn. l. 1.§.fi.
405 ff.de quæſtio. & † ideo multò magis ſe defendente, potiſsimum
406 † quando in eo defenſio fundatur, ꝙ fieri publicè interfuit, vt interficiendo bannitum.arg.l.quos prohibet.ff. de poſtulan.iuncta.l.1.C.quando lic.ſine iudi.ſe vindic. & tradit etiam Barto.in l.vbi pactum.nu.10.C.de tranſactio.& Bal.ibi nu. 11. Alexã.qui plures authoritates alleg.nu.8.Iaſ.nu. 15. & Iul. Clar.in d.§. ho
407 micidium.verſ.ſed an ſtante huiuſmodi ſtatuto. qui † volũt, bannitum interficere publicè intereſſe, de quo latè etiam Bombin.
408 conſi.8.nu.22.& allegando † bannitus,& condemnatus, ꝙ occiſus impunè occidi potuit,non dicitur bannum infringere, nec fictam confeſsionem ex eo reſultantem, immo illam fictam confitendo confirmat.eſt ergo audiendus, vt per Bar.in conſ. allegato per



per Paul.Caſtr.qui illum ſequitur, quod non eſt inter conſ.Bart. impreſſa,quod viderim,ſed idem dicit Bar. conſi. 107. viſis om
409 nibus ſtatutis.vbi etiam addit pro declaratione, ꝙ bannum † ſecundum ſtatutum Peruſiæ, & communiter totius Italiæ totum ſuum effectum operatur,& id quidem, quod annotatio bonorũ. Nam elapſo termino annotationis,quis bona amittit, ſed ad defendendum ſe de crimine auditur, vt ſupra diximus,ſed in bãno, qđ datur ex forma ſtatuti,elapſo termino banni, pro confeſſo de crimine habetur,nec ad defenſionem criminis auditur,ſed quantum ad quantitatem, quæ in banno reducitur, ſibi non præiudicat, quia poſtea Iudex in condemnatione moderabit, ſecundum quod æquum,& iuſtum ſibi videbitur.& ſubdit Bar.ibi, quòd ex verbis ſtatuti ſic probatur,& cõſuetudo ſic interpretatur, & ideo
410 ibi conſuluit,† ꝙ ille,de quo ibi in caſu ſuo audiri debebat,quãuis terminus banni eſſet elapſus,quia id allegabat,quod bannum non infringebat, ſed pœnã maleficij minuebat & moderabatur. Poteſt etiam poni exemplum in contumace,qui de adulterio eſſet accuſatus, confeſsio enim ficta ex contumacia reſultans operatur reſpectu concubitus,qui ſic præſumitur ex contumacia:facti enim eſt concubitus, ſed non reſpectu matrimonij, quod eſt iuris,& ideo probandum.ita ex Bal. quem alleg. Alber. Brun.de ſtatutis.in verb.confeſsio.verſi.ſtatuto quo cauetur.
411 Octauus † eſt caſus reſpectu earum, quæ in banno cõtinentur. Bal.in l.ſi aduerſarius.C. de fid. inſtr. Card. Alban. in lucubratio.in Bar.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit. ff. de iureiur.nu me. 5.Alber.Brun.de ſtatutis.in verb.bannitus. ver. ſtatutum dicit,ꝙ bannitus habeatur pro confeſſo.& in verb.contumax.verſ. 1.Iaſ.in l.age.nu.12. C. de tranſactio. qui eam reddit rationem, quia limitata cauſa,limitatum producit effectum,ad quod multa congerit ibi ſimilia,quæ hanc concluſionem confirmant.Itẽ cum ſecundum eos cauſa confeſsionis cõtumacia fiat,& ſi ex vno ſuppoſito aliud valde ab ipſo diuerſum inferatur, vtique fictio eſt,
412 quæ non † operatur, niſi effectus à lege fictionem introducente expreſſos.d.l.3.& l.fin.C.de fid.inſtru.& l.2.§.diuus. & d. l. eius qui delatorem.ff.de iur.fiſc.reſtringi ergo debet ficta hæc cõfeſ
413 ſio quoad effectum contumaciæ, † cuius natura eſt non perimere,niſi quatenus lex perimit,vel iudex diſponit,vt not. in l.1. §.fi.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.ita Bal.in d.l.1.C. de hæred.in
414 ſtit.iuxta fin. verſ.ſed quid ſi ſtatutum,ex hoc inferens, ꝙ † licèt ſtatuto caueatur,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,& poſsit,ac ſi eſſet præſens, & confeſſus condẽnari, & ſententia contra eum lata perinde habeatur,ac ſi in præſentem lata eſſet, poterit tamẽ bannitus

bannitus ad mortem teſtari, quãuis ſtatutum æquiparet ſenten-
tiam banni ſententiæ latæ in præſentem, & præſens ad mortem
damnatus teſtari non poſſit.Bar.in l.qui vltimo.ff. de pœn. & in
* l.eius.§.fi.ff.eo. tit. & ibi dicit hanc eſſe communem opin. Aret.
vt etiam cõmunem fatetur Io.Igne.in l.1.§. qui ſibi.nu.108.ff.ad
* Syllania.Couar.in rub.de teſt.par.3.nu.26.verſi.iure autem anti-
quo.& receptiorem dicit Vaſq. contro.illuſt.c.96.nu.2. ver.deni
que,& de ſucceſsio.reſolutio.§.3.nu.34.Michael Graſſ.ex prædi-
ctis.lib.5.ſent.§.teſtamentum.q.96.nu.2.hodie.n. damnati præ-
* ſentes ad mortem naturalem efficiuntur ſerui pœnæ, vt commu-
nem dicunt Vaſq.& Michael Graſſ. in d.locis. Nam diſpoſitio d.
ſtatuti non operatur niſi reſpectu eorum, quæ in banno (vt dixi-
mus) & condemnatione continentur. Sed cõtrarium tenet Nell.
de bannit.1.par.2.temp.q.53. ex quo enim ſtatutum æquiparat
ſententiam banni,ſententiæ latæ in præſentem,dicendum eſt, ꝙ
bannitus ad mortem,quamuis abſens, efficeretur ſeruus pœnæ,
415 quemadmodum † ſeruus pœnæ efficeretur præſens ad mortem
damnatus.d.l.qui vltimo.ff.de pœnis. & ideo licèt aliàs damna-
tus ad mortem in contumaciam teſtari poſſit,ſecundum Bar. in
l.eius.§.1.ff.de teſtam.& in q.Lucanæ Ciuitatis.& in trac. bãnit.
* nu.12.Cur.ſen.ex communi conſ.160.colu.10.Petr.à Plac. lib.1.
epitom.delict.c.44.nu.2.Vaſq.d.c.96.Iul.Clar.lib.3.ſent.§.teſta
mentum.q.20.Micha.Graſſ.d.§.teſtamentum.q.16.num.8. & q.
17.nu.4.Fichard.commun.opin.verb.condemnatus.relatus inter
communes opin.recens collect.tom.2.lib.9.tit. 33. de ſent.paſſ.
416 nu.5.quia † tunc demum ſeruus pœnę efficitur, quando venit in
fortiam Curiæ,& non aliter: quia ex forma ſtatuti, vel conſuetu
dinis ad mortem naturalem quis condemnatur,ſi venerit in for-
tiam, vel poteſtatẽ Iudicis, vt pulchrè declarat Boer.deciſ. 278.
nu.12.& ſeq.& eum refert,& ſequitur Micha. Graſſ.d.q. 17.in fi.
Viui.commu.opin.330.& Eman.Xuarez.in Theſau. recept. ſent.
in verb.morte.relatus inter communes opin.tom.2.lib.9. titu.4.
nu.16.Fichard.vbi ſupra.nu.6. Stante tamen d. ſtatuto æquipa-
rante ſententiam banni in contumaciam ſententiæ latæ in præ-
ſentem,teſtari is non poterit,quemadmodum teſtari non poterit
(vt diximus) damnatus præſens ad mortem. ita concludit Nell.
417 vbi ſupra.dicens † d.iura alleg.per Bal.nihil facere, quia loquun-
tur,quando lex ſpecialiter diſponit contumaciã puniendo: tunc
enim vltra pœnam in lege expreſſam contumacia grauari nõ po
teſt: dictum autem ſtatutum vlterius diſponit, generaliter ſcili-
cet ſtatuendo,quòd ſententia perinde habeatur, ac ſi in præſentẽ
418 lata eſſet. ergo † perinde eſt, ac ſi particulariter omnes effectus
ſententiæ



ſententiæ latæ in præſentem exprimeret.l.omnes.C. de præſcrip.
30.ann.l.ſi duo.ff.de adminiſtr.tut.l.1.ff. de leg.1. & ibi not. per
Doct.cum ſimil.& ita vigore d. ſtatuti bannitus quàmuis in con-
tumaciam ſeruus pœnæ perinde efficitur,ac ſi præſens damnatus
419 eſſet; quia regulariter dictio illa, perinde,† ad omnes qualitates
refertur.l.à filio.§.pater.ff.de alim. lega. niſi aliud eſſet ſtatutũ,
quod talem generalitatem reſtringeret. l. ſacrilegij. §. is autem.
& ibi concord.ff.ad l.Iul.pecul.& in ſimili concludit Bart. in l.1.
420 in prin.ff.de recep.quod † maximè verum eſt,quia in his,quæ iu-
ris ſunt,vt quem eſſe ciuem,quem eſſe ſeruum,& ſimil.verbum,
habeatur,à ſtatuto poſitum,veritatem inducit, non etiam fictio-
nem,ſecundũ not.in l.maritus.§.legis.ff.de adulte.& in l.ſi is qui
421 pro emptore.ff. de vſucap. Quàmuis † ſi ſtatutum ſimpliciter di-
ſponeret,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, & poſſit in banno
poni,& condemnari, ac ſi per confeſſionem de maleficio conſta-
ret,ſeruus pœnæ non efficeretur,& teſtari poſſet,quia ex hoc ſta
tuto teſtari non prohiberetur,vt per eundem Nell.in dicto loco.
422 Rimi.iun.conſ.612.nu.16. vol.6. Quod † annotandum eſt ad d.
Aegidianam conſtitutionem.d.lib.4.c.10. ex qua bannitus,& cõ
demnatus iuxta illius formam, teſtari prohibitus ſic non dicere-
tur,quia ſolùm ibi dicitur, quòd poſitus in banno habeatur pro
confeſſo,& poſſit diffinitiuè condemnari, nec procedit vlteriùs
æquiparando ſententiam banni in contumaciam ſententiæ latæ
423 in præſentem. Sed in † ſtatu eccleſiaſtico ex eo banniti, & con-
demnati in contumaciam teſtari non poſſunt, quia per Bullam
Pij II.ab omnibus actibus legitimis perpetuò ſuſpenſi ſunt, qui-
bus verbis dicitur eſſe prohibitum teſtamentum condere. vt in
terminis dixit Alex.cõſi.75.nu.4.lib.1.Tiber.Decia.conſ. 86.nu.
32.vol. 3. Rimi.iur. d.conſ.612.nu.2.vol.6.& Latius in l. vt vim.
nume.213.ff.de iuſt.& iur.& de d.Bulla Pij II. loquens,conſuluit
Corn.conſi.59.lib.1.& Tobi.Noni.conſi.93. nu.4. Et ſi quæ erat
difficultas,omnino ſublata eſt ex Bulla Clemen.VII.qua banni-
ti in contumaciam expreſsim priuantur omni teſtamẽti factio-
ne actiua,& paſsiua, quæ ei per d. Bullã interdicta eſt, quod fuit
deinde confirmatum per alios Rom.Pont.ſucceſsores,vt in Bul-
la Pij IIII. & Pij V. contra homicidas, brigoſos, & quoſcunque
pœna capitali damnatos.& animaduertit Tob.Non.d. conſil.93.
nu.4.Rot.Deciſ.3[illegible]9.nu.2.par.1.Deciſio.diuerſorũ Rotæ, & De-
ciſ.795.num.1.ea.par.1.
424 Nonus † caſus eſt reſpectu alterius cauſæ, quia ficta hæc con-
feſsio emergens ex contumacia in vna cauſa,& iudicio, non præ-
iudicat in alia cauſa,& in alio iudicio,etiam inter eaſdem perſo-
nas.

nas. vt vult Bart.in d.l.eius.qui delatorem.in fin.prin. per l. 2.§. diuus.ff.de iur.fiſc.& ſequitur Bal.in l.2.ad fin.C. de eden.Alcia. de præſumpt.regula tertia.præſumpt.22.num.8.Deci.conſi. 451. Socin.conſi.122.vol.4.Rui.conſi.19.nu.7.lib.5.Gerar. Mazol.cõſi.51.nu.4.lib.1.Pancirol.conſi.171.nu.17.& conſi.14. nu. 18.cõſilio 68.nu.17.Foller.in pract.crim. in d. ver.& ſi confitebuntur. 4.par.3.par.nu.23.& 42. Maſcar. qui plures allegat de probat.volum.1.concluſio 348.qui in confeſsione,quæ emergeret ex morte eius,qui mortem ſibi conſciuit,ſecus eſſe dicit, vt per eum ibi, nu.22.& Card.Alban.in lucubrat.in Bar.in l.eius qui delatorem.
425 nu.3.ff.de iure fiſc. Quinimo † ẽt ſi præſens reus fuerit,& cauſam defenderit,& tempore diffinitiuę ſnīę abſfuerit,nulli ſentẽtia nocet.vt per Bar.in l.qui repudiantis.§.vlt.ff.de inoffi. & eũ ſequitur Imo.in c.pen.de re iud. quod Pancirol. affirmare non audet, quia multi in hoc contradicunt,vt ipſe dicit in dictis conſilijs.

Decimus caſus eſt, quia ficta confeſsio non operatur eo reſpectu,ꝙ dicatur verè probare delictum : licèt enim vera confeſsio probet delictum verè.l.ſi cõfeſſus.de cuſtod. & exhibit. reor. tamen ficta confeſsio nunquam probat verè delictum , vt per Ang. de malefic.in verb.qui Iudex videns.verſ.quæritur tamen an tale ſtatutum.in fin.Guliel.Benedic.in c.Raynutius.par. 2. in verbo. mortuo itaque teſtatore. 1. nu. 174. & ſeq. Rolan.à Valle conſil. 31.nu.12.vol.1.Gigas de crim.læſæ maieſta.tit.quomodo, & per quos.q.1.nu.10.Rot.deciſ.12.nu.5.vol. 1. deciſ. diuerſor. Rotæ. ex quo infertur,ꝙ ſi Notarius ſit damnatus de falſo ex vera confeſsione,vel conuictus,quàmuis nunquam amplius poſsit conficere inſtrumentum,vt in §.fi.in Auth.de tabellio. & per Bal. in l. eadem.§.1.ff.ad l.Iul.repet. tamen ſi eſt damnatus propter contumaciam non pendit inſtrumentorum confectionem.ita Bar. in l.ſi ideo.in prin.ff.de euictio. & Bal.in l.transfigere. circa med.C. de tranſact. Mar.conſi.10.nu.13.Ang.Aret.Guliel.Bened.& Rolan. à Valle in locis præalleg. & idem Rolan. à Valle.conſil.94. num.15.& ſeq.vol.3.Aliciat.de præſumptio.reg.3.præſumpt.22. nu.4.Gigas d.q.1.nu.11.

Prout etiam Vndecimus eſt Caſus in delinquente extra territorium bannientis, hunc enim ſtatutum habens bannitum pro cõfeſſo non comprehendit,quia ſtatutum non poteſt extorquere talem cõfeſsionẽ ab abſente extra territoriũ. ita Balb. deciſ.200. quod in ſtatu eccleſiaſtico non videtur habere locum, licèt in eo dominia , & iuriſdictiones ſint diſtinctæ, & partularia adeſſent ſtatuta, poſtquàm bannitus pro cõfeſſo habetur in toto ſtatu eccleſiaſtico ex forma Aegydianarum Conſtitutionum lib.4.c. 10.

cum



cum ex motu proprio Pauli III.in toto illo ſtatu eccleſiaſtico ſeruari debeant.vt etiam antea ex extenſione Sixti, cuius meminit Veral.in deciſ.Rot.226.par. 1. dicens per Rotam deciſum fuiſſe ciuitatem etiam Auinionenſem,veluti ſub poteſtate eccleſiæ exiſtentem,ſub diſpoſitione d.conſtitutionum comprehendi. Duodecimus eſt caſus reſpectu eorum , quæ etiam poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatã allegari permittuntur : quoniã hæc omnia allegari poſſunt nõ obſtante ficta confeſsione ſtatutaria , vt poſt Petr.de Anch.conſ.6.& Boſſ.in tract.cauſar. crim. titu.de ban.nullit.col.2.in prin.& in tit.de remed. contra ban.col. 1. tradit Hiero.Gabr.conſ.167.nu.50.lib.2.

426 Sed † prædicta, quæ diximus de effectu fictæ confeſsionis banniti ex eius contumacia à ſtatuto,& d.Conſtitutionibus Marchię inductæ,procedunt ſolum ſequuto iam banno, & elapſo etiã ter-
427 mino banni. Nam vt intelligas, † obſeruari ſolet, & debet tũ ex forma ſtatutorum locorum,aut eorũdem ſtylo,& conſuetudine, tum ex forma d.conſtitutionum d.lib.4.c. 10. ꝙ formata inquiſitione citatur non ſemel inquiſitus ad comparendum infra certum terminum inquiſitioni reſponſurus,& citationibus legitimè executis,ſi ille non comparuerit, propter illam contumaciam,& delictum, pro quo citatus fuit, ponitur in banno , & in ipſo banno aſsignatur adhuc ei certus terminus ad comparendum , & ſe defendendũ,qui terminus ſi à ſtatuto eſt determinatus, nec minui,nec prorogari poteſt à Iudice.Bal.in terminis in auth. iubemus.ad fi.C.de iudi.& poſt eum,quẽ refert Rimi.Iun.conſi.115. nu.28.vol.2.Alber.Brun.de ſtatutis.in ver.bannitus. ver. terminus banni.& latiùs idẽ Alber.Brun.eo.tract.de ſtatutis. in verb. confeſsio.ver.ſtatutum dicit,ꝙ accuſatus. In quo termino ſi non comparuerit, tunc habetur pro confeſſo, & conuicto, & ita in illum poſtea , vt in confeſſum & conuictum fertur ſententia diffinitiua condemnatoria in pœnam delicti iam in banno taxatam ,
428 & declaratam , prout † in ipſo banno in multis locis declarari, & taxari ſolet,vt dicit Bal.in l.1.poſt nu. 12. C.de hæred.inſtitu.
429 Quod & per totam Italiam obſeruatur , quòd † ſcilicet inquiſitus
* ſolemniter citatus non comparens ponatur in banno,& ſubinde diffinitiuè condemnetur , vt dicit Gand. de malefi. rub.qd ſit agen. reo abſente.nume.3.quem poſt Pract. Corrad. fol.441. poſt num.8.refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.d.q.44.verſi.ſed hodie.
430 Et † ſolet ſeruatis iam ſeruandis ad ſententiam diffinitiuam poſt
* bannum deueniri etiam ſine alia citatione , vt de conſuetudine ad ſententiam non citari inquiſitum iam in banno poſitum , dicit Ange.de malefic.in verb.qui iudex cõmiſit, l. præconi.nu.2, & ſeq.

& ſeq.& ex eo Iul. Clar.d.quæſt.44.verſi. item quæro. vbi etiam
* alleg.Card.Alex.in loco ibi per eum citato.dicentem,quòd con
ſuetudo eſt, quòd per præconem banniatur ad conſilium gene-
rale,vel campanam, vel cornu, vel tubam, ſecundum ſtatuta lo-
corum,& latè tradit Tiber. Decian.conſi. 18.nume. 169.& 216.
vol.1.vbi etiam concludit, quòd ſi etiam interuenerit, ſed mi-
nus legitima citatio, non tamen actus vitiabitur, vt per eum ibi,
num.217. Subdit tamen Iul. Clar. d.loco. illud ſeruandum eſſe,
quod ſeruari conſueuit in locis, in quibus proceditur. & in ſpe-
cie nõ requiri citationem ad ſententiam poſt ſequutum bannũ,
cauetur d.conſtitutione Marchiæ d.c.10.lib.4.& cap. 26. in prin.
eod.lib.licèt de iure ſecus dicendum eſſet, vt colligi videtur ex l.
accuſatorem.ff.de public.iud.ex quo enim ex eo, ꝙ quis eſt poſi-
tus in banno, ex ficta confeſsione dicitur conſtare de delicto,
vult d.conſtitutio, quòd abſque noua citatione poſsit reus poſt
lapſum terminum banni condemnari, vt conſiderat in terminis
ſimilis ſtatuti Ruin.conſi.68.num.6.lib.5.ex hoc inferens, ꝙ ſen
tentia ſi ferretur ſine citatione ante bannum eſſet nulla, quia ſta
tutum ita non diſponit, ꝙ ex ſola contumacia ante bannum fer-
431 ri poſsit ſententia ſine citatione, vt per eum ibi. Et † de modo,&
forma edictorum, ſeu citationum, & adiornamentorum, anteq̃
quis pro confeſſo habeatur, quæ in Regno Franciæ ſeruatur, ex-
tensè tradit Guliel.Benedic.in d.ca.Raynutius.par.2.in d. verb.
mortuo itaque teſtatore.nu.159. & quæ in Regno Neapolitano
ſeruatur, vt ad ſententiam foriudicationis deueniri poſsit, tra-
dit Foller .formam ponens proceſſus huiuſmodi in pract. crim.
in verb.banniantur.nu.4. & in verb. annotentur bona. Atq; ita,
432 vt † vides, non ſtatim quòd inquiſitus citatus non comparuit in
termino ſibi aſsignato ad reſpondendum inquiſitioni, habetur
pro confeſſo, & conuicto: ſed poſtquàm in banno poſitus in ter
mino ſibi in ipſo banno aſsignato non comparuit: tunc enim,
ſi ſcilicet in d.termino non comparuit, ipſe iam bannitus, & in
banno poſitus pro confeſſo, & conuicto habetur, de quo in Ci-
uitate Vrbiſueteris, quæ patria mea eſt, expreſſa eſt ſtatuti di-
ſpoſitio lib.3.cap.2.in fi.& pro toto ſtatu eccleſiaſtico vltra alia
ſtatuta locorum,eſt d.conſtitutio Marchiæ d.cap. 10. lib.4. dum
ibi cauetur, quòd inquiſitus citari debeat ad reſpondendum in-
quiſitioni,& ꝙ non comparens ponatur in banno, & aſsignetur
ei nihilominus terminus ad comparendum. & ſubdit poſtea d.
conſtitutio verbis expreſsis, quòd ſi in d. termino non compa-
ruerit, tunc habeatur pro confeſſo, & conuicto, & ita hoc tan-
tùm reſtringit ad caſum,quando iam bannitus, & in banno poſi-
tus



tus in termino banni non comparuit, vt tunc ſcilicet, & nõ antea
433 pro confeſſo,& conuicto habeatur: dictio enim illa, † tunc, huic
caſui tantùm addita,ad dictum ſolum caſum,& non alium diſpo
ſitionem reſtringit Aret.in l.ſi quis.ante num.3.ver.præterea.ff.
de acquir.poſſ.& Petr. Anch.conſi.356.col.2.ver. 3. hoc probat.
Tiber.Decian.conſ.13.nu.31.vol.2.& conſ.1.nu.26.lib.1.vbi plu
res congerit.Et ideo dicti effectus fictæ confeſsionis ante lapſum
terminum banni procedere non poſſunt, vt diximus, quia eo nõ-
dum elapſo ficta confeſsio oriri non poterat ex prædictis: ergo
434 nec aliquis eius effectus, quia non † entium nulli ſunt effectus,&
qualitates.l. eius qui in prouincia. vbi not. omnes. ff. ſi cert.pet.
cum ſimil.quod procedit etiam ꝙ interim, nondũ ſcilicet elapſo
termino, certum eſſet, ꝙ in banno poſitus ſua culpa comparere
non poſſet; non enim ſtatim pro confeſſo haberi poteſt, ſed lapſo
demum termino banni, vt pluribus rationibus concludit Bald.in
l.eius qui.nume.3.C.ſi pend.appellat. mors interuen.& ſequitur
Nell.de bannit.3.par.1.tempor.q.11. pro quo facit, quod tradit
Bar.in l.cum ſtipulatus ſim.nu.5.ff.de verb.oblig qui voluit, ꝙ ſi
ſtatuto caueatur, ꝙ elapſo termino banni bannitus poſsit impu-
nè occidi, ſi conſtat bannitum infra terminum banni comparere
non poſſe, tamen interim offendi non poteſt.& cum Bar. trãſeũt
* Ang.& alij ibi.vbi Iaſ.nu.8.qui ex Aret.ibi dicit, ꝙ opinio Bart.
ſeruaretur ſine dubio in practica, quia videtur communis, & eã
ſequitur etiam Albert.Bru.de ſtatutis.in verb.bannitus.ver.ſta-
tuto caueatur.& Bonacoſſ.relatus tom. 2.com. opin. recens col-
lect.lib. 9.tit.33.de ſent.paſſ.num.119. licet contrarium attenta-
uerit Corn.conſi.104.col.pen.& fin. vol.4.
435 Et † ꝙ diximus de effectu ſequutæ ſententiæ in vim d.fictæ cõ
feſsionis ſtatutariæ, velim intelligas de ipſa ſententia diffinitiua
436 lata poſt bannum ſequutum. Nam † primò, ſi ſententia hæc omiſ-
ſo banno lata eſſet, quàmuis executis debitis citationibus ita cõ-
tumax diffinitiuè condemnaretur, nullam tamen mereretur execu
tionem, nec de iure cõmuni, nec ex forma ſtatutorum, & d. cõſti
tutionũ; quoniam neutro iure condemnari poterat, nec ita poſt
talem ſententiam omiſſo banno latã, ſola reſtaret executio, ſi per
437 alias probationes de delicto non conſtaret. Nam † de iure com-
muni ſententia condemnatoria contra aliquem ferri non poteſt,
* niſi aut in confeſſum, aut in conuictũ, vt eſt cõmunis opi. de qua
teſtatur Anto.Gomez.c.12.delict.nu. 3. quem refert Hypol. Bo-
nacoſſ.part.2.commu.opin. crimi.in verb. ſententia condemna-
toria. & aliæ probationes vltra contumaciam non adſunt, & de
iure communi contumax pro confeſſo non habetur, vt ſupra

 diximus

diximus in prin.huius capituli,prout nec ex forma ſtatutorum.&
d.conſtitutionũ omiſſo banno pro confeſſo habetur, adeò ꝙ de-
ficiente probatione, ac confeſsione vera, vel ficta, condemnatio
ſequi non potuit tam de iure communi, quàm ex forma ſtatuto-
rum,& d.conſtitutionum,quæ ſimpliciter contumacem pro con-
feſſo non habent,ſed ſolum iam bannitum,& in banno poſitum,ſi
in termino banni non comparuerit,nec propterea ita habendo il
lum pro confeſſo, dicũtur dicta ſtatuta,& conſtitutiones recede-
re à iure communi quantum ad probationem , ſed tantummodo
quoad modum probandi,quia volunt abſentem tantùm poſſe cō
demnari quando fuit bannitus,& in banno poſitus,& ita pro con
feſſo habitus.Omiſſo ergo banno,deficit confeſsio ficta,ſi aliæ ēt
de delicto probationes deficerent, & ita ſententia condemnato-
ria vti nulla executionem non meretur tum de iure communi,tũ
ex forma dictorum ſtatutorum,& conſtitutionum. ita formaliter
conſuluit in terminis ſtatutorum huiuſmodi Ruin.conſ.68.nu.5.
lib.5. Et id procedit in caſu eccleſiaſtico extra vrbem,in qua non
ſunt in vſu talia banna, ſed reo monito ad comparendũ, & ſe de-
fendēdum à delictis,de quibus in monitorio, & quatuor vicibus
citato ad dicendum cauſam,quare non debeat condemnari in pę
nas in monitorio contentas,alia citatione particulari prę̨cedente
ad audiendum ſententiam condemnatur in dictis pœnis : & ſen-
tentia hæc condemnatoria capto condemnato executioni man-
datur, vt quotidie exequi videmus etiam quod per prius in ban-
no condemnatus ille poſitus non fuerit.quod & animaduertit,&
de hoc vſu teſtatur poſt primã huius noſtri tract.editionē Proſp.
Farin.lib.1.variarum quæſt.& commu.opin.crim.q.11.num.44.&
nu.102. verſ.111. limit.

438 Secundò † ſententia ipſa diffinitiua ita ſequuta poſt bannũ eſt,
quæ exequi debet,non etiam ipſum bannum, quod propter con-
tumaciam fertur à iudice intendente hinc ad diffinitiuam proce
439 dere.Nam † licèt etiam ipſum bannum exequi poſsit,ſi in condē-
nationem tranſiret:quia alias ſententia non expectaretur,nec ſe-
440 queretur,& illud pœnalem condemnationem contineret:eſt † .n.
tunc ſententia diffinitiua,ſeu habet effectum condemnationis dif
finitiuæ,vt tradit Bal.in d.l.1.poſt num.12.C.de hæred.inſt. & ſe-
quitur Nat.conſi.542.nume.7.lib.3. Boſ.poſt alios,quos alleg. in
tract.cauſ.crim.tit.de bannit.num.3. Burſat.conſ.7.nu.42.vol.1.
& ſentit Luchin.de Curt.conſ.64.nu.15.tom.1.conſ.crim. Quan-
441 do † tamen poſt bannũ expectatur alia ſententia diffinitiua,quē-
admodum volunt,& ordinant dicta ſtatuta,& conſtitutiones, bã-
num non ita tranſit in condemnationē,ſed illud fertur, vt ad ſen-





tentiam diffinitiuam procedi poſsit in vim fictæ confeſsionis ſta-
tutariæ, quæ oritur poſt dictum bannum, & elapſo termino in eo
aſsignato , & ita à Iudice fertur, intendente hinc ad diffinitiuam
procedere,& dicitur ſententia interlocutoria,& naturã illius ha-
442 bet,ſicut † miſsio in poſſeſsionem,pignorũ † captio,& alia reme
443 dia ad cogendum inobedientes inducta . Nec iudex animum ita
habuit in ipſo banno contumacem damnandi, ſed potiùs commi
444 nandi,& interloquendi: & † propterea reuocari poteſt. ita etiam
dicit Bal.in d.l.1.poſt d.num.12.C.de hæred.inſtit.& in l.certa ra
445 tione.num.2.C.quando prouoc.non eſt neceſ.vbi dicit , † ꝙ hu-
iuſmodi bannum eſt quædam comminatio.quod & dicit incertus
Author conſi.42.num.3 .tom.1.conſi.crimin.vbi latè diſputat,an
bannum ſit ſententia: & eſſe ſententiam interlocutoriam iſto ca-
ſu tradit & Luchi.de Cur.conſi.64.num.8.& 13.tom.1.conſi.cri-
min.& Cyril.in ſum.crim.par.1.tit.ſi reus in ius voc.non ierit. §.
1.num.5.Pau.Caſt.in l.ob hæc verba.num.2.ff.de his qui not.in-
446 fam.Alex.† conſ.90. nume.6.vol.2.de hoc enim banno ibi loqui-
tur,& debet intelligi,vt dicit Boſsi.in d.titu. de bannit. nume .3.
Cęph.conſi.355.num.6.lib.3.Nat.d.conſi.542.num.6.lib.3. & ita
debet intelligi,vt de hoc banno loquatur,dicens eſſe interlocuto
riam Hyp.Bonacoſ.par.1.commu.opi.crim. in ver.contumax, vt
poſsit condemnari.& Boſsi. clarè loquens,declarat d.tit.de ban-
nit.nume.3. & bannum eſſe ſententiam interlocutoriam fatentur
* omnes in l.2.C.qui teſtam.fac.poſ.& alibi,vt per Bero.conſi.8.nu
447 me.3.& 11.vol.2. Et ideo † bannitus ex ſolo banno non videtur
infamis,vt per Pau.Caſt.Cæph.& Bonacoſ.in d.locis.& Marſil.in
d.tract.de bannit.in verb.contumacia.num.48.& num.145.vbi a-
lios alleg.& ſe remittit ad dicta per eum in pract.crim. d.§. poſt-
quam.num.67.Foller.qui plures congerit in pract.crim.in d.ver.
etſi confitebuntur.4.par.3.par.nume.36.Burſat.qui de communi
teſtatur ex Iul.Clar.quem allegat conſi.122.num.6.vol.1.& Car-
din.Alban.in lucubratio.in Bar.tom.1. in l.Caſsius.num.10.ff.de
448 Senator. Et propterea bannum hoc exequi non debet, ſed † ipſa
ſententia,quæ poſt illud ſequuta eſt,exequi debet, ſiue eadem pę
na,quæ in banno expreſſa eſt, in ea contineatur, ſiue maior , ſiue
minor,vt in ſpecie animaduertit Bal. in d.l.1.poſt d.nume.12.C.
449 de hæred.inſti. Vnde † ſi quis bannitus reperiretur,ſed condem-
natio,& ſententia diffinitiua , quæ fit ex forma ſtatutorum , & d.
conſtitutionum,non reperiretur,non poterit hoc bannũ exequi,
ſi is caperetur.ita animaduertit Nat.in tract.de conſtit.decret. &
ſtatut.in verb.bãnitus. verſi.ſtatutum nihil dicit. & dicit hãc eſſe
* commu.opi.prout eum refert Hyp.Bonacoſ. par.2. commu.opin.

num,vt per Bald. in l. obſeruare curabis. C. quor. appellat. Carrer.in pract.crimin.fol.17. num.5.8.Foller.in pract.crimin. in d. verb. & ſi confitebuntur.3.par.3.par.nume.22. Bannitum igitur ſuper veritate criminis ante ſententiam ſequutam torquendum eſſe ſentiunt, ſi bannitus tamen nollet ſe defendere, nec indiciũ ex contumacia reſultans alia via, quàm per torturam purgare, quod expreſſe conſuluit ita intelligens Bal.in d.l.1. C.de hæred. inſti. Neuizan.conſi.60.nu.6.

458 Quod † tamen verum eſt, ſi poſt terminum in banno præfixũ, & poſt tempus ad purgandum moram effluxum bannitus vel cõ-
459 paruit, vel captus fuit. Nam † ſi in termino banni compareret, nulla eius contumaciæ ratio haberi debet.d.l.1.in fi.vbi Bar.no. ff.de requir.reis.cum alijs ſupra alleg.in 9.effect.num.125.& Boſſi.in d.tit.de indic.& conſidera.ante tortur.num.134. Si verò cõparet poſt terminum,ratio contumaciæ, & banni habenda eſt, & ita torqueri poteſt. ita expreſsè tradit Boſsi.in d.tit.de indic.d.
460 num.134.& in d.tit.de bannit.nume.4.ſic intelligens † Bald.in d. l.1.C.de hæred.inſt.vt ſcilicet loquatur ſecundum hunc vltimum caſum, quando terminus in banno præfixus præteritus eſſet, &
461 omne tempus ad purgandam moram eſſet decurſum, prout † eo ipſo decurſum dicitur, quòd dicta conſtitutio dicit,aut ſtatutum diceret, quòd elapſo termino pro confeſſo quis habeatur: iam enim executio facta dicitur ab ipſa conſtitutione, & ſtatuto, & ita per comparitionem poſtea ſubſequutam, mora, vel contumacia
462 non purgatur, & † conſequenter executio ab ipſa lege facta non tollitur, & ita ficta confeſsio, ex qua ſic indicium remanet ad torturam, vt in terminis per Paul.Caſtren.d.conſilio 3. nume.6. volum.3.

463 Quod † maximè procedere debet, cum d.conſtitutio Marchię velit,quòd ante ſententiam ſemper quiſque audiatur ſuper crimine abſque eo, quòd de innocentia doceatur, etiam quòd terminus banni lapſus eſſet, vel ſi ſimilia adeſſent ſtatuta; tunc ineptũ non eſt dicere,quòd torqueri poſsit etiam non data alia infamia perſonæ.ita Carrer.in pract.crim.fol.51.num.20.& fol.88.nu.25.
464 & Boſsi.in d.tit.de indic.poſt d.num.134. qui propterea † admonet bannitum poſt terminum banni comparentem, vt etiam eius Aduocatum, & Procuratorem, vt cauti ſint, oſtendendo aliquod impedimentum,quo illius contumacia excuſetur, & poſſunt dicere,vt ſubdit Boſsi. ibidem, quòd citatus fuit ad locum non tutum,iuxta clem.paſtoralis. de re iud. vel quòd iam multis annis non habitauit vbi citatus fuit.Comenſ.conſi.146. Bal.conſ.245. vol.5.& ſimilia poterunt allegare,quæ contumaciam excuſarent.

Neque



Neque obſtat prædictis,quod Nell. & Maria.So cin. relati per
465 Boſsi.in d.tit.de bannit.num.4.dicunt, † quòd bannum datum ratione contumaciæ,reuocatur cùm primùm citatus comparet etiã poſt terminum vſque quò feratur ſententia:receptum enim eſt,& vſu comprobatum, comparitione ante ſententiam vim fictæ confeſsionis extinguit,vt dicit Hiero.Gabri.conſi.167. nu.55. lib.2.
466 quoniam hoc † procedit quoad hoc,vt damnari non poſsit, non autem vt torqueri non poſsit, iuxta dictum Bal.in d.l.1. C.de hæred.inſti.& aliorum ſupra relatorum.ita reſpondet Boſsi.in d.tit. de bannit.nu.4.

467 Et † licèt Pau.Caſt.in d.conſi.3.vol.3. num.13. & alijs ſequen. videatur prędicta reſtringere,vt procedant,quando ſtatutum expreſsè diceret,quòd poſt terminũ banni non audiatur, vel quando diceret, quòd habeatur pro confeſſo, nec diceret, quòd non audiatur, & ſequuta fuit declaratio Iudicis ſuper contumacia, quòd ille ſcilicet ſit contumax in non comparendo in termino banni,ita quòd non ſequuta declaratione ſuper contumacia,ſola negatio ſufficit bannito comparenti,vt per eum.procedunt tamẽ prædicta etiam,quòd talis declaratio ſequuta non fuerit, quæ hodie neceſſaria non eſt,prout nec neceſſarium eſt, quòd contumacia inquiſiti,& accuſati citati accuſetur, vt diximus infra cap.fi. num. 169.

468 Prout † etiam videtur, quòd ſolum bannum, ſiue ſententia, quæ adhuc ſequuta non eſſet, prodeſſe poſsit fideiuſſori, vt dicatur liberatus à præſentando reo, quem toties quoties,&c.præſentare promiſit; ita enim videtur ſentire Do.Hieron. Gabrie. conſi.181.num.20.quatenus ibi dicit alternatiuè de condemnatione, vel banno,prout etiam videtur ſentire Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi. quæſt.46.verſi.quæro pone.& facit,quia ſola accuſatio, vel inquiſitio ſatis eſſe videtur, vt talis fideiuſſor dicatur liberatus, vel vt ſaltem competat ei exceptio, ne teneatur reum repreſentare, ſecundum Marſi.in rub.de fideiuſſ. nume.150. & Horat.Lut.qui illum ſimpliciter refert conſi.163.num.25.tom.1.conſ.crimin. recens edit.& maximum hoc eſſe dictum dicit Herculan.de cautio. de non offenden.c.23.num.15.ergo & tanto magis ſatis eſſe videtur bannum,quod eſt plus,quàm accuſatio, vel inquiſitio, ne teneatur reum bannitum, ſeu in banno poſitum repreſentare. Authen.multo magis.C. de ſacroſan eccl.cum ſimi.

469 Sed † licèt quoad condemnationem res careat omni difficultate,ſi ob eam ſiſtere in iudicio condemnatus non poſſet. l. ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſed & ſi quis cautio.& vtrobiq; Docto. & habetur per Marſi.in d.rubr.ff.de fideiuſſor.nume.150.& poſt

I 4 eum

eum.& Gand.& alios plures quos alleg. conſuluit Horat.Lut. D.
Raynal.Rodulph.in Gymnaſio Peruſino interpres celeberrimus
Tob.Noni.& Moron.vt inter conſi.crim.recens edit.tom.1.con-
ſi.163.cum trib.ſequen.& idem Horat.Lut.eo.tom.conſi.167.in
prin.& idem Moron.in trac.de fid.treg.& pac. c.128.num.14.ſe-
cundum ſecundam editio. vt etiam ita conſuluit Ceph.conſ.187.
vol.2.& tradit Foller.in fragmen. poſt pract.crim. tit.de fideiuſ-
ſor.nume.254. Ioſeph.Cumi. in commentar. in ritu Magn.Cur.
Reg.Sicil.c.65.num.25.& 22.& ſeq.qui rationibus id probant,vt
* apud eos videri poteſt, & communem dicit Alber. infra alleg. &
Boſsi.in tract.cauſ.crim.tit.de carcerat.fideiuſſor.relax.num.41.
quos refert Iul.Clar.d.q.46 verſi.quæro pone. & receptiſsimam
* eſſe dicit Do.Raynal.d.tom.1.conſi.crimin.conſi.164.nume.1.&
* communem etiam dicit Do.Hiero.Gabriel. d.conſi.181. num.2.
quem refert Hyppol.Bonacoſ.par.1.commu.opi.crim.in verb.fi-
deiuſſores rei.
470 Tamen † quoad bannum ſolum difficultate non caret: obſtat
enim primò authoritas Ang.in d.l.ſed etſi quis.in prin.qui in ter
minis tenuit contrarium in ſolo banno, clarè dicens, quòd ſi ſo-
lùm reus eſt bannitus,non tamen condemnatus, fideiuſſor non li
beratur,quia poſſet reus in termino banni ante ſequutam ſenten
tiam moram purgare,& comparere, vt per eum ibi. & ſentit Ber-
tazol.conſi.500.poſt num.6.verſi.ſextò videtur.lib.2.& ideo etiã
471 † ſi reus condemnatus eſſet, ſed tamen tali condemnatione, qua
non obſtante,poſſet in iudicio ſiſtere,fideiuſſor non excuſaretur,
vt dicit idem Ange. in d.loco. nec ita his in caſibus militat ratio
impoſsibilitatis repreſentationis,cuius reſpectu ſolùm fideiuſſor
excuſatur,vt per eundem Ang.& Doct.in d.l.ſed ſi quis.& Ange.
in d.l.ſi deceſſerit.num.3.& Stepha.de Barberijs conſi.39.nume.
13.tom.1. conſi.crim. & propterea ſi etiam fuerit bannito factus
ſaluuſconductus à Iudice de voluntate Principis, & fidantia obla
* ta,tenerentur fideiuſſores illum repreſentare, ſecundum commu
nem opinionem, de qua per Do. Hiero.Gabri. d.conſi.181. nu-
me.23. & ex eo Bonacoſ. commu.opinio. in verb. fideiuſſores te-
nentur.relatus inter communes opinio.recens collect.tom.2. li-
bro 8.tit.23.de fideiuſſor.num.107.vbi alleg.Ang.dicentem, ita
communiter ſeruari, quia data fidantia impoſsibilitas ceſſat ſi-
ſtendi in iudicio.
Nec obſtat,quòd ſola accuſatio, vel inquiſitio ſit ſatis,vt fide-
iuſſori competat exceptio, ne teneatur, ſecundum Marſi.Lut. &
472 Hercul.in d.locis.quia reſpondetur, quòd contraria † opinio ve-
* rior eſt,& magis communis,quòd immo ſola accuſatio,vel inqui-
ſitio



ſitio non ſufficiat, vt fideiuſſor excuſetur. nam de hoc eſt text.in
d.l.ſed ſi quis. ff. ſi quis cautio. vbi propter ſolam accuſationem
fideiuſſor non liberatur.& ita tradunt communiter Doct. & Al-
ber.& Gand.relati per Do.Hiero.Gabriel.d.conſil.181 num.20.
vbi de communi teſtatur, vt ex eo etiam teſtatur Hypp.Bonacoſ.
473 vbi ſupra. & ita † multò minus liberatur propter ſuſpicionem or-
tam ante accuſationem, vel inquiſitionem, ſecundum Do. Hie-
ro.Gabriel.d.num.20.Nec Marſi.vbi ſupra,nec qui eum ſimplici
ter ſequuntur,iura,& rationes adducunt, quæ ad rem faciant re-
ſpectu ſolius inquiſitionis,vel accuſationis: rationes enim ꝑ eos
adductæ ſolum militant reſpectu condemnationis,ob quam reus
474 in iudicio ſiſtere non poteſt,vt meritò † fideiuſſor ob impoſsibi-
litatem repreſentationis excuſetur,vt habetur in d.l.ſi deceſserit.
475 & in d.l. ſed & ſi quis.quæ iura † licèt loqui videantur de eo, qui
ſiſtēdus eſt coram alio iudice,non coram eo,apud quem reus ſit,
ideoque fideiuſsor non excuſetur propter ſolam accuſationem,
vt ibi:quoniam ſic poteſt coram ipſo tutè comparere,vt conſide-
rat Do. Hieron.Gabriel. d.conſi.181. nume.20. nec ita iura hæc
obſtare videntur Marſi. & ſequacibus. contraria tamen opinio
476 † ſupra relata procedit, etiam ſi penès eundem Iudicem reus ſiat
homicidij,prout ita loquuntur,& ſentiunt ſupra relati Doct.hãc
opinionem tenentes. & fatetur etiam idem Do. Hiero. Gabriel.
d.conſi.181.d.num.20.licèt ipſe ibi ſubdat, quòd hæc opinio tan
477 quam nimis rigoroſa ſequenda non eſset,vel certè eſset † intelli-
genda,quando accuſatus quidem eſt reus,ſed tamen de homici-
dio per eum commiſso non conſtat,quòd ſi de homicidio cõſtet,
nimis abſurdum, & inhumanum reputat, cogere fideiuſsores ad
pœnam,ſi eum non repreſentent,qui ad mortem certiſsimã pro-
ficiſceretur. quod & conſiderauit idem Hiero.Gabr.d.conſ.173.
num.19. lib.2.& hoc caſu putat Do.Hiero. Gabr. verius eſſe, ſo-
lam accuſationem,vel inquiſitionem excuſare,ſecundum Marſil.
* & alios,qui eum ſequuntur.Sed tamen Doct.magis communiter
hoc abſurdum non conſiderant,dum tradunt communiter caute-
478 lam † pro Curia & fiſco,ne reum ante condemnent, quàm fide-
iuſsorem requirant,vt reum repreſentet,ne ſi prius reum condē-
narent,fideiuſsor excuſetur.vt admonendo hanc tradit cautelam
Alber.in tracta.ſtatut. q 65. quem refert, & ſequitur Marſi.in d.
rub.de fideiuſ.nu.143.& num.150.D.Raynal.d.conſ.164.nu.2.&
Moron.conſi.166 nu.2.tom.1.conſi.crim. & Iul.Clar.d.quæſtio-
ne 46. verſic. quæro pone. & Bertazol. d.conſi.500. numero 8. &
ſequen. libro ſecundo. & de ſola condemnatione excuſante di-
cunt, nullam ſic habentes rationem pendentiæ proceſſus pro
homici-

homicidio poſt præſtitam fideiuſsionem commiſſo, cuius rationem minimè habendam eſſe vltra præcitatos Doćto. in dićtis locis; dicit etiam Hercula. d. c. 23. de cautio. de non offenden. d. nu-
479 me. 25. & † Do. Hieron. Gabri. d. conſi. 181. alternatiuè loquens de condemnatione, vel banno, & in d. conſi. 173. copulatiuè loquens de condemnatione, & banno. poteſt, & debet intelligi, ne prædićta ei obſtent, vt loquatur de banno, quod tranſit in condemnationem, nec aliquam expećtat poſt ſe ſententiam; quod dicitur diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habens. vel bannum dixit pro ipſa ſententia diffinitiua, ſecundum communem vſum loquendi, vt ſupra diximus.

FINIS CAPIT. I.



# FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI

# TRACTATVS DE EXECVTIONE SENTENTIAE CONTVMACIALIS CAPTO BANNITO.

## CAPVT II.

### SVMMARIVM.

1 *Proceſſus nouus fit contra bannitum captum, ſcilicet ſuper recognitione perſonæ illius.*
2 *Sententia contra bannitum captum non ante exequitur, quàm facta fuerit recognitio perſonæ illius.*
3 *Recognitio perſonæ banniti ante ſententiæ executionem an neceſsaria ſit, vel ad cautelam fiat.*
4 *Recognitio perſonæ delinquentis neceſſaria eſt, ſi in fortiam venerit Curiæ, quando tempore inquiſitionis formatæ nomen ignorabatur delinquentis.*
5 *Præiudicium maius infertur in executione, quàm in condemnatione.*
6 *Recognitio perſonæ delinquentis neceſſaria eſt, quando in inquiſitionis libello erratum fuiſſet in cognomine, ſeu in patria.*
7 *Sententia in facti contingentia executa fuit Bononiæ contra bannitum, quãuis erratum fuiſſet in inquiſitione in patria, quia conſtabat eum eſſe, qui fuerat pro maleficio citatus.*

Delin-

8 Delinquentes admonentur, ne confident, quòd in inquiſitione erratum ſit in cognomine, ſeu in patria.

9 Iudices boni capto bannito faciunt hunc ſe recognoſcere eſſe illum, qui banno deſcriptus eſt. & nu. 12.

10 Recognitio perſonæ banniti neceſſaria eſt, quando in eodem loco plures ſunt eiuſdem nominis, & cognominis, & quando qualitates banniti capti non concordant cum qualitatibus banni.

Bannum an ſit nullum, quando eiuſdem nominis, & cognominis, cuius eſt nominatus in inquiſitione, plures ſunt, propter pluralitatem. ibid.

11 Executio ſententiæ fieri poteſt contra bannitum captum, quamuis plures ſint in eodem loco nominis, & cognominis, cuius eſt bannitus, ſi conſtat de corpore.

13 Practica recognitionis perſonæ banniti indiſtinctè fit, & obſeruatur.

14 Incertitudo ſi ſit in perſona banniti, quia eiuſdem nominis, & cognominis reperiuntur, vnus doli capax, alter vero non, de dolo capace intelligi debet.

15 Recognitio perſonæ banniti quomodo, & quot modis fiat.

16 Recognitio perſonæ banniti quomodo, & ſub qua forma fiat per propriam confeſſionem ipſius banniti. & nu. ſeq.

18 Sententia legitur ipſi bannito, & quomodo ſuper ea interrogetur pro recognitione perſonæ ſuæ.

Quem eſſe bannitum probatur per libros, in quibus banniti deſcribi ſolent. ibidem.

19 Bannitus quomodo reſpondere debeat ſuper ſententia ſibi lecta pro habenda recognitione perſonæ eius.

20 Iudex pro recognitione perſonæ banniti declarare debet, talem perſonam captam eam eſſe, quæ in ſententia, & banno deſcripta reperitur, & quando, & quomodo talem faciat declarationem.

21 Recognitio perſonæ banniti per ſuam propriam confeſſionem an ſit ſufficiēs.

22 Practica, ſeu conſilium compellendi bannitum captum ad declarandum, quòd eſt illud corpus, de quo in ſententia. & nu. 24. & 26.

23 Iudex quid facere debeat, ſi à bannito confeſſionem extorquere non poteſt, ſe eſſe illud corpus, de quo in ſententia.

25 Bannum, & condemnatio in contumaciam non probant bannitum delictum commiſiſſe.

27 Ang. in §. ſi Stichum. reprehenditur.

28 Iudex quid agere debeat, vt de corpore conſtet, quando plures ſunt eiuſdem nominis, & cognominis, aut in cognomine eſſet erratum, vel in patria.

Citationis executio declarat de quo inquiſitio intelligit, quando plures ſunt eiuſdem cognominis, & nominis, aut erratum eſſet in cognomine, vel in patria. ibid.

29 Citatio non eſt inualida ratione incertitudinis, ſi conſtet de corpore.

Iudex



30 Iudex an poſſit interpretari, quòd in inquiſitione de tali ſenſerit, ſi plures eſſent eiuſdem nominis, & cognominis.

31 Iudex lata ſententia nullam poteſt facere interpretationem.

32 Iudex an compellere poſſit bannitum captum per torturam, vt confiteatur, ſe eſſe perſonam in banno deſcriptam.

33 Interrogationes à iudice faciendæ bannito poſt interrogationem de illius nomine, cognomine, & patria.

34 Recognitio perſonæ banniti teſtibus fieri poteſt.

35 Teſtes in faciem banniti pro illius recognitione interrogari poſſunt, & de quibus.

36 Bannitus, vt à teſtibus recognoſcatur, eis exhiberi debet.

37 Perſona banniti teſtibus ad recognoſcendum exhiberi debet cum indumentis, & habitu conſueto.

38 Facies hominis eſt, quæ principaliter hominem oſtendit.

39 Perſonæ banniti exhibitio teſtibus facienda ad recognoſcendum, qua cautela fieri debeat, ne detur materia fabricandi falſum.

40 Teſtes quomodo deponere debeant, vt probent identitatem perſonæ banniti.

Identitas perſonæ probatur per nomen, & cognomen illius. ibid.

41 Inſtrumentum de falſo non redarguitur, licèt duo teſtes eiuſdem nominis, & cognominis, cuius ſunt teſtes inſtrumentarij, deponant, non interfuiſſe; niſi conſtet, quòd ſint illimet, qui ſunt in inſtrumento deſcripti.

42 Identitas perſonæ non probatur per expreſſionem nominis proprij, niſi probatur, quòd ſit illamet, de qua contenditur.

43 Bannitus, qui poſt capturam linguam ſibi amputauit, quomodo ſit examinandus ſuper recognitione eius perſonæ.

Et quid ſi aliter ſit ſurdus, & mutus ex accidenti. ibid.

Et quid etiam ſi à natura eſſet ſurdus, & mutus. ibid.

44 Surdus, & mutus quomodo ſuper delicto examinari debeat.

45 Confeſſio muti per ſcripturam manu propria valet, & nocet etiam in criminalibus.

46 Surdus & mutus per ſigna interrogatur, & per ſigna reſpondere debet in cauſa criminali, ſicuti principalis interrogaretur.

47 Item ſi etiam vti teſtis examinaretur.

48 Surdus & mutus, qui integrum habet intellectum habilis reputatur in iure ad omnes actus exercendos.

49 Surdus & mutus delinquens punitur pœna etiam ordinaria.

50 Practica examinandi ſurdum & mutum.

51 Confeſſio ſurdi & muti per ſigna extorta ſatis non eſt ad condemnandum.

52 Bannitus qui eſſet Theutonicus, vel alterius regionis, & linguam noſtram non intelligeret, adhibitis interpretibus examinari debet.

53 Notarius, ſi linguam banniti Theutonici intelligit, ſatis eſt ſine interprete pro eo examinando.

Sed

54 [illegible] interprete, licèt ipſe linguam banniti intelligeret.
55 Practica ſcribendi examen banniti Theutonici adbibitis interpretibus.
56 Interpretes, qui in examine adbibentur, iurare debent de fideliter interpretando.
57 Banniti capti examinantur ſuper ſocijs, receptatoribus, & alijs delictis, non autem ſuper crimine.
58 Quomodo Iudex facta recognitione perſonæ banniti procedere debeat ad alias interrogationes, ne præiudicium faciat ſententiæ, & rei iudicatæ.
Proteſtatio, quam Iudex facere debet antequam facta recognitione ad alias interrogationes procedat, qualis eſſe debeat. ibid.
59 Proteſtatio, quam Iudex facere debet antequàm contra bannitum captum ad torturam deueniat.
60 Bannitus, ſi torquetur, & in negatiua perſiſtat, eſt abſoluendus, ſi præmiſſa non fuerit proteſtatio de ipſum non torquendo ſuper delicto, ſed ſuper complicibus, & receptatoribus. & nu. 66.
61 Tortura an proficiat bannito in negatiua perſiſtenti, quoties contra eum plenè eſſet probatum. & nu. 63.
62 Capo. conſi. crim. 32. reprehenditur.
63 Gram. error in deciſ. 8. à Rim. iun. ſed malè, notatus, vt poſt nu. 65.
64 Bal. quomodo loquatur in c. ad noſtram. de proba.
65 Paris de Put. quomodo debeat intelligi.
67 Iudex fatuus eſt, qui torquet reum, contra quem plenè probatum eſt.
68 Tortura moderatè danda eſt reo pro habendis ſocijs, & complicibus.
69 Iudices torquentes bannitos ſuper complicibus, vt ſic extorqueant confeſſionem ſuper delicto, malitioſi dicuntur.
70 Bannitus, qui torquetur ſuper complicibus, ſuper delicto interrogari non debet, & quare.
71 Proteſtationi dicitur renunciari per contrarium actum, & factum.
72 Sententiæ præſumptio per torturam tollitur banniti ſuper delicto, de quo eſt condemnatus.
73 Quod præſertim procedit, quando indicia erant debilia, vel in caſibus, in quibus non licuit illum de complicibus interrogare.
74 Interrogari reus non debet de complicib. niſi de illis ſit aliqua præſumptio.
75 Etiam ſi eſſemus in caſibus exceptis.
76 Interrogationes, quæ fiunt in tortura, extenſè ſcribi debent, non autem ſub illis verbis. & ad opportunam D. interrogationem reſpondit. & quare.
77 Iudici non creditur, quid in interrogatione facta reo comprehenderit.
78 Interrogatio quid comprehenderit, ſi ignoramus, id ex reſponſione declaratur.
79 Reſponſio dicitur eſſe conformis interrogationi, & talis ſequuta dicitur, qualis interrogatio præceſſit.
80 Et quidem cum omnibus qualitatibus in interrogatione contentis.







81 Iudices reprehenduntur, qui eorum imperitiæ malitiam quoque adiungunt contra reos.
82 Suggeſtio euitanda eſt in examinandis reis.
83 Interrogandi ſunt rei generaliter de complicibus neminem nominando ad euitandam ſuggeſtionem.
84 Suggeſtio euitanda eſt, etiam quando bannitus interrogatur de alijs criminibus, de quibus non conſtat. & ſeq.
86 Forma conſtituendi bannitum de plano.
Forma recognitionis perſonæ banniti per illius confeſſionem. ibid.
87 Forma proteſtationis, quæ à Iudice præmitti debet antequàm procedat facta recognitione ad alias interrogationes.
88 Forma interrogatoriorum fiendorum bannito ſequuta iam recognitione perſonæ illius.
89 Interrogandorum reorum non traditur in ſcholis diſciplina, nec exercitatio traditur à Doctoribus.
90 Forma conſtituendi bannitum in tortura, & qua proteſtatione præmiſſa torqueri debeat.


## CAPVT II.

## *De proceſſu faciendo capto bannito tam de plano, quàm in tortura.*

NEc tñ, quamuis capto bãnito ſola reſtet executio, ſtatim ſine aliquo nouo proceſſu ſententia perſonaliter contra illũ exe-
1 quenda eſt, ſed † nouo eſt opus ꝓceſſu ſuper recognitione pſonę illius, vt ante executionem conſtet, eũ eſſe, qui in banno, & ſentẽtia deſcriptus eſt. ita Bal. in tit. de feud. ſine cauſa non amittẽ. c. 1. Gul. Mayner. in l. ſicuti pęnam. nu. 23. ff. de reg. iur. Et ita illa traditur forma, quã iudex ſeruare debet, vt faciat ſcilicet bannitum recognoſcere bannum, &
2 fateri ſe eſſe eum, qui in ipſo banno eſt nominatus, deinde † ſententiam exequatur. ita dicit Bar. in d. l. diuus. num. 5. ff. de custo. reor. ſubdens, ſe ita ſæpius practicaſſe. & in d. l. inter ſtipulantem. §. 1. num. 13. ff. de verborum oblig. dicit, quòd boni Aſſeſſores ita
* ſeruant, vt etiam ex eo dicunt Saly. in l. quicunque. poſt num. 2. C. de

C.de requir.reis.Igne.in l.Cornelia.nu.61.ff. ad Syllan. & Nell.
in tract.de bannit.in 3.part.1.tempor.q.vlt.num. 12.& hanc eſſe
* communem practicam ex Ang. & alijs per eum relatis dicit Iul.
Clar.d.q.96.d.ver.quæro nunquid.qui etiã dicit, ꝙ ipſe ſemper
vidit d.practicam Bar.ab omnibus obſeruari, & ideo putat mini
mè mutandam eſſe idem etiam dicit Rim.iun.conſi.647.num.1.
vol.6.quæ quidẽ practica antiqua eſt, quia ita in practica ab anti
quo introductum extitit,vt dicit Gram.ſiue Barth. Vinciguerra
ſuper Conſtit.Regn.fo.54.nu.8.prout illum etiã refert Iul. Clar.
d.ver.quæro nunquid. quem refert Bonacoſſ. in commu.opin.in
verb. exequi.relatus inter communes opin. recens collect. to.2.
lib.7.tit.15.nu.102. quam practicam laudat etiam idem Nell. in
d.tract.de bannit.2.par.2.tempor.q.34.& Marſ.in ſing.72.vbi ẽt
* dicit hanc eſſe communem practicam. Ange.de malefic. in verb.
Caium Sempronij. in prin. & ibi Aug. de Arim.in additio. & in
verb.& ibi caput à ſpatulis amputetur. verſi. & quod hic dicitur.
nu.17.Carrer.in pract.crim.fol.14.nu.8.qui alios allegat,& ſimi
* liter dicit hanc eſſe communem practicam,quam etiam ſequitur
Mayner.in d.l.ſicuti pœna.nu.23.ff.de reg. iur. Boſſ.in d.tit.ban
niti quid amittant.nu.18. & Foller.in pract.crim. in verb. captis
foriudicatis.num.1.qui dicit etiam,ꝙ ita ſeruatur in Regno.Hy-
* pol.Bonacoſſ.par.1.commu.opin.crim. in verb. bannitus ſtatim.
& in verb.bannitus in contumaciam, latè Rolan. à Valle conſil.
60.nu.26.& alijs ſequen.vol.2.Laur.ab Occa,cõſi.60.nu.1. to.2.
conſi.crim.Cyril.in ſua ſum.crimin.par.1.tit.ſi reus in ius vocat.
non ierit.§.2.col. fin.

Et ad cautelã quoad crimen hæreſis iudex ſecularis poteſt face
re, vt ille per inquiſitorem cõdemnatus ſe illum eſſe fateatur, de
quo in ſententia per eccleſiaſticum iudicem lata, vt per Fely.in c.
ad abolendam.de hæretic.quem refert,& ſequitur Cãpeg. in ad-
ditio. ad Zanch. de hæretic. cap. 18. in pen.addit. non enim ne-
ceſſaria eſt recognitio huiuſmodi hoc in crimine, poſtquàm cla-
riſsimè per traditionem veram illius condemnati Curiæ ſecula-
ri cõſtat de perſona ipſa damnata,quando ſcilicet Curię ſecula-
ri traditur per Iudices eccleſiaſticos,& Inquiſitores,licèt neceſ-
ſaria eſſet recognitio, quando ipſe condemnatus in contumaciã
per Iudicem ſecularem, vel ipſum Iudicem eccleſiaſticum cape-
retur: licèt enim in ſententia Curiæ ſeculari cõdemnatus trada-
tur, fictè tamen traditur,non actualiter; ex qua ficta traditione
non dicitur conſtare de perſona ipſa condemnata, niſi recogni-
tio fiat,& iam practica prædicta recognitionis perſonæ condem-
nati de hæreſi non placet Arnaldo Albertino in trac.de agnoſcẽ.
catholic.



catholic.aſſertio.q.25.nu.48. vbi admonet iudicem ſecularem,
vt ab ea ſe abſtineat, & curet cautè negociari, ne pereat in peri-
culo, in quo ſe poneret dictam practicam in hæreſi exercendo,ſi
ille negaret,ſe eſſe illum,de quo in ſententia. vt ibi per eum.
3 Prout † in cæteris criminibus,in quibus non fit ad cautelam,
vt exiſtimat Bal.in quodam ſuo conſil. vt eum refert Ange. in d.
verb.Caium Sempronij. in prin. poſt nu. 3. ſed neceſſaria eſt per
rationes Bal.in l.demonſtratio.in prin.ff. de condi. & demonſtr.
ex quibus neceſſariam eſſe dicit idem Ang.in d.verb.Caiũ Sem-
pronij. poſt d. nu. 3. & velut neceſſaria antiquitus practica reco-
gnitionis prædictæ introducta eſt, & Doct. vti neceſſariam eam
laudant in locis iam citatis. & ſequitur Mayner.in d.l. ſicuti pœ-
na.d.nu.23.non diceretur conſtare de perſona banniti, niſi reco
gnitio fieret.
4 Et † præſertim neceſſaria eſt, ſi quando formata fuit inquiſi-
tio,nomen ignorabatur homicidæ,& delinquentis, & deſcriptus
fuit per ſigna, ſtaturam,habitationem,veſtes,& alias circunſtan-
tias, quæ exprimi poſſunt: & proceſſum fuerit ad condemnatio-
nem,prout procedi potuit, dummodo conſtiterit de corpore,vt
omnes ſciunt,vt dicit Boſſ.in tract. cauſar. crim. titu. de delicto.
numero 33.quem refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§. fin. quæſt.4. verſi.
quando verò. & quæſt.31.verſicu. contra & aduerſus. Nam ſi ad
condemnationem procedi non potuiſſet, niſi de corpore con-
ſtitiſſet, multò minus ad executionem procedi poſſet, niſi de
corpore per recognitionem perſonæ conſtaret. auth. multò ma-
5 gis. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum de † maiori præiudicio agatur
in executione, quàm in condemnatione, vt ſupra diximus in
præfat.numero 89.& latè tradit in ſpecie Ang. Inſt. de act. in §.
quadrupli. nume.5.quem refert, & ſequitur Marſ. in prac. crim.
in prin.num.17.
6 Prout † etiam neceſſaria eſt,quando forte in libello inquiſitio
nis erratũ fuiſſet in cognomine,ſeu in patria, vt quia dictum eſ-
ſet,Petrus Martini de Sancto Laurentio,& in illo loco Sãcti Lau
rentij non eſset Petrus Martini,ſed Petrus Ioannis: poteſt enim
ad executionem condemnationis procedi cõtra d.Petrum Ioan-
nis, dummodo de corpore conſtet, & ita ꝙ ille eſſet homo, qui
in banno deſcriptus reperitur, & qui de maleficio fuerat incul-
patus,aliàs ſecus. Ange.in l.his verbis.§.fi. in fin.ff.de hæred.in-
7 ſtit.vbi dicit, quòd † fuit in facti contingentia decapitatus qui-
dam Bononiæ, qui erat deſcriptus in numero bannitorum tan-
quàm de vna Ciuitate, cum eſset de alia, ex quo conſtabat eum
eſse, qui fuerat pro illo maleficio citatus, & condemnatus: &
K refert,

refert, & ſequitur pro valde not. Barb. in c. ſignificante. de reſcript. Marſ. in ſing. 144. Ioan. Arno. epitom. 95. quidam cõciuis. & ambos Iul. Clar. d. q. 31. ver. contra & aduerſus. qui etiam ibi
8 admonet † delinquentes, ne ſuper eo confidant, ꝙ fortè in libello inquiſitionis erratũ ſit in cognomine, ſeu in patria, quia ſi ſe banniri permiſerint, & in fortiam iuſtitiæ poſtea peruenerint, ſi de corpore conſtabit, condemnationis executionem euadere nõ
9 poterunt. Vnde † cauti, & boni Aſſeſſores hoc in caſu faciũt bannitum hunc captum recognoſcere ſe eſſe illum, qui in banno deſcriptus eſt, & nominatus, qui de maleficio inculpatur, vt in ſpecie iſta dicit Barto. in l. demonſtratio falſa. in 6. quæſt. ff. de condi. & demonſtr. quem refert, & ſequitur Nell. in d. vlt. quæſt. 3. par. 1. temp.

10 Neceſſaria † etiam eſt recognitio, quando qualitates, ſiue demonſtrationes banniti capti, cum qualitatibus, & demonſtrationibus banni, & ſententiæ non cõcordarent, vt ſentit Nell. de bannit. 2. part. 2. temp. q. 14. dicens hoc in caſu neceſſarias eſſe probationes de identitate perſonæ. Prout etiam neceſſaria eſt, quãdo plures eſſent in eodem loco eiuſdem nominis, vt ſi Petrus Martini de tali loco de delicto inquiſitus fuerit, & condemnatus, & plures Petri Martini in d. loco reperiuntur: Nam etſi bannum nullum videri poſſet propter pluralitatem, vt in ſpecie ſentit Ange. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. nu. 6. ff. de verb. oblig. &
11 in l. 2. nu. 2. ff. de liber. & poſth. ſi † tamen conſtaret de corpore, & ꝙ ita captus eſt illemet, qui in banno eſt deſcriptus, executio fieri poteſt. Bar. in d. l. demonſtratio falſa. in d. 6. q. & Nell. qui eũ
12 ſequitur in d. q. vlt. 3. par. 1. tempo. vbi dicunt, ꝙ † propterea & in hac ſpecie cauti Aſſeſſores faciunt, quòd captus recognoſcat ſe eſſe illum, qui in banno eſt deſcriptus, & de maleficio inculpatus. & ſequitur in ſpecie Rolan. à Valle d. conſi. 60. nu. 26. vol. 2. Prout etiam cauti Aduocati defendunt occidentẽ bannitum, etſi variatum eſſet eius nomen, faciunt propterea articulos de identate perſonæ. ita ex Bar. & alijs, quos alleg. tradit Alber. Brun. de ſtatutis. in verb. bannitus. ver. occidens bannitum ex permiſſione ſta-
13 tuti. Quàmuis † tamen prædicta cõmunis practica recognitionis
* perſonæ banniti indiſtinctè fiat, & obſeruetur, etiam quòd illius nomen, cognomen, patria, & aliæ circunſtantiæ in inquiſitione, banno, & ſententia ſpecificatæ fuerint, & licèt etiam Iudex ignoraret, ꝙ plures eſſent in loco eiuſdem nominis, & cognominis; ſtatim. n. quòd bannitus captus eſt, diligentia huiuſmodi minimè adhibita Iudices faciunt, quòd ipſe bannitus recognoſcat ſe eſſe
14 illum, qui in bãno, & ſententia eſt deſcriptus. Et † ſi alter iſtorũ,

qui



qui eſſet eiuſdem nominis, & cognominis, eſſet doli capax, alter verò non; de illo, non autem de hoc Iudex ſenſiſſe videtur, vt per Bal. in d. l. hac conſultiſſima. & ibi Ang. nu. 3. C. qui teſt. fac. poſ.
15 Recognitio † autem huiuſmodi fit aut per propriam confeſſionem ipſius banniti, vt diximus, aut per teſtes, vt de confeſſione tradit Bar. in d. l. demonſtratio. & in alijs locis ſupra alleg. & alij oẽs ſupra citati in iam citatis locis. & de vtriſque, confeſſione. ſ. & teſtib. tradũt Carrer. in d. ſua pract. crim. d. fol. 14. nu. 8. & Foller. in prac. cri. d. verb. captis foriudicatis recognoſcant. nu. 1.
16 Fit † autem per propriam confeſſionẽ recognitio hæc in hũc modum, & formã. Quoniã deſcribitur à Notario actuario ipſius banniti corã Iudice conſtituti ſtatura, effigies, barba, veſtes, omniaque alia ſimilia ſigna, quæ ſunt ad hominem recognoſcẽdum, ſecundum Bar. in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. & late Menoch. in trac. de præſcriptio. poſt priorem huius tract. editionem euulgato lib. 6. præſumptio. 15. nu. 46. vbi & nu. antecedentibus, latè de perſone vnitate, identitateque ex ſignis. Et facta deſcriptione huiuſmodi ſine ipſius banniti nomine, & delato eidem iuramento de veritate dicenda, confeſtim primùm interrogatur de eius nomine, cognomine, prænomine, patre, vel matre, patria, & exercitio, & ita de alijs qualitatibus, vel vno interrogatorio, vel pluribus ſucceſſiuè, quod melius eſt, ſi quæ aliæ in proceſſu, banno, & ſententia condemnatoria circa ipſius banniti conſtituti perſonam expreſſę, & ſpecificatæ fuerint. Foller. in d. verb. captis foriudicatis recognoſcantur. nu. 1. Laur. ab Occa, cõſi. 60. nu. 1. to. 2.
17 conſi. crim. Et recepta † deſuper reſpõſione ipſius banniti, interrogatur, an in loco, & patria ſua, vnde dixerit eſſe oriũdũ, eiuſdẽ nominis, cognominis, prænominis, patris, & qualitatis (ſi quam aliã expreſſiſſet) aliquẽ cognouerit, & cognoſcat, & an aliquis alius eiuſdẽ nominis, cognominis, ꝑnominis, patris, & qualitatis ſit in loco, & patria ſua, quàm ipſe conſtitutus. idẽ Foller. ubi ſu-
18 pra d. num. 1. Et recepta † reſponſione, quòd neminẽ cognoſcit, & quòd nullus alius in loco, & patria ſua, quàm ipſe conſtitutus eſt eiuſdem nominis, cognominis, prænominis, patris, & qualitatis. ſolet aliquando ei exhiberi bannum, & ſententia condemnatoria contra eum lata ſcripta in libris, in quibus ſcribi ſolent tales ſententiæ, & banniti deſcribuntur, per quos quẽ eſſe bannitum probatur. Salyc. & Bald. in l. moueor. C. ſi ſer. expor. uen. Alex. in l. decem ſtipulantes. nu. 37. ff. de verb. oblig. & ibid. Iaſ. nume. 18. & idem Alex. in l. 1. nu. 11. ff. de no. oper. nunciat. Maſcar. de probatio. vol. 1. concluſ. 162. num. 1. & ſufficeret etiam exemplum, & ſumptum ſententiæ exhiberi, ad hunc tamen effectũ re-

 cognitio-

cognitionis, quia ex ſolo etiam ſumpto cum ſolemnitatibus tamen requiſitis occidens bannitum excuſatur, ſi regiſtrum eſset vel conſumptum, vel combuſtũ. Nell. de bannit. 2. par. 2. tempor. q. 9. Maſcar. dicta concluſ. 162. nu. 12. non tamen ſufficeret quoad executionem, vt infra diximus cap. fin. nu. 38. in fin. Et ea ſibi de mandato Iudicis per Notarium lecta, & vulgarizata ad claram illius intelligentiam interrogari debet, an ipſe ſit illemet, qui in d. banno, & ſententia deſcriptus, & nominatus eſt, & qui vt ibi de delicto inculpatus extitit, quod quidem fit, & obſeruatur, & fieri, & obſeruari debet ex ſententia Bart. in d. l. diuus. d. l. inter ſtipulantem, & in d. l. demonſtratio falſa. & Angel. Nell. Angel. Aret. Aug. de Arim. Clar. Boſs. & aliorum ſupra alleg. in iam ci-
* tatis locis, & ſecundum communem practicam, de qua prædicti, vt ſupra, teſtantur, quòd ſcilicet iudex faciat (vt ſupra diximus nume. 9.) bannitum recognoſcere bannum, & fateri ſe eſse eũ,
19 qui in ipſo banno eſt nominatus. Quamuis † tamen hoc neceſſarium non uideatur, quòd ſcilicet confiteatur, ſe eſse illum, de quo in banno, ſed ſatis eſse videtur, vt non appareat, alium eſse eiuſdem nominis, & cognominis, quo in banno deſcribitur, ſecundum Alexan. in d. l. diuus. Fely. in cap. cum Ioannes. colum. 2. de fid. inſtrum. Sed veritatem eſse, quòd debet fateri, ſe illum eſſe, qui maleficij arguitur, dicit Boſ. in d. titu. banniti quid amittant. numero 18. vbi alios alleg. ſentientes cum Bartolo in d. l. diuus. & late probat Menoch in tract. de præſumptio. poſt huius noſtri tract. priorem editionẽ euulgato lib. 6. præſumptio. 15. numero 38. & alijs ſeq.

20 Et † quoniam ex ſententia Bald. in c. 1. de feud. ſine culpa non amit. Ang. Aret. in d. verb. Caium Sempronij. & in d. verb. & ibi caput à ſpatulis amputetur. ver. & quod hic dicitur. nu. 17. & Rolan. à Valle d. conſi. 60. nu. 28. declarari debet per Iudicem, talẽ perſonam captam eam eſse, quæ in banno, & ſententia reperitur, quod & velle videtur Bertazol. conſi. 35. nu. 10. vol. 1. ſolet facta reſponſione per bannitumconſtitutũ, talem perſonam eſse, quæ in banno reperitur, per Iudicem confeſtim pronunciari, & declarari, talem perſonam captam conſtitutam eſse, quæ in banno, & ſententia reperitur, & illud, & illam ſuis loco, & tempore fore, & eſse exequendam, prout hanc declarationem Iudicem facere poſse, tradit Ang. in l. hac conſultiſsima. nu. 3. C. qui teſtam. face. poſ. &
* in l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. vbi dicit, ꝙ ita de facto obſeruatur. & ꝙ hæc declaratoria fiat identitatis perſonæ banniti, laudat etiã Fely. poſt Bal. quẽ alleg. in c. Rodulphus. nu. 63. verſi. ſed declaratoria. de reſcriptis. Quamuis aliqui ſoleant ita

etiam



etiam pronunciare, & declarare, licèt ſententiam non exhibuerint bannito conſtituto, nec ita aliquam reſponſionem receperint eſſe illum, qui in banno eſt nominatus, ſolũ recepta reſponſione neminem alium in loco reperiri, qui ſit eiuſdem nominis, & cognominis, prout eſt ipſe conſtitutus. Ij autem ſequuti fortè opinionem Alex. in d. l. diuus. ſupra relatam, practicam prædictã
* Bar. communiter receptam ſeruare non dicuntur, quam Iudex (vt diximus ſupra nu. 1.) ſeruare debet, faciendo bannitum recognoſcere bannũ, & fateri ſe eſſe illũ, qui in bãno eſt nominatus.

21 Sed † quoniam recognitio iſta per propriam confeſsionẽ ſufficiens non videtur, cum de corpore dubitatur, propter pluralitatem, vt ſentit Ang. in d. l. 2. ff. de liber. & poſth. & in d. l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb. oblig. & in d. l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſ. & in d. l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quan-
22 tit. conſilium † eſt, ꝙ primò Iudex compellat eum ad declarandum, quòd eſt illud corpus, de quo in ſententia, vt dicit Barto. & communis practica ſupra relata: & ſecundò ad confitendum in iudicio, quòd illud delictum commiſit, ſecundum Ang. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum, & in d. l. 2. de liber. & poſth. & in d. l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. & in d. l. hac cõſultiſsima. & hanc eſſe meliorem practicam, & fortè neceſſariam dicit Angel. Aret. in d. verb. Caium Sempronij. in princip. poſt nu. 2. ponde-
23 rans etiam ad hoc † Bar. in d. §. ſi Stichum. quatenus dicit ibi, ꝙ ſi iudex non poteſt hanc confeſsionem extorquere, probationes habeat, quòd homo ille eſt, qui de hoc maleficio inculpabatur, vel qui illud fecerit. Sic ergo Bar. (ſubdit Ang.) vult, quòd probetur, quòd illud maleficium commiſerit, ideo clarum eſt, quòd ſentit, quòd ſi Iudex poteſt, & eandem confeſsionem ab eodem
24 exigat, quòd illud maleficium commiſit. † eandem practicam ſequitur Mayner. in d. l. ſicuti pœnam. poſt d. nume. 23. ff. de reg. iur. vt bannitus non tantum ſe recognoſcat, ſed addat etiam, ꝙ tale crimen, de quo bannum cantat, & condemnatio, ſuis loco, & tempore, modo & forma in d. proceſſu contentis, ipſe commiſit: tunc enim facta d. confeſsione ſecurè poteſt fieri executio. aliàs enim iſte ſine delicti probationibus condemnaretur, quod
25 eſt inconueniens, † cum tale bannum, & condemnatio in contumaciam facta non probet, d. bannitum tale delictum commiſiſſe, vt not. Bar. in l. ſi ideo. in princ. ff. de euictio. & in l. tranſigere. C. de tranſactio. Vnde vt appareat, quòd ex delicto, & nõ propter eius contumaciam fiat executio ita acriter, quia decapitatur, ſemper vtile eſt, immo neceſſariũ videtur, quòd cõfiteatur, ſe delictum illud commiſiſſe, vt dictum eſt, & dicit Mayner. vbi



ſupra,

ſupra,quòd ita ſentit Ang.& Io.de Imo.poſt Bar.in d.l. inter ſti-
pulantẽ.§.1.ff.de verb.oblig.& ex Boſſ.in tit. banniti quid amit-
* tant.dicit communem Bonacoſſ.commu.opin.verb.bannitus.re
latus inter commu.opinio.recens collect.tom.2.lib.9. tit.33. de
ſenten.paſſ.nu.80.
26 Sed † verior eſt ſententia illa Bar. & eius practica recepta com-
muniter,vt diximus, ꝙ ille confiteatur ſe eſſe illud corpus, ꝙ in
banno,& ſententia nominatur, & deſcribitur. Neq; neceſſarium
eſt,quòd confiteatur,ꝙ ipſe delictum,quod in banno,& ſentẽtia
continetur,commiſerit, vt dicit Aug.de Arim. in addi.ad Ange.
de malefic.in d.verb.Caium Sempronij.in 1.addi. adducens etiã
pro Bar.opinione Bal.in l.voluntatis. C. de fideicom. & eundem
Bal.qui hoc dixit in terminis in d.l. hac cõſultiſsima.C. qui teſta
men.fac.poſſ.& in l.1.C. ſi vnus ex plurib.& Imo. in d.l.demon-
ſtratio falſa.ff.de conditio. & demonſtratio. & dicit Bonacoſſ. in
præcitato loco,ꝙ boni Aſſeſſores,quando capiunt bannitum,fa-
ciunt ſtatim ipſum confiteri,ꝙ ſit idem corpus, & ꝙ ſit ille, qui
27 fuit citatus,& bãnitus. Quibus † intelligimus malè conſuluiſſe
Ang.in d.§. ſi Stichum. & in alijs locis ſupra alleg. & malè facere
* Rectores,& Iudices aliam practicam ſeruantes,prout communi-
ter Rectores ſeruare,quia faciunt captum confiteri,ſe eſſe illum,
qui deliquit,dicit Nell.d.q.vlt.3.par.1.tẽp.de bãnit.quã practicã
* eſſe plenam periculo,& contra cõmunem opin.Doct. dicit Boſſ.
in d.tit.banniti quid amittant.nu.18.quem refert Iul.Clar.d.q.
96.d.ver.quæro nunqd.& rationibus Ang.facilè reſpondet Imo.
in d.l.demonſtratio falſa.de condi.& demonſtr.& in d.l.2. de li-
ber.& poſthu. ad quem ſe remittit Aug.Arim.in d.1.addi.ad An
ge.in d.verb.Caium Sempronij.qui ſubdit,ꝙ nec Bart.in d.l.in-
ter ſtipulantem.ſi rectè eius verba perpendantur, dicit, quòd An
ge.ex illis infert.
28 Verùm † ſi plures reperiuntur eiuſdẽ nominis,& cognominis,
aut eſſet erratum in cognomine,vel in patria,Iudicẽ animaduer-
tere oportet, an citatio contra inquiſitum, & ſucceſsiuè banni-
tum,& condemnatum emanata,fuerit facta perſonaliter, vel ad
domum iſtius capti,& ꝙ ita conſtet, ꝙ iſte captus fuerit, qui vel
29 ad domum habitationis citatus fuit: tunc † enim citatio nõ fuit
inualida nec ratione erroris, nec incertitudinis, ex quo conſtat
de corpore citati,& ita facta recognitione perſonæ executio cõ-
demnationis ſequi poteſt,vt per Nell in d.q.vlt.3.par.1.tempor.
de bannit.quod non negat Ang.in d.§.ſi Stichum.nu.6.l.inter ſti
pulantem.ff.de verb. oblig. nec alibi.
30 Nec † videtur, quòd aliàs iudex poſsit interpretari,ꝙ de hoc
corpore



corpore ſenſerit in proceſſu,& bãno, licèt hoc quidẽ facere poſ-
ſe,velit Bar.in l.ab executore. in prin.ff.de appell. & Bal. in l.non
ignorat.in fin.C.de fruct.& lit.expenſ. quoniam contra iſtam do
ctrinam arguit terribiliter Ang.in l.eum quem temerè.ff. de iud.
31 in fin.vbi probat, ꝙ † lata ſententia, hæc interpretatio fieri non
poteſt per Iudicem, quàmuis ante latam ſentẽtiam ſuper inquiſi
tione poſſet.& ſequitur Aug.de Arim.in d.1.addi.ad Ang.vbi ſu-
pra.& ſubdit Ang.in d.l.eum quem temere.in fine, ꝙ cautela eſt,
ꝙ fiat probatio per teſtes de intẽtione Curiæ, quod fieri poteſt,
vt ibi per eum,& in l.ſi prætor.§.Marcellus.in fin.eod. tit.
32 Et † ſi bannitus iſte captus neget, ſe eſſe illum, de quo in ban-
no,& ſententia condemnatoria, poterit Iudex illum compellere
per torturam, vt confiteatur, ſe eſſe perſonam in banno deſcri-
ptam.Ang.in d.l.hac conſultiſsima.& Ang. Aret.de malefi. in d.
verb.Caium Sempronij.col.2.Nell.in d.q.vlt.3.par. 1. tempor. &
q.34.2.par.2.temporis. de bannit. prout ad hoc illos alleg. & ſe-
quitur Rolan.à Valle d.conſi.60.nu.27.ſic eos intelligens dicen-
tes ſimpliciter,ꝙ Iudex compellat,vel faciat bannitum captũ cõ-
fiteri,ſe eſſe illum de quo in banno, loqui ſcilicet de compulſio-
* ne per torturam, & dicit hanc eſſe cõmunem practicam ex Marſ.
in d.ſing. 72. qui ſimiliter atteſtans de hac cõmuni pract ca com
pulſionis, expreſsè de tortura non loquitur, quem etiam vti te-
ſtantem de hac communi practica compulſionis per torturam,
refert,& ſequitur Iul.Clar.d.q.96.d. ver. quæro nunquid. & dicit
Carrer.in pract.crim.fol.15.nu.10.ꝙ,ſic Iudices vtuntur, ꝙ tor-
* queatur bannitus,vt ore proprio manifeſtet,ſe illum eſſe,de quo
* in ſententia.& Bonacoſſ. qui etiam dicit, ꝙ iſta eſt cõmunis pra-
ctica,in ſuis com.opin.in verb.exequi.relatus inter d.communes
opin.recens collect.d.lib 7.tit.15.de executio.rei iud. tom. 2.
33 Et † ipſum bannitum ſic negantem vltra interrogationem de
eius nomine, cognomine, patre, patria, & alijs qualitatibus, de
quibus ſupra admonuimus,poterit Iudex interrogare,quo tem-
pore ab eius domo ſe abſentauerit, quanto tempore abſens fue-
rit,qua de cauſa,& vbi fuerit,ſi de homicidio in perſonã N. com
miſſo fuerit inquiſitus, citatus,bannitus,& condemnatus, & ali-
ter,vt natura cauſæ expoſtulabit, & ipſius banniti confeſsiones,
& negationes fuerint.& ideo ſuper omnibus iſtis circunſtantijs,
& qualitatibus interrogandus eſt, vt videatur, ſi cum qualitatib.
concordet, quæ in proceſſu exiſtunt,& ſic recognitio etiam fiat,
ſi bannitus confeſtim non confitetur, ſe eſſe illummet, de quo in
banno, & ſententia. ita Iudicem inſtruit hoc in caſu Foller. in
prac.crim.in d.verb.captis foriudicatis.nu.1.



BIBLIOTECA UNIV

34 Vel † habeat Iudex probationes, & teſtes, à quibus ipſe bannitus, & captus recognoſcatur pro illo, qui in banno, & ſententia nominatus, & deſcriptus eſt, vt admonet Bar. in d. §. ſi Stichũ d.l. inter ſtipulantem. ff. de verbo. oblig. quem refert, & ſequitur Ange. Aret. in d. verb. Caium Sempronij. col. 2. in fin. & tradit Carrer in d. prac. crim. d. fol. 14. nu. 8. & Foller. in d. verb. captis forjudicatis. poſt nu. 1. dicens, † teſtes eſſe examinandos in faciẽ ipſius banniti ſuper ipſius recognitione, ipſum interrogando de omnibus circunſtantijs, & demonſtrationibus, de quibus in proceſſu, & ſententia, vt ſic verè appareat, eſſe eundemmet, de quo in ſententia: & dicit, ꝙ hanc practicam docet Bart. in d.l. diuus. de cuſto. reor. & in d.l. j. ff. de requi. reis. & Io. Mille. in prac. crim. fol. 26 nu. 21. in glo. publicandos.
35

36 Sed † exhibendo ipſis teſtibus perſonam banniti per eos recognoſcendi, prout ad recognoſcendam exhibendus eſt, ſecundum Foller. vbi ſupra. quatenus ibi dicit, teſtes examinandos eſſe in faciem banniti: & antea dixit Bal. licèt de bannito in ſpecie non loquatur in c. cum cauſam. nu. 53. de teſti. Bar. in tract. de teſtib. nu. 46. & Ang. in l. 1. nu. 2. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. & idem Foller. in prac. crim. in verb. capiat informationem. num. 45. in 2. editio.

37 Et † quidem cum indumentis, & qualitatibus eius, ſi poſsibile eſſet, facienda eſt. Bar. in l. ſi cum exhibuiſſent. §. ante autem. nu. 2. ff. de publica. & in l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 11. & Bal. in d.c. cum cauſam. nu. 52. dicens, ꝙ exhibitio fieri debet in habitu con-
38 ſueto, licèt † facies illa ſit, quæ principaliter perſonam, & homi-
39 nem oſtendat. Animaduertendum † eſt, ne ad oculum bannitus exhibitus demonſtretur, quia materia fabricandis falſum daretur, ſed conſtituto bannito inter duos, vel tres interrogentur teſtes, quis eorum videatur, & ſit ille, de quo dixerunt in eorũ depoſitionibus, vt admonet inter alios Foller. in d. verb. capiat informationem, d. nu. 46.

40 Nec † aliàs ſufficeret, ꝙ teſtes cognoſcere dicerent d. bannitũ nomine, & cognomine, quàmuis perſonarum identitas per nomen, & cognomen illius perſonæ, de qua agitur, probari debeat. l. demonſtratio falſa. ff. de condi. & demonſtr. Crau. conſi. 169. nume. 4. & conſi. 198. poſt nu. 2. & Mattheſi. in l. 1. nu. 3. C. ſi vnus ex plurib. niſi etiam deponerent, eſſe illummet, de quo in ſentẽtia, quia poſſent eſſe alij eiuſdẽ nominis, & cognominis, & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. C. vnde legit. l. neque natales. C. de probatio. c. in præſentia. de probat. & tradit Dec. conſi. 36. ſub nu. 4. ver. nec obſtat, vbi in ſimili adducit quod inſigniter cõſuluit Card. & ſequutus eſt Abb. in c. cũ Ioannes.

nes.



nes. de fid. inſtrum. col. vlt. verſi. ſed extra glo. quæro. & nouiſsimè Maſcar. in ſuo inſigni tract. de ꝓbatio. vol. 2. in concluſio. 875. Idẽtitatem perſonarum. nu. 2. qui poſt opus hoc noſtrum iam abſolutum ad meas manus peruenit. nec tamen deſtitimus, quin eundem locis iam à nobis deſcriptis adderemus Maſcardum: omnium etenim honos cordi nobis ſemper fuit, qui voluerunt in d.
41 locis, † ꝙ ſi duo in inſtrumento ſint deſcripti pro teſtibus, vt A. & B. eorum cognomine expreſſo, & poſtea inſtrumentum de falſi crimine redarguatur, ac duo teſtes eiſdem nominibus producantur negantes, ſe interfuiſſe confectioni, hoc non ſatis eſſe ad reprobationem inſtrumenti, quia dici non poteſt probatum, illos eoſdem eſſe, qui deſcripti in inſtrumento reperiuntur: poſsũt enim eſſe alij, qui eiſdem nominibus vocarentur, & ita probatio non concludit. idem alij tenent, quos refert Maſcard. in d. loco. & probatur ꝑ Fely. in c. auditis. nu. 27. de præſcriptio. quẽ ſequutus
42 eſt Franc. Vegi. conſi. 9. nu. 1. & alijs ſeq. vbi concludunt, † quòd expreſsio nominis proprij non certificat perſonam, ſed probare opus eſt, ꝙ ſit illamet perſona, de qua cõtenditur; quia poteſt eſſe, ꝙ multi alij eiuſdem eſſent nominis, & ob id inferunt, ꝙ volẽs defendere homicidam, quia occiſus erat bannitus, debet probare, non ſolum quòd occiſus ſic vocaretur, ſed etiam, ꝙ ille bannitus fuit ille, qui fuit occiſus, & ſic conſtare debet, ꝙ ſit is, de quo loquitur bannum. allegãt Bar. in d. l. diuus. ff. de cuſto. reor. & in d. l. inter ſtipulantem. §. 1. num. 13. ff. de verb. oblig. & in d. l. demonſtratio falſa. in prin. ff. de condi. & demonſtr. qui loquitur de cognitione perſonæ banniti pro executione ſententiæ. quem etiam refert, & ſequitur Corn. conſi. 143. nu. 12. vol. 2. qui ſimiliter loquitur de recognitione perſonæ banniti in terminis executionis ſententiæ vigore Bullæ Pij II. & concludit, quòd vltra nomen proprium pro identitate perſonæ banniti, requiruntur etiã aliæ demonſtrationes, quia ex identitate nominis ſolùm non dicitur conſtare de identitate perſonæ banniti, de quo in ſententia, vt per eum ibi.

43 Et ſi contigerit, † quòd bannitus poſt eius capturam linguam ſibi amputauerit, ne ſe ipſum, & complices detegeret, vel ꝙ aliàs mutus eſſet, & ſurdus, vel à natura, vel ex accidẽti, tunc capi debet informatio, an is bannitus, qui linguam ſibi amputauit, vel qui aliàs mutus eſſet ex accidenti ſcribere ſciat: quoniam ſciens ſcribere cogi poterit ad dicendam veritatem per ſcripturam, an ſit illemet, qui in ſententia nominatus, & deſcriptus eſt, & qui, vt in ſententia dicitur, condemnatus, vt etiam ad detegendum complices, etiam per torturam, vt ſcilicet tormentetur donec (debito

to

to tamen tempore) manu ſua propria ſcribat, ſe eſſe eandemmet
perſonam, quæ deſcripta eſt, & condemnata, vt in ſententia ſibi
exhibita, vel donec complices ita etiam ſcribat, & receptatores,
44 quemadmodum † hoc modo cogi poſſet ad dicendam veritatem
de delicto ipſo, ſi condemnatus non eſſet, vt ſingulariter voluit
Tancre. de Cornet. in ſua compendioſa. in vlt. rubr. q. 4. dicens,
ita fuiſſe reſponſum contra quendam patruum, qui de nepotis
ſui quem occiderat, vt illius hæreditatem conſequeretur, necem
detegeret, linguam ſibi amputauerat, vt ſcilicet capta informa-
tione, quòd ſciret ſcribere, tandiu tormentaretur, donec manu
45 ſua ſcriberet, ſe ſcelus cõmiſiſſe, † & valet confeſsio hæc ita ꝑ ſcri
pturam extorta, vt per eum ibi, quem refert, & ſequitur Ferrat.
caut. 57. ad quem ſe remittit Hypol. Bonacoſſ. in tract. cautel. in
litera M. cautel. 35. & alibi plenius in materia teſtiũ retulimus. Si
46 † verò ſcribere is neſciret, ꝗ ſcilicet linguam ſibi amputauit, vel
qui ex accidenti mutus eſſet, ꝑ ſigna reſpondere cogitur, vt ẽt ſur
dus, & mutus à natura per ſigna interrogari poterit, & ſignis ſi-
militer reſpondebit, prout ſuper delicto ipſo, ſi condemnatus nõ
eſſet, per ſigna interrogaretur, & ſignis reſponderet, vt ꝑ Ant. Go
mez. c. 1. delict. nu. 69. in fi. & Pet. à Placa. lib. 1. epito. delict. c. 32.
47 poſt nu. 18. vt † ẽt interrogaretur, & reſpondere deberet, ſi vti te-
ſtis examinaretur, vt examinari põt, vt per Bonifac. de maleſi. tit.
de teſti. nu. 57. & ante Spe. in tit. de teſte. §. nũc tractandũ. nu. 17.
* Nell. in tract. de teſti. nu. 28. in 1. par. & eſt cõmunis opinio ſecun
dum Abb. & alios in c. de teſtibus. extra de teſti. Alex. & alios in
l. 1. in prin. vbi Rip. nu. 37. de communi teſtatur. ff. de verbo. obl.
* Alciat. in rub. extra de iureiur. nu. 13. qui dicit hoc ſibi placere,
& in iſta practica eſſe approbatũ, cum alijs, quos alibi cumulaui-
48 mus. Et † licèt quis ſurdus & mutus ſit, quando tamen aliàs ha-
bet integrũ intellectũ, habilis in iure reputatur ad omnes actus
exercendos, non ſecus, quàm reliqui, ſecundum Doct. in l. mutũ.
C. de acq. hæred. Ang. in l. ſeruo. §. ſi pupillo. nu. 1. ff. ad Treb. Soc.
conſi. 61. col. pen. ver. tertius, & vltimus caſus. vol. 1. Dec. Cagno.
& Mayner. in l. vbi non voce. ff. de reg. iur. Pariſ. conſi. 63. vol. 4. ita
49 † vt habilis ẽt ad delinquendũ reputetur, & ex delicto inquira-
tur, condemnatur, & puniatur pœna ẽt ordinaria, vt no. determi
nat Io. de Imo. in d. l. 1. ff. de verb. obl. col. 3. nu. 11. & ibi Ro. nu.
16. Alex. nu. 6. Iaſ. col. pen. in fi. Alcia. nu. 52. Vinc. nu. 4. & Anto.
Gomez. d. c. 1. delict. poſt num. 69. dicens, ꝙ ita iudicatum fuit in
quæſtione de facto, & fuit quidam mutus ſuſpenſus, qui cum alio
in homicidio ſocius fuit, & poſt eum, quem refert Petr. à Plac.
dicto cap. 32. num. 18. lib. 1. epitom. delict.
Et



50 Et practica erit, quòd mutum, & ſurdum Iudex interroget per
ſigna, & Notarius actuarius, & ſcriba illius nutus, actus, & ſigna
ſcribat, & qualiter ille taliter reſpondit per talia ſigna, ſi ipſe No-
tarius illa intelligit, vt quia illius conuerſationem habeat. Si au-
tem per ſe non intelligeret, tunc conſanguinei, vicini, vel amici,
vel alij, qui nutum illum, & ſigna intelligant, adhiberi debent; &
tunc Notarius ſcribat, qualiter per tales tanquàm interpretes di
ctus mutus per talia ſigna reſpondit, ſicut in ſimili magiſtraliter,
& practicè traditur per Bart. cuius dictum, & practicam ſequun-
tur Docto. in d. l. mutum. ff. de acquiren. hæred. & in d. l. ſeruo in-
* uito. §. ſi pupillo. ff. ad Treb. & in d. l. 1. ff. de verbo. oblig. & Anto.
Gomez. c. 14. contract. num. 29. Gul. Bened. in cap. Raynutius. in
ver. mortuo itaque teſtatore. 1. nu. 375. & ſeq. & alibi fuſius dixi-
mus in materia teſtium.
51 Sed † quoniam examen hoc muti & ſurdi à natura fit ad effectũ
exequendi ſententiã, facta recognitione perſonæ, practica facien
di recognitionem per illius confeſsionem tuta non eſt, nec ſuffi-
ciens; quia quemadmodum ex eius confeſsione per ſigna extor-
ta condemnatio ſequi nõ poteſt, ſed teſtium probatione opus eſt,
vt per Anto. Gomez. & Plac. in locis præalleg. ita etiam, & multò
magis executio ſententiæ ſequi non poterit, ſed teſtium proba-
tione opus erit, qui illum recognoſcant pro eo, qui in banno, &
ſententia nominatus, & deſcriptus eſt.
52 Et † ſi bannitus eſſet Theutonicus, vel alterius regionis, qui
linguæ Latinæ, vel noſtræ vernaculæ eſſet imperitus, debent adhi
beri interpretes, ſi Notarius illius linguam non intelligeret, cum
53 ſi intelligeret, ipſe ſolus ſine interprete ſufficeret. Bar. & ſcriben-
54 tes in d. l. 1. §. eadem. ff. de verb. oblig. Iudex † autem licèt intelli-
geret, ſatis non eſſet, vt per Iaſ. in d. §. eadem. nume. 10. poſt alios
55 per eum relatos, quicquid aliter ibi Bar. dixerit. & † practica erit
ꝙ Notarius primò inſtrumentum conficiat deputationis inter-
pretum, qui duo ad minus eſſe debent, ſi reperiuntur, aliàs vnus
56 ſufficit, ſecundum Bar. & ſcriben. in d. §. eadem. quibus † deferri
debet iuramentum de fideliter interpretando, & ſolent deinde
in calce examinis eorum manu propria atteſtari, ita interpreta-
tos eſſe, vt ſupra per Notarium ſcriptum eſt. Secundò principium
examinis, & conſtituti ſcribere debet ſecũdum formam inferius
deſcriptam, vt colligitur ex practica, quam tradit Barto. Notario
actuario in d. §. eadem. ad quem ſe remittit Afflict. in conſti. in pe
cuniarijs. num. 15.
57 Quoniam † verò banniti, & condemnati facta recognitione,
examinari, & interrogari ſolent ſuper ſocijs, & receptatoribus, ac
alijs

alijs criminibus, non autem ſuper delicto principali contra ſe ipſos, vt confiteantur, & ita ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, vt & ſeruari in Ducatu Mediolani dicit Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 64. verſi. veritas eſt. & dicit Caſſan. ſuper conſuetud. Burgun. fol. 48. poſt num. 40. quem refert Iul. Clar. d. verſ. veritas eſt. in princ. ꝙ malè faciunt, qui aliter faciunt.

58 Animaduertendum † eſt, ꝙ ne aliquod præiudicium per interrogationes faciendas, & reſponſiones ſubſequutas ipſius banniti inferatur ſententiæ condemnatoriæ, & rei iudicatæ, & confeſsioni, & probationi ex contumacia à ſtatuto inductæ, vel alijs probationibus in proceſſu exiſtentibus, vel etiam ipſius banniti confeſsioni, ſi fortè ipſe confeſtim bannū recognouerit, & delictum illud commiſiſſe confeſſus fuerit, ſolent, antequàm ad alias interrogationes poſt factam recognitionem procedatur, prudentes & cauti Iudices expreſſam præmittere proteſtationem, ꝙ per interrogationes ſubſequentes faciēdas, ac alia pro vlteriori veritate quoad complices, & alios delicti cōſocios, receptatores, & quoad alia crimina ſolùm, & duntaxat facienda, & exequenda nullo modo ſententiæ condemnatoriæ cōtra eum latæ, ac rei iudicatæ, notorietati criminis etiam inductæ per Motus proprios Sum. Pont. & ſtatutorum, ac eius confeſsioni, & probationi criminis, ſiue ex ſtatuto, & ſacris Conſtitutionibus propter contumaciam inductæ, ſiue in proceſſu aliàs verè exiſtenti præiudicare intendit.

59 Et † multò magis proteſtatio hęc expreſsè prēmitti ſolet à cautis, & peritis Iudicibus ante torturam bannito pro vlteriori veritate inferendam, quoad complices, receptatores, & alia crimina, ſi hanc vlteriorem veritatem de plano fateri nollent in caſibus, in quibus, quis poteſt de ſocijs interrogari, vel de iure, vt in exceptis, quos enumerat Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 21. verſi. dictum ſocij. vel de conſuetudine in loco, prout hodie de conſuetudine interrogantur rei de ſocijs in omni caſu, vt plures teſtantur, quos refert Iul. Clar. in d. loco. & teſtatur etiam Domini. Sot. de tegen. vel detegen. ſecreto. q. 6. in 1. concl. vlt. dub. fol. 95. dicens hanc cōſuetudinem eſſe ferè vbique. & iterum concl. 3. in fi. fol. 98. vbi dicit in conſuetudinè eſſe interrogare omnes latrones, & fures de ſocijs, prout in Dominio Mediolani de ſocijs non interrogantur niſi fures, fraudatores ſalis, vel bladorum, aſſaſsini, & latrones, qui in vijs publicis graſsātur, vt dicit Iul. Clar. in præcitato loco, cùm regulariter de iure communi non poſsit quis de ſocijs interrogari. l. fi. C. de accuſ. & eſt communis opi. de qua teſtatur Ioan. de Amic. conſ. 27. nume. 1. & Iul. Clar. vbi ſupra. & alibi diximus.

60 quoniam † ſi proteſtatio hæc non fieret, de illum torquendo pro prædicta vlteriori veritate habenda ſine præiudicio condemnationis, rei iudicatæ, confeſsionis, & probatorum, & ipſe bannitus ſuper delicto ſufficienter torqueretur, & delictum negauerit, & in negatiua perſiſteret, abſoluendus eſſet, etiam quòd plenè eſſet conuictus. arg. text. in l. edictum. ff. de quæſtio. & expreſsè tenet Marſi. ibi, col. 1. nume. 2. & in pract. crim. §. nunc videndum. col. 5. num. 26. vbi reputat ſingulare, & perpetuò menti tenendum. Cæpo. conſ. crim. 32. verſ. circa tertium dubium. quem refert, & ſequitur alios etiam allegans Crau. d. conſi. 287. nu. 4. vol. 2. Thom. Ferrat. caut. 5. col. 3. verſ. vbi etiam. Ant. Gomez. c. 13. delict. poſt num. 20. Iul. Clar. qui alios alleg. d. q. 64. verſ. illata reo. & Boer. deciſ. 163. dicit, ꝙ ſemper ita vidit obſeruari, ꝙ non poteſt reus cōdemnari ex probationibus plenis debilitatis per torturam. et prædicta ſequitur etiam Ioſeph Cumi. in ritu mag. Cur. Reg. Siciliæ. c. 74. num. 34. Laur. ab Occa d. conſi. 60. num. 32. vbi plures alleg. tom. 2. conſi. crim. Et ita tantò magis abſoluendus eſſet, ſi ſolùm indicia quamuis vehementiſsima præceſsiſſent, quæ ſine dubio purgata dicerentur, vt ex cōmuni, & obſeruantia totius Mundi ex pluribus dicit Iul. Clar. d. verſ. illata reo. & in hanc opinio. inclinare videtur Do. Hiero. Mago. in ſuis deciſ. Lucenſ. deciſ. 89. in fine.

61 Quamuis † ſi delictum eſſet plenè probatum, & reus conuictus eſſet, & nihil poſſet ſibi opitulari, torturam, in qua negando perſeueraret, non proficere, quia delictum per eam purgatum non fuiſſet, voluerit Pau. de Caſt. in l. ſi qs hoc genus. C. de epiſ. & cleri. Alb. in rub. C. de quæſt. col. 2. Bal. in c. ad noſtram. ad fi. & poſt eum Fely. de proba. Marſ. ſing. 108. alios citat Rimin. iun. tom. 2. conſ. crim. in conſ. 84. nu. 12. inter quos citat Gramma. conſ. 12. nu. 24. qui ideo

62 † dicit Cæpo. malè conſuluiſſe d. conſi. 32. & contra caſum l. qui ſententiam. C. de pœn. quo paſsim mouentur Docto. ad ita tenendum, quem tex. ad hoc inducit, oſtenditque quomodo id ex eo colligi poſsit, hanc opin. ſequutus. Couarru. c. 23. pract. quæſt. verſ. prima concluſio. circa fi. Licèt idem Gramma. deciſ. 8. col. 2. ſenſerit contra Marſ. d. ſing. 108. pœnæ ordinariæ locum non eſſe, & ita hoc in caſu condemnationem ad mortem ſequi non poſſe, prout exiſtimat Marſ. ſequi poſſe; quia nec text. in d. l. qui ſententiam. nec Bald. in d. c. ad noſtram. quibus mouetur Marſ. nec Paris de Put. de ſindic. in verb. quidam latro. id dicunt: ſolum enim dicunt, quòd is damnari poterit, ſed neuter dicit, ꝙ ordinaria pœna.

63 Sed † Grammaticum errare credit Rimin. iun. d. conſi. 84. d. nu. 13. & ſeq. quia tex. in d. l. qui ſententiam. loquitur de capitali ſententia, propter quam mors infertur. Item Bal. in d. c.

in d.c.ad noſtram.dicit, ꝙ licèt reus ſemper in negando perſeueraret,ſi tamen crimen per teſtes probatum eſſet,condemnari debet,dum tamen ſit plenè probatum. Conſiderat Rimin. iun.pri-
64 mùm, ꝙ † Bal.loquitur de negante etiam in tormentis,cum ſimpliciter loquatur.Secundò quòd intelligit de condemnatione ordinaria delicti, quod patet (inquit ille) ex ſequentibus:Nam dicit,aliàs eſſet opus, ꝙ confiteretur ſaltem per tormenta perſeuerando in confeſsione,ſed hoc caſu ſine dubio pœna ordinaria cō-
65 demnaretur,ergo & in præcedenti. Et † ita pariter Par.s de Put. intelligi debet,per d l. qui ſententiā. qua mouetur. vnde corruit declaratio Gram.in d.deciſ.8.vt corruere ex prædictis firmat Rimin.iun.in d.loco.

Verùm nihil hæc vrgent, quæ conſiderat Rimin. cōtra Gram. & Couar.vbi ſupra.cum nec d.l. qui ſententiam. nec Bal.aliquid de tortura criminoſi expreſsè dicant, prout conſiderauit Gram. vt etiam conſiderat hoc in caſu Boer.d.deciſio. 163. num. 17. & poſt eum,quem refert,& ſequitur Crau. d.conſi.287. nu.4. lib.2. ergo opinio Pauli de Caſtro, Alber.Bal. & aliorum ſupra citatorum ſentientium, delictum plenè probatum non eſſe purgatum per torturam, temperāda eſt, vt procedat reſpectu pœnæ extraordinariæ,quæ ſic poterit imponi taliter in tortura perſeueranti plenè aliàs conuicto, non etiam reſpectu pœnæ ordinariæ,vt ſentit Gram.d.deciſio.8.contra Marſ.d. ſing. 108. prout multò magis temperanda erit pœna,quando ita perſeuerans in tortura nō eſſet teſtibus conuictus, ſed vel indubitata, vel vrgentiſsima indicia extitiſſent: quàmuis enim reus in tortura etſi graui, & ſufficienti perſeuerauerit in negatiua, in pœnam tā extraordinariā cōdemnari poterit: nullatenus aūt in pœnā mortis,& ordinariā, & ita vel in exilium,vel triremes ad tēpus, vel in perpetuum, vel aliàs iuxta delicti,& indiciorum qualitatem, & præſertim ſi reus eſſet valde famoſus,vt per Boſſ.in tracta.cauſar.crim.ti. de inquiſitio.nu.30.& Iul.Clar.d.q.64.d.verſi. illata reo.dicens, quòd ita Senatus Mediolani ſolet hos reos condemnare, & dicit Boſſ. in d.nu. 30. quòd ipſe non recordatur, ꝙ aliquis hoc in caſu fuerit ad mortem condemnatus, ſed ſolum in d. pœnam extraordinariam.& ita vt refert Gram.d.deciſ.163.fuit per magnam Curiam Vicariæ condemnatus quidam in pœnam triremium eius vita durante,ita tamen quòd quandocunque reperiretur liberatus à dictis triremibus,illicò vltimo ſupplicio plecteretur: quàmuis etiā vltra tres vices torturam ſemper negando ſubſtinuerit, cum de pluribus homicidijs,furtis, & alijs delictis plenè eſſet conuictus, & de nonnullis ex eis per vrgentiſsima etiam indicia, quam ſen-
tentiam



tentiam poſtea confirmauit ſacrum Regium Conſilium,ad quod fuerat appellatum,ipſo Gram.(vt ipſe dicit d.deciſio.8.in fin.) ſolum diſsidente,cui viſa fuit ſententia hæc nimis dura ea ratione, quia quando alicui pro aliquo delicto venit pœna mortis naturalis imponenda, & ex aliqua cauſa pœna ipſa minoraretur, certè talis pœna minorata non poterit eſſe capitalis, nec corporis afflictiua,ſed pecuniaria,vel alia, dummodo corpus non affligatur,vt latè ibi per eum,& conſ.crim.36.nu.23.conſi. 39. num.12. vol.5.& 23.nu.19.Capic.deciſ.27. nu. 14. & alij ſequuti ſunt, de quibus per Rim.iun.conſ.245.num.17.& ſeqq.& Proſp.Farinac. lib.1.var.qq.& commu.opin.crim. poſt primā huius noſtri tract. editionem euulgato.q.17.nu.72.& tamē in deciſ.mox alleg.propterea fuit voti ſingularis ratione multiplicatorum delictorum, illum per quinquennium dumtaxat ad remigandum eſſe cōdemnatum, vt & alijs in caſibus hos reos in pœnam triremium licèt ad tempus magna Cur.Vicar.vel Sacrum Regiū Conſil. condemnauit,vt per eundem Gram.deciſ.42.& deciſ.96.& d.conſ.39.in fin.& not.5.in fin.aliàs refert Proſper Farinac. d. q.17.nu.73. & ſeq.Ex quibus non benè conſuluit Rimin.iun.d.conſi.84.cū poſt nu.17.& nu. ſeq. voluerit hoc in caſu non ſolum pœna ordinaria hunc reum in tortura perſeuerantem in negatiua eſſe condēnandum,ſi plenè teſtibus eſſet conuictus, ſed etiam ſi conuictus eſſet præſumptionibus,& coniecturis, quæ ſimul iunctæ facerent plenam probationem, vt latè per eum ibi. quod & Couar. aſſeuerat ex Alex. Gram.& Marſ.quos alleg.c.23.prac.q. verſi.prima concluſio.circa fin.ſed tamen Rimin. iun.ibi ſubdit, ꝙ ſi Curia velit in mitiorem partem inclinare,poterit hunc reum ad triremes ad tempus condemnare,prout in conuicto teſtibus, & indicijs indubitatis in tormentis negante cōcludit Gram.in dictis deciſ.quas alleg.& ſequitur Fab. Monteleo.in ſua prax.arbitr.par. 4. nu.29. Nec Alex.Marſ.& Gram.alleg. ſupra per Couar. dicūt,prout eos aſſeuerare ille dicit,conuictum vrgentibus indicijs,aut legitimis probationibus poſſe condemnari ad mortem, & pœnam ordinariam,etiam ſi in tormentis negauerit; ſolum enim id aſſeuerant in conuicto legitimis probationibus; quinimo Alex. conuictū ex vehementibus indicijs,& negantem in tortura eſſe abſoluendum cenſet.

66 Et † propterea ad tollendas omnes difficultates præmitti debet dicta proteſtatio, cum qua de plano procedit d. concluſio, quòd negatiua reo non prodeſt, licèt in ea tortura perſeueraret, vt de plano procedere dicit idem Rimin.iun.d. conſi.84.nu. 15.
67 Prout ita etiam practicatur à Iudicibus, & Aſſeſſoribus cauſarū crimina-

criminalium,qui d.proteſtationem præmittunt,vt dicit Ant.Go
* mez.poſt d.nu.20.& communem eſſe obſeruantiā dicit Iul.Clar. d.q.64.verſi.veritas eſt.ex Cępo.d.conſi.crim.32.col. pen.verſic. nec poteſt dici. quē antea retulit Ant.Gomez.vbi ſupra. & Boſſ. in tract.cauſar.crim.tit.de ſent.nu.70.& ſequitur Simon de Pret. conſi.104.nu.39.& Tiber.Decian.cōſi.93.nu.20.vol.2. Quę quidem proteſtatio plenas conſeruat probationes, & ipſam ſententam,& condemnationem, effectusq; ex ea reſultantes ſecundum
67 prædictos Doct.in d.locis.Et† fatuus quidem eſſet Iudex, qui aliquem torqueret ſuper delicto, quod plenè probatum eſſet, niſi tortura inferretur cum proteſtatione prædicta, ꝙ non intendit eum torquere ſuper probatis,ſed ad habendam vlteriorem veritatem de complicibus,ſocijs,& receptatoribus,vt dicit Alber.in d.rub.C.de quæſtio.quem refert Boer.d.deciſ.163.nu.13. & Iul. Clar.in d.q 64.d.verſi.veritas eſt. admonens Iudicē,ꝙ apud acta talem proteſtationem apparere faciat. & fieri quidē ſolet in ipſo decreto torturæ.& ſentit etiam Vulpel. conſi. 4.nu.8.lib 1.

68 Et † ita torquēdo bannitū ſuper ſocijs,receptatoribus, & alijs criminibus(moderatè tamen: moderatam enim torturam Iudex debet inferre reos ſuper ſocijs torquendo, vt dicit Igne.in d.l.& ſi certus.nu.10.ff.ad Syllan. & ſequitur Clar.d.q.64.d.verſi.veritas eſt) poterit ille fateri etiam delictum,de quo bannitus,& condemnatus extitit, prout ſæpe contingit, & ita ſecurius ad executionem procedere Iudex poterit per hanc ſubſequutam confeſſionem, ſublatis circa recognitionem factam per ſolam cōfeſsionem banniti difficultatibus, de quibus per Ang.in l. hac conſultiſsima.d.l.inter ſtipulantem §.1.& d.l.2.de liber.& poſth.& Angel.Aret.in d.verb.Caium Sempronij abſque eo, ꝙ vſus fuerit d. practica,& cōſilio Ang.& Ang.Aret.in d.locis.plena,vt diximus,
69 periculo. Quamuis † ſi Iudex eo ſub colore bannitum torqueret,ꝙ ab eo velit habere vlteriorem veritatē ſuper ſocijs,& complicibus,vel ſuper alijs criminibus, vt ab eo confeſsionem extorqueat delicti,malitioſus dici poſſet, vt malitioſos tales Iudices, qui hac cautela vtuntur, dicit Paris de Puteo in tract. de ſindic. in verb.tortus.cap.1.poſt nu. 9. & ineruditos cauſarum criminaliū Iudices, & Aſſeſſores appellat Io.Igne.in l.& ſi certus. nu.10.
* ff.ad Syllan. qui hanc praxim totam penè Italiam obſeruare dicit,prout eos refert Iul. Clar.d.q.64.ver. ſcias etiam. qui ſubdit, quòd hanc tamen practicam laudat Bald.in l.1.& 2. C. de iuram.
* calum. quem ſequuntur omnes criminaliſtæ, vt dicit Foller. in prac.crim.cano.in verb. tormētis mox ſubijciantur. nu.5.& propterea laudandus non erat Commiſſarius, quem laudat Lau. ab

Occa



Occa.d.conſi.60.nu. 2. ꝙ ipſe optimè fecerit torquendo bannitum, & condemnatum directè ſuper crimine,vt cōfeſsio de ipſo delicto ab eo erueretur, non ſeruando practicam prædictā Barto.& aliorum.

70 Animaduertendum† tamen eſt, ne poſtea in tortura reum interroges ſuper delicto principali: diceretur enim per interrogationem huiuſmodi proteſtationi prædictæ contrariā ab ipſa proteſtatione receſſum: cum enim Iudex proteſtetur, ꝙ non intendit reum torquere ſuper delicto principali, de quo condemnatus,& cōuictus eſt reus,ſed ſuper ſocijs,& complicibus, & poſtea in ipſo actu torturæ nihilominus eum interrogaret, præſumitur
71 mutaſſe voluntatem,& proteſtationi renunciaſſe;quia† per con-
* trarium factū proteſtans à proteſtatione recedit,vt tradunt communiter Doct.in l.non ſolum.§.morte.ff.de nou. oper.nunc.& in c.cum M.Ferrarienſis.de conſtit.Albertin.de agnoſc.aſſertio.catho.q.12.nu.9.quem ſequitur Simanc.Catholic.inſtit.tit.55.nume.7.Cęph.conſi.222.nu.14.vol.2.Franc. Pegn.ſchol.24.ad Director.inquiſi. par.2.col.4.ver.hactenus explicui.dicens ad hoc eſſe glo. ſing. in c.tua nos de ſponſal. quā antea in caſu ſuo ſing.
72 dixerat Bero.conſi.93.nu.53.vol.1.& † tollitur præſumptio ſententiæ, & cæteris fit præiudiciū, vt in ſpecie tradit Boſſ.in tract. cauſar.crim.tit.de confeſſ.nu.28.& Io.Petr.Anch.q. famil.lib.3. q.72.nu.3.& antea Gram.deciſ.96 poſt nu.1. Vulpel. poſt Cęph. & Ferrat.quos alleg.conſi.4.nu.14.lib.1.Bertazol.conſil.119.nume.26.lib.1.poſt Cępo.quem alleg.& conſi.32.nu.19.& dicit ibi Bertazol.ex Boſſ.qui ita ſentit in tract. cauſar.crimin. tit.banniti quid amittant.nu.18.hoc † præſertim procedere,quod ſcilicet
73 tortura tollat hoc in caſu præſumptionem ſententiæ,quando indicia ſunt debilia,vel quando eſſemus in caſibus, in quibus de ſocijs interrogari non poſſet,de quibus per glo.& Doct.in l.fin.de accuſatio.vel nulla extaret præſumptio,vel ſuſpitio, ꝙ illi ſocij,
74 & participes interfuerint; nulla † enim hoc in caſu interrogatio facienda erat de ſocijs. Saly.in d.l.fi.de accuſat.col. 2. & 3.Bald. in trac.de quæſtio.& torment.ca.2.nu. 4. Boſſ. qui plures recen-
75 ſet,& idē † tenet etiam in caſibus exceptis, in quibus etiam reus de ſocijs interrogari non debet,niſi aliqua de illis pręcedat præſumptio,quod fuit notabile verbum d.glo.in d. l.fin.de accuſat. & ſentit Vulpel.d.conſ.4. nu.12.

76 Prout † ēt animaduertendū eſt,ne interrogationes, quæ reis fiunt in tortura ſuper cōplicibus, & ſocijs, dicentur Notario actuario,& ſcribæ ſub illis verbis videlicet.Et ad opportunam Domini interrogationē reſpōdit &c.vt ita interrogationes ſine illa-

L rum

rum extenſione extra torturã interdum à Iudice dictantur. Vſus enim iſte ita dictandi, quando reus in tortura de complicibus interrogatur, præmiſſa d. ꝓteſtatione eſt plena periculi. Si enim reus reſponderit ſuper ipſo delicto principali, de quo eſt condẽnatus, & talis reſponſio à Iudice Notario dictetur, & à Notario ſcribatur, vt exijt de ore rei, prout ita fideliter, dictari, & ſcribi debet, & in actis ita ſimpliciter ſcriptũ appareat videlicet, & ad opportunam D. interrogationem reſpondit. *Io non l'hò fatto queſto homicidio, non l'hò fatto &c.* & quia in negatiua ita perſtiterit, dubitaretur, an à proteſtatione prædicta receſſum fuiſſet, erit
77 vtique reſpondendum dubio procul receſſum eſſe: cũ enim † Iudici ſtandum non ſit, quid in interrogatione comprehenderit. c. quoniam contra. de probatio. cũ alijs, de quibus ſupra nu. 30. & per Maſcar. de probatio. vol. 2. concluſ. 949. Iudicis. dicendum eſt de delicto ipſo reum fuiſſe interrogatum, prout de illo reſpon
78 ſio ſubſequuta eſt. Quando † enim ignoramus, quid in interrogatione dictum fuerit, ex reſponſione explicita, & clara id vti-
79 que declaratur. Rimin. ſen. conſ. 702. nume. 12. lib. 4. Nam † reſponſio dicitur eſſe conformis interrogationi, & talis ſequuta dicitur, qualis interrogatio præceſsit. §. præterea. Inſti. de inutil. ſtipulat. cum alijs, vt per Natt. conſi. 98. num. 22. lib. 1. Grat. conſi. 81. nu. 45. lib. 2. Rimin. ſen. cõſi. 11. nu. 14. lib. 1. Simon de Prẽt.
80 conſi. 152. nu. 24. lib. 1. & † cum omnibus quidem qualitatibus in interrogatione contentis. Rimin. iun. conſi. 382. nu. 94. lib. 4. & Ceph. conſi. 374. nu. 9. lib. 3. qui alios allegãt. Et ideo cum reſponſio ſuper delicto ſequuta ſit, & ſuper delicto interrogationẽ
81 præceſsiſſe, clarè colligitur. Et † quidem vſus iſte ita dictandi interrogationes, quæ in tortura fiunt, non eſt, niſi imperitorum, ſimulque etiam malitioſorum, & improborum Iudicum, qui parum timentes Deum, cum reum verè ſuper delicto ipſo contra præmiſſam ab eis proteſtationem interrogauerint, ne ab illa receſsiſſe videantur, eo, quo diximus, modo dictitant interrogationes, vt viderim quandoque totum ita in tortura conſtitutũ hoc refertum dictandi ſtylo. Sed ædificant ij ad gehennam, dum ſummæ eorum imperitiæ ſummam quoque malitiam adiungũt, & tamen tantum obeſt, quòd hæc eorum malitia reis noceat, quòd maximè prodeſt, ſi in negatiua perſtiterint, in Reipublicæ tamen perniciem, dum illi ita pœnas euadunt, quas aliàs luiſſent, licèt in tortura ſuper complicibus ſolum illata in negatiua perſtitiſſent, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt num. 60. alijſque ſeq. Ab his ergo cauendum eſt.
82 Vt † etiam cauendũ eſt à ſuggeſtionibus, quas ijdem imperiti,





ſimulque improbi Iudices ſæpe faciũt reis in tortura præſertim, eaſque eo, quo diximus, dictandi modo tegere nituntur. Sunt
83 † enim rei præſertim in tortura generaliter interrogandi de complicibus, & ſocijs, ſi quos habuerunt, neminem in ſpecie nominando, aliàs interrogando de certa perſona, eſſet ſuggerere, & inſtruere reos ipſos, vt tales pro complicibus nominarent ad euitanda tormenta. vt admonet text. in l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtio. & in ſpecie de interrogatione facienda de ſocijs admonet Boſſ. in tracta. cauſar. crim. tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. nu. 148. Brun. de indic. & tortur. q. 1. 3. par. num. 23. Blanc. de indic. nu. 282. Simanc. Cathol. inſti. tit. 65. nu. 59. qui alios alleg.
84 Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 21. ver. retenta igitur. circa fi. vt † etiã ſuggeſtio euitanda eſt, ſi de alijs criminibus ita in tortura interrogarentur: non enim in ſpecie de certis criminibus, de quibus non conſtat, interrogãdi ſunt, ſed in genere de alijs criminibus,
85 ſi quæ alia cõmiſiſſent ad euitandam ſuggeſtionẽ, quæ † nullo in caſu permiſſa eſt, ſed in vniuerſum prohibita, vt d. §. qui quæſtionem. & tradunt Iudices admonentes præcitati Doct. in d. locis. & alij etiam, quos refert, & ſequitur Bertazol. conſi. 58. in fin. & alibi diffuſè diximus, & pluries de his admonuimus Iudices, fabricatoreſque proceſſus.

Vt autem Tirones prædicta exequi facilius inſtruantur, exemplum & formam conſtituendi bannitũ tum de plano, tum ad torturæ locum ſubijcio, & eſt huiuſmodi.

*Die 15. Maij. 1584.*

86 Conſtitutus † perſonaliter corã Magnif. & Excellent. D. N. Illuſtriſs. & R. D. N. Gubernatoris Peruſię, & Prouinciæ Vmbrię in criminalibus Locumtenente generali, meq; Notario, &c. Quidã Iuuenis iuſtæ ſtaturæ, cum barba nigra, & nigri coloris in facie, indutus caligis rubeis, &c. habens tale ſignum in facie, & in tali parte corporis, &c. Qui delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis &c. ad opportunas D. interrogationes dixit, & reſpondit, prout infra, videlicet.

Etſi bannitus eſſet Theutonicus, vel alterius regionis, vt linguam, & ſermones noſtros Italos, vel Latinos non intelligeret, adhibitis interpretibus, vt adhibendos eſſe ſupra admonuimus, debes ibi, ad opportunas D. interrogationes &c. addere, ſibi per D. vulgarizatas, & declaratas, & per tales interpretes deputatos præſentes, & aſsiſtentes ipſi conſtituto interpretata, dixit, & reſpondit in ſermone, vt theutonico, & per D. interpretes ipſi D. & mihi Notario declarato, prout infra videlicet. Et primo.

Interrogatus de eius nomine, cognomine, pronomine, patre, patria, & exercitio. Reſpondit.

Interrogatus an in Ciuitate Peruſiæ (vnde diceret ſe eſſe oriūdū) eiuſdē nominis, cognominis, & pronominis aliquē cognoſcat, & cognouerit, & aliquis alius eiuſdē nominis, cognominis, & ꝓnominis ipſius Cōſtituti ſit, & reperiať in d. Ciuitate. Reſp.

Et recepta reſpōſione, ꝙ in d. Ciuitate nemo reperitur eiuſdē nominis, & cognominis, cuius eſt ipſe Conſtitutus in hunc modum mādari ſolet Notario actuario, vt ſibi legat ſententiam condemnatoriā contra illum latā, & ſucceſsiuè vt infra interrogari.

Tunc Dominus ad omnē bonum finem, & effectum mandauit d. Conſtituto per me Notariū &c. exhiberi, & legi vulgari ſermone ſententiam condemnatoriam contra ipſum latam per Magnificum & Excellen. D. N. Locumtenētem ſub die 8. Maij. 1582. ſub rogitu ſequitur N. Notarij curialis, ſeu Cancellarij, ꝓut in libro condēnationū fol &c. Qua ſibi lecta, & vulgarizata per me Notariū &c. ad claram ipſius Conſtit. intelligentiā, eaq; benè ꝑ ipſum, vt aſſeruit, audita, & intellecta fuit idem conſtitutus per Dñm.

Interrogatus an ipſe conſtitutus ſit illemet Sempronius Martini de Peruſia, de quo in d. ſententia, & qui prout in d. ſententia reperitur condemnatus in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum. Reſpondit.

Et recepta reſponſione, ꝙ ipſe eſt, de quo in d. ſententia, licèt delictum (prout vt plurimum ita reſponderi ſolet) de quo in d. ſententia non commiſerit, in hunc modum pronunciari ſolet.

Tunc Dominus huiuſmodi recognitionem ipſius Conſtituti acceptauit, & propterea pronunciauit recognitionem huiuſmodi factam fuiſſe, fore, & eſſe legitimam, & ideo ſententiam condemnatoriam prædictam contra ipſum Conſtitutum latam iuxta formam Motuum propriorum Sum. Pont. & ſtatutorum deſuper editorum, & factorum ſuis loco, & tēpore fore, & eſſe exequendam. Et proſequendo examen pro vlteriori veritate habenda de complicibus, ſocijs, & receptatoribus, & alijs delictis proteſtatio præmittitur in hunc modum.

87 Et † præmiſſa expreſſa proteſtatione per Dominum, quòd per quaſcunque infraſcriptas interrogationes, & ipſius Conſtituti reſponſiones, ac per quacunque alia infraſcripta pro vlteriori veritate ſolum, & duntaxat quoad complices, & alios delictorum conſocios, & ipſius G. receptatores, & alia crimina per ipſum commiſſa facienda, & exequenda, nullo modo d. ſententiæ condemnatoriæ, vt ſupra contra ipſum Conſtitutū latæ, & rei iudicatę, & notorietati criminis ex d. Motib. ꝓprijs, ſeu aliter inductis præiudi-



præiudicare, & præiudiciū aliquod quouis modo, ac quomodocunque, & qualitercunque facere intēdit, ſed ſemper pro illorum executione permanere, fuit idem Conſtitutus per D.

88 Interrogatus † vbi, quando, à quibus, & ob quā cauſam captus fuit. Reſpondit.

Interrogatus, quanto tempore fuerit abſens ab eius domo, & vbi fuerit. Reſpondit.

Interrogatus quo tpe, & ob quā cauſam ſe abſentauerit. Reſp.

Interrogatus, an ſolus, vel aſſociatus, & à quo, ſeu quibus eo tempore ſe abſentauerit. Reſpondit.

Interrogatus ob quam cauſam ſimul cum ipſo ſe abſentauerint etiam dicti eius ſocij. Reſpondit.

Interrogatus an armati, & quo armorum genere, vel inermes ipſe conſtitutus & d. eius ſocij ſe abſentauerint. Reſpondit.

Interrogatus quomodo, & qualiter d. arma, tam ipſe conſtitutus, quàm ſocij habuerunt, & vnde illa ſumpſerunt, quādo ſe abſentauerunt. Reſpondit.

Interrogatus ex quo loco, & loco loci, quave hora tam ipſe cōſtitutus quàm dicti eius ſocij particulariter diſceſſerunt, quando eo tempore ſe abſentauerunt. Reſpondit.

Interrogatus quomodo, & qualiter ita inſimul ſe congregauerunt dicto tempore, quo ita diſceſſerunt, & ſe abſentauerunt, & ob quam cauſam. Reſpondit.

Interrogatus quid inſimul agere haberent, quòd ita inſimul ſe congregauerint, & ſimul diſceſſerint, & ſimul etiam deinde fuerint. Reſpondit.

Interrogatus, quo iuerunt tam ipſe conſtitutus, quàm dicti eius ſocij ſtatim ac primùm quòd ex d. loco, & loco loci diſceſſerunt, & ſe abſentauerunt. Reſpondit.

Interrogatus quid deinde fecerint tam ipſe conſtitutus, quàm d. eius ſocij vſque ad tempus eius capturæ. Reſpondit.

Interrogatus ſi fuerit citatus cauſa d. homicidij, de quo in d. ſētentia ſibi lecta, & quare non cōparuit ad ſe excuſandum. Reſp.

Interrogatus, vt dicat pro vlteriori veritate, quos complices, conſocios, & fautores habuerit, tam ante homicidiū, quàm etiā in facto, & poſt factum. Reſpondit

Interrogatus, quos fautores, & receptatores habuit poſtquā eſt condemnatus ex cauſa d. homicidij. Reſpondit.

Poteſt etiam, & ſolet bannitus captus poſt d. primum interrogatorium, recepta reſponſione in quo loco captus fuit hoc alio ordine interrogari.

Interrogatus ex quo loco peruenit ipſe cōſtitutus ad d. locū, in quo

quo captus fuit, & an ſolus, vel aſſociatus, & ad quid agendum, & ob quam cauſam, & quid ibi eo tempore ipſe, & ſocij agerent, & agere haberent. Reſpondit.

Et ita deinceps ſolet, & poteſt interrogari ex quo etiam loco ad hunc alium locum peruenit, ad quid agendum, & ob quam cauſam, & an ſimiliter ſolus, vel aſſociatus, & quid egerint, tam ipſe, quàm ſocij, vſque quò ipſum bannitum cõſtitutum ita eum interrogando reduxeris hoc ordine retrogrado ad eius patriam, & domum, & locum loci commiſsi delicti, ex quo primũ diſceſsit, quando ſe abſentauit. Sic.n. facilius bannitus conſtitutus ad locum commiſsi delicti reducitur, & ad illud quandoque (vt experientia docuit) confitendum, ét ꝙ directè de eo hoc modo non interrogetur, prout directè interrogari non debet. & tunc ſubijci poſſunt prædicta interrogatoria, videlicet. ob quam cauſam ſe abſentauit, & alia ſequentia, & licèt plura contineantur, vt ſupra in aliquo ex prædictis interrogatorijs, potes tamen ſingulariter etiam de ſingulis ipſum bannitum interrogare.

Et deinceps & aliter interrogandus eſt, vt natura cauſæ expoſtulauerit, & banniti reſponſiones, & confeſsiones, ac negationes fuerint, quod & ita generaliter admonet Foller. in prac. crim. in d. verb. captis foriudicatis recognoſcantur. poſt nu. 1. vbi & illud ponit interrogatorium, ſi fuerit inquiſitus de homicidio cõmiſſo in perſonã N. quod lecta ipſi conſtituto ſententia condemnatoria, vt ſupra, ſuperfluum eſt, cum ex lectura d. ſentẽtiæ iam ipſe ſciat fuiſſe inquietatum, inquiſitum, & condemnatum pro d. ho-
89 micidio. Et illud in vniuerſum tradi poteſt (licèt huius † rei ſine dubio nec diſciplina vlla in ſcholis, nec exercitatio tradatur, & naturali magis acumine, aut vſu contingit hæc virtus, vt admonet aliàs Quintilia. in ſuis orat. inſt. tametſi & arte naturali hoc acumen iuuari, & facilè ét id doceri poſsit, quod aliquãdo Deo fauente demonſtrabimus.) Quod altius repetita percunctatione tum à cauſa, & loco capturæ, tum à tẽpore, cauſa, & origine eius abſentiæ, tum à locis, ex quibus diſceſsit, & in quib. verſatus fuit, & perſonis, quarum habuit cõuerſationem, & familiaritatem, eò priora ſequentibus applicando Conſtitutum ipſum Iudex perducat, vt quos, iuxta ſuperius admonita, complices, conſociosq; & fautores habuerit, extorqueat, quos ſi detegere adhuc cõſtanter noluerit, dicens etiam ex ſe ipſo nec commiſiſſe delictum, ad tor-
90 turæ remedium in hunc modum deueniendum eſt. † Nam poſt d. interrogationes, & alias tum illarum, tum reſponſionum banniti occaſione factas in hunc modum monetur. videlicet.

Interrogatus, & monitus, vt ſe diſponat ad dicendã prædictã

vlteriorem



vlteriorem veritatem quoad prædictos cõplices, conſocios, & fautores, ac ipſius Cõſtituti receptatores, ne alioquin opus ſit cõtra ipſum deueniri ad iuris, & facti remedia opportuna, & rigoroſum examen. Reſpondit.

Et eo perſiſtẽte in negatiua fit decretũ torturæ hũc in modũ.

Tunc Dominus citra præiudicium eorum, quæ confeſſus fuit, (ſi aliquid confeſſus fuerit) & prædictæ ſententiæ condemnatoriæ, rei iudicatæ, notorietatis criminis etiã à d. Motib. proprijs, vel aliter inductæ, probatorum, & recognitionis perſonæ ipſius banniti, de qua ſupra, quibus expreſsè proteſtatur, quòd per infraſcriptam, & ſequentem torturam, & ſequentes interrogationes, & d. rei reſponſiones, & dicta, pro prædicta vlteriori veritate quoad complices, conſocios, fautores prædictos, ac eius receptatores ſolùm, & dumtaxat inferendam nullatenus præiudicare intendit, mandauit pro prædicta vlteriori veritate habenda, cum aliter haberi non poſsit, ſtante grauitate cauſæ, d. cõdemnatione, & qualitate ipſius, ac militantibus contra ipſum indicijs, præſumptionibus, & adminiculis cauſæ reſpicientibus ipſum Cõſtitutum adduci ad locum torturæ, ibiq; ſpoliari, ligari, & ad funem præſentari.

Qui ſic adductus, ſpoliatus, ligatus, & ad funem præſentatus fuit pluries benignè monitus per Dominum de prædicta vlteriori veritate dicenda quoad complices, cõſocios, fautores, & receptatores prædictos, nec patiatur in funem eleuari, prout eleuabitur, ſi in eius pertinacia perſtiterit. Reſpondit.

Tunc Dominus repetita proteſtatione prædicta, cum conſtanter nollet prædictam vlteriorem veritatẽ fateri, mandauit ipſum in funem eleuari.

Qui ſic eleuatus cœpit dicere, Ohime Sancta Maria, &c.

Interrogatus, & monitus, vt tandem recedat ab eius pertinacia, & ſe diſponat ad dicendam prædictam vlteriorem veritatem quoad cõplices, cõſocios, fautores, & receptatores ꝓdictos. Reſp.

Et cum aliud ab ipſo Conſtituto haberi non poſſet, Dominus mandauit ipſum Conſtitutum leuiter deponi, diſſolui, & reponi ad locum ſuum animo &c. cum ſtetiſſet in tortura per ſpatiũ mediæ horæ. Et ſi non eſt amplius torquendus: moderata enim debet eſſe tortura, vt diximus, ad habendam veritatem de complicibus, ponendus eſt ad largam.

FINIS CAPIT. II.

# FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI

## TRACTATVS DE EXECVTIONE SENTENTIAE CONTVMACIALIS CAPTO BANNITO.

### CAPVT III.

*SVMMARIVM.*

1 *Terminus ad faciendum defenſiones, ſiue ad dicendum cauſam, quare executio fieri non debeat, an aſſignari poſſit, & debeat bannito capto. & nume. 6.*
*Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico. num. 26. 27.*
2 *Bannitus ſi ante bannum fuit citatus ad ſe defendendum, & non comparuit, & eſt bannitus, non eſt ei terminus aſſignandus ad ſe defendendum.*
3 *Statutum ſi diceret, quod ſtatim quod eſt præſentata condemnatio, de facto exequi debeat, an citatio ante executionem requiratur.*
4 *Statuto ſtante, quod Proconſul Notariorum ſtatim quod ſibi præſentatur condemnatio facta de falſitate alicuius Notarij, debeat ipſum de facto abradere de matricula, debet Notarius citari antequàm abradatur.*
5 *Quod fallit, ſi antea eſſet aſſignatus terminus cum comminatione, quòd ponetur in banno.*

*Sententia*



6 *Sententia contra bannitum lata in contumaciam retractari non poteſt per Iudicem Principe inconſulto, licet ſibi de illius innocentia conſtaret.*
7 *Fruſtra quis admittitur ad probandum, quod probatum non releuat.*
8 *Clauſulæ decreti irritantis vis eſt effectus, quia quicquid contra illud facit pro infecto habetur.*
9 *Item eſt ipſo iure nullum.*
10 *Clauſula decreti irritantis ligat, ſiue iuſte, ſiue iniuſte emanauerit.*
11 *Foller. & aliorum opinio, quod bannito capto dandus ſit terminus ad dicendum cauſam, quare executio ſententiæ fieri non debeat. & numero 13. 14.*
12 *Bannitus captus poteſt excipere de nullitate ſententiæ, ſed per ſeipſum, non per procuratorem.*
15 *Statutum ſeruandum eſt.*
16 *Sententia capitalis ferri non debet in abſentem.*
17 *Defenſio deneganda non eſt, ſed quandocunque petente reo concedenda.*
18 *Immo augumentanda eſt.*
19 *Confeſſus verè crimen an poſſit reuocare confeſſionem, & probare contrarium.*
20 *Statutum iniquum eſt, & contra ius naturale, quod denegat defenſionem.*
21 *Conſuetudo mala, conſuetudo non eſt.*
22 *Iudex miniſter eſſe non debet iniquitatis.*
*Iudex ſententiam propriam iniquè latam exequi non debet, ibid.*
23 *Iudex tanto curare debet ſententiam latam contra innocentem, quanto apud Deum, & eius Eccleſiam neminem grauare poteſt iniqua ſententia.*
24 *Bannitus captus, an ſit audiendus in ſuis defenſionibus per ipſum Iudicem de iure communi, & quid ſecundum ſtatuta locorum. numero 26.*
25 *Contumacia non habetur pro legitima probatione.*
27 *Statutum habens contumacem pro confeſſo, & conuicto non dicitur excludere exceptionem innocentiæ.*
28 *Innocentia oſtendi poteſt per bannitum, licet habitum pro confeſſo, & conuicto.*
29 *Bannitus poſt ſententiam an audiri poſſit per officium Iudicis.*
30 *Bannitus an poſſit probare ſuam innocentiam ante ſententiam, ſed tamen poſt publicationem teſtium, & concluſionem in cauſa remiſſiue.*
*Et an poſt renunciationem factam defenſionibus, & termino probatorio. remiſſiue. ibid.*
*Et an ante ſententiam probare poſſit innocentiam quolibet modo, & via legitima, & ordinaria.*

*Bannitus*

31 Bannitus an poſt ſententiam poſſit quolibet modo probare innocentiam, vel ſolum per euidentiam facti.
32 Iac. de Aret rationes refelluntur circa ſtatutum de executione facienda contra bannitum non auditum in ſuis defenſionibus.
33 Defenſio in multis de iure communi denegatur.
34 Statutum valet, quod non tollit defenſiones, ſed limitat tempus ad ſe defendendum.
35 Probatio omnis excludi poteſt poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.
36 Termini aſſignatio illuſoria eſſe non debet.
37 Defenſio ob contumaciam tolli poteſt.
38 Confeſſio ficta an plus poſſit, & quando, quàm vera confeſſio.
Confeſſio vera reuocari poteſt, non autem ficta. ibid.
39 Confeſſus fictè ex contumacia non poteſt probare contrarium, ſi ſtatutum tollit etiam defenſionem.
40 Statutum tollens defenſionem poſt certum tempus an iuſtum ſit, & valeat.
41 Motus proprius Pij Quarti, qui tollit bannito capto dictionem nullitatis, & defenſionem.
Bannitus non poteſt admitti ad defenſionem, niſi per Principem. ibid.
42 Statutum diſponens in criminalibus neminem eſſe audiendum ad aliquam exceptionem, an dicatur auferre officium Iudicis.
43 Statutum tollens defenſionem an dicatur tollere officium Iudicis.
44 Officium Iudicis an ſit de iure naturali, vel poſitiuo, & à Principe ſic tolli poſſit. & nu. ſeq.
Alber Brun. reprehenditur. ibid.
46 Defenſionis ſubſtantia tolli non poteſt per Principem, ſed bene quoad formam, & ſolennitatem iuris poſitiui.
47 Defenſio tolli poteſt poſt certum tempus.
Defenſio quo reſpectu dicatur de iure poſitiuo. ibid.
48 Appellatio continet defenſionem aduerſus iniquitatem iudicantis.
Appellatio eſt releuamen oppreſſorum ibid.
Appellatio an & quo reſpectu tolli poſſit per Principem. ibid.
49 Appellationis interponendæ tempus mutari poteſt per Principem.
Appellationis tempus antea erit triduum, hodie eſt decem dierum. ibid.
50 Appellationis terminandæ tempus mutari poteſt per Principem.
Appellationis cauſæ terminandæ tempus eſt hodie annus, & ex cauſa biennium. ibid.
51 Sententia lata in contumaciam contra bannitum non ex ueris probationibus, ſed ex fictis, & priuilegiatis, an per iudicem etiam Principe inconſulto retractari poteſt & nu. 53.
Sententia lata contra bannitum tanquam habitum pro confeſſo, & conuicto, an

cto, an



cto, an tranſeat in rem iudicatam. ibid.
52 Sententia non tranſit in rem iudicatam, quæ lata eſt ex fictis, & priuilegiatis probationiaus, & ex nouis, & fortioribus probatiunibus retractari poteſt.
54 Sententia quamuis in contumaciam contra bannitum tranſit in rem iudicatam, & facit delictum notorium ex Motu proprio Pij Quarti.
55 Præſuppoſito ſublato corruit argumentum, & deciſio.
56 Iudex licet propriam ſententiam iniquam exequi non debeat, non tamen ſequitur, quod ex hoc poſſit bannitum admittere ad defenſionem, ſed bene quoad ſuperſedere debeat in executione.
57 Gratiam ſi bannitus captus oſtendat, ſententia exequi non debet, licet cancellata non fuerit. & nu. 64. 67.
58 Princeps ſolus facit gratiam delictorum.
59 Barones, & feudatarij de facto, vel conſuetudine faciunt gratiam delictorum.
60 Sed in Ducatu Mediolani non faciunt gratiam delictorum, niſi id ſpecialiter ſit illis conceſſum.
61 Farneſiis Ducibus fuit infeudata Ciuitas Nouariæ cum poteſtate etiam faciendi gratiam delictorum.
62 Abſolutionem per viam diſpenſationis ſi bannitus oſtendat, an in executione ſententiæ non cancellatæ ſit ſuperſedendum.
63 Quid autem ſi aliàs reus in foro iudiciali obtinuerat abſolutionem. remiſſiue.
65 Sententia an exequi poſſit contra bannitum de banno non cancellatum, qui gratiam allegauit, ſed adhuc non oſtendit.
66 Bannitus ſi proteſtetur contra volentem ipſum occidere quod habet gratiam an poßit impune occidi.
68 Et an dicta proteſtatio reddat occidentem culpabilem, ſi an ille eſſet rebannitus perſcrutatus non fuit, vt pro culpa puniri poſſit. & nu. 70.
69 Iudex an ſit in culpa, & ob id ſit puniendus ſi perſcrutatus non fuit, an bannitus captus eſſet rebannitus, cum ille ſe habere gratiam allegauerit, & proteſtatus fuerit.
71 Iudex quidam reprehenditur, qui exequutus fuit ſententiam non cancellatam contra bannitum, qui allegauit gratiam, quæ paulò poſt ipſum ſuſpenſum apparuit.
72 Mortis de homine cunctatio nunquam ſera eſt.
73 Sententia contra bannitum captum exequi non debet, ſi legitima ad inquirendum indicia non præceſſerunt.
74 Bannitus ſecundum terminos Motus Proprij Pij Quarti potuiſſet, licet captus infra tempus ab eo ſtatutum, admitti per iudicem ad ſuas defenſiones, ſed obſtat Motus proprius Pij Quinti, qui ſuperuenit.
75 Bannito poſito ad largam ſolet quandoque fieri intimatio pro ſingulis diebus,

bus,

*bus,& horis ad videndum relaxari mandatum executiuum de exequẽdo*
*ſententiam latam contra eum.*

76 *Bannitus, ſeu in banno poſitus ſi habetur à ſtatuto pro condemnato, an ſit*
*opus nouo proceſſu declaratio, ipſum eſſe talem, qui eſt bannitus, & an*
*deſuper bannitus citari debeat ante executionem.*

## CAP. III.

### *Quæ ſint partes Iudicis completo proceſſu contra bannitum captum pro executione ſententiæ.*

FACTA autem recognitione huiuſmodi
perſonæ, ſcilicet ipſius bãniti, ac alijs prę̨
dictis quoad complices, fautores, & re-
ceptatores peractis, ſola reſtat (vt dixi-
1 mus) ſententiæ executio, ſine † aliquo ter
mino ad faciendum defenſionem, ſeu ad
dicendum cauſam, quare contra ipſum
bannitum ſententia exequi non debeat,
ex ſententia Bar.in d.l.inter ſtipulantem.
§.1.ff.de verb.oblig.& in l.diuus.ff.de cu
ſto.reor.& in l.quiſquis.in fi.C.ad legem
Iul. maieſt.& in l.1.ff. de requir.reis. & aliorum ſupra alleg. c.1.
num.230.Carrer.in pract.crim.fol.14.num.7.ſecundum Lugdu-
nen.impreſsio.Arno.epith.87.& in comment 42.poſt Fely. in c.
ad abolendam.in fi.de hæretic.& Afflic. in conſti.pœnam eorum.
in 17.q.quatenus concludunt, quod conſtito, quod bannitus eſt
illemet, qui fuit condemnatus, vt in ſententia, cõfeſtim ad furcas
mittitur, nec ſuper crimine auditur, & Bonacoſ.in commu.opin.
verb.exequi, relatus inter commu.opi.recens collec.tom.2.lib.7.
tit.15.de executio.rei iudica.vbi dicit poſt Iul.Clar. quem alleg.
quod facta recognitione, bannitus non eſt audiendus, ſi peteret
admitti ad nouam defenſionem, niſi ex principis gratia. Ex quo
2 enim fuerat bannitus iſte captus citatus ante bannum, & datus ei
abſenti terminus ad ſe defendendum, & etiam poſt bannum, &
ante ſententiam diffinitiuam fuerat adhuc ei aſsignatus alius ter
minus ad faciendum ſuas defenſiones, vt fieri, & obſeruari ſolet,
alius terminus eo capto dari non debet. Nell. de Sancto Gemin.

in tract.



3 in tract.de bannit.3.par.1.temp.q.4.in fi. Et † ideo licèt quando
ſtatutum diceret, ꝙ ſtatim quod præſentata eſt condemnatio de
facto exequi debeat, tamen citatio requiratur, vt voluit Nell. in
d.loco.& ſequitur Aſin.in prax.iudic. c.5.§.7. limita.99. & dicit
Nell.in d. loco, ꝙ ita ſeruari fecit de iure conſultus dictante ſta-
4 tuto, † ꝙ Proconſul Notariorum ſtatim ꝙ ſibi præſentatur con-
demnatio facta de falſitate alicuius Notarij, debeat ipſum de fa-
cto abradere de matricula, debet tamen antequam abradatur, ci-
5 tari. Tamen † hoc non habet locum, & non procedit, quando an-
tea eſſet aſsignatus terminus cum comminatione, ꝙ ponetur in
banno. Nam eo non comparente, & facta probatione non requi-
ritur alia citatio ſecundum Nell.& Aſin.poſt eum, quem refert in
d.locis. Sunt hæc annotanda ad interpretationem Motus proprij
Pij II. inſerti in Bulla Pij V. contra bannitos, & homines faci-
noroſos, dum inquit, ꝙ Gubernatores, & Legati etiam de latere
non poſsint bannitos rebannire, aut in patriam reuocare, vel ſal-
uum conductum illis concedere, & mandat his veluti nullis non
obſtantibus eos capi, & incõtinenti de illis iuſtitiam fieri ſine vl-
teriori ſententiæ notificatione, aut ſuperioris requiſitione.

Et fruſtra quidem bannitus captus ad nouas, vel alias defen-
6 ſiones per Iudicem inconſulto Principe admitteretur. Nam † ta-
metſi de illius innocentia poſt condemnationem conſtaret, ſen-
tentia tamen per ipſum Iudicem retractari non poſſet, niſi Princi-
pi reſcriberetur, & Princeps ipſe gratiam faceret, aliàs executio
fieri debet.d.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.d.l.diui fratres.ff.de
pœn.& vtrobique Bar.cum alijs infra alleg.c.fi.nume.317. Non
ergo Principe inconſulto Iudex debet bannitum captum ad de-
7 fenſionem admittere, quia fruſtra † quis admittitur ad proban-
dum, quod probatum non releuat.l.ad probationem.C.de proba
tio.cum ſimi. & in dictis Motibus proprijs adſunt clauſulæ decre
ti irritantis, quæ etiam irritant quamcunque defenſionem, ad
quam Iudex bannitum admitteret ſine ſpeciali gratia ipſius Sum-
mus Pontif.contra formam dictorum Motuum propriorum, cu-
8 ius clauſulæ decreti irritantis ea eſt vis, & effectus, vt quicquid
contra illud fit, pro infecto habeatur. Oldra conſi.319.Abb.in c.
dilectus.num.14.de præben.Fely.in c.cum acceſsiſſent.verſ.3.de-
claratio.de conſti.Caſſad.deciſ.12.num.4.& ſeq. de reg.cancella.
alios alleg. Ant.Gabri.lib.6.commu.concluſ.tit.de clauſulis. con
9 cluſ.3.nu.56.vbi etiam dicit, quòd † eſt ipſo iure nullum, vt ibid.
10 num.57.& ligat dictum decretum clauſulæ irritantis ſiue † iuſtè,
ſiue iniuſtè emanauerit, vt per eundem Anto.Gabriel. d.concl.3.
nume.7.

Sed

11 Sed † Foller. in pract.crim.in d.verb. captis foriudicatis reco-
gnoſcantur.num.3.dicit,ꝙ debet intelligi quod dicunt Bar.& alij
ſupra citati, vt procedat dato breui termino ipſi bannito capto
ad dicendum cauſam, quare contra ipſum bannitum ſententia
exequi non debeat,& ſubdit,ꝙ ita ſeruatur,& ſeruari vidit.Et eã
dicit eſſe rationem,quia licèt à ſententia huiuſmodi appellari nõ
12 poſsit,neque poſsit de innocentia doceri, poteſt † tamen dici de
nullitate ſententiæ, vt habetur per Afflict. in conſti.pœnam eo-
rum.in 5.q.prin.in fi.& ſeq.Cum ergo bannitus aduerſus ſenten-
tiam defenſionem habeat,audiri debet, quam tamen nullitatem
principalis ipſe debet allegare,non autem procurator, vt ibi per
Afflict. quem etiam in hoc ſequitur Foller.vbi ſupra.nume.3.qui
etiam ſubdit,ꝙ poſſet practicari,ꝙ nõ detur terminus prædictus,
niſi petatur, & niſi allegetur tale quid, in quo datio termini cõ-
ueniat,tutius tamen eſt ꝙ detur ſecundum eum. Et dixit antea
13 Saly.in l.2.C.de requir.reis.reprobando Bar.vbi ſupra,ꝙ † ęquũ,
& iuridicum eſt dari bannito dilationem ad allegandũ quicquid
vult,cur executio banni fieri non debeat,attento maximè ꝙ com
mendatur Iudex qui poſt condemnationem ſuſcipit de innocen
tia probationes,l.1.§.fi.ff.de quæſt.& illũ refert,& ſequitur Nat.
conſi.444.poſt num.9.lib.2.tum, vt ſenis iudicibus freni tempe-
ries imponatur.l.ſi quis. C.de cuſtod.reor. idem etiam, quod ſit
dandus terminus ad allegandum aliquam defenſionem tenet An
14 to.Gomez.in l.tauri 76.nu.13.Quinimmo † ſtante etiam ſtatuto,
ꝙ ſi accuſatus non comparuit, & fuerit contumax, habeatur pro
confeſſo,& conuicto, & condemnari debeat,& condemnatus de-
capitetur, nulla eius defenſione audita, ſi quo tẽpore in fortiam
Communis peruenerit, ſi ipſe bannitus poſtea captus petat à Iu-
dice dilationem ſibi dari ad defendendum,eſſe dandam.voluit Ia
co.de Aret.relatus per Bonifac. Vital. de malefic. rubr.de forma
accuſationis porrectæ per ſindicum.col.18.verſi.ſed quid ſi M.ac-
cuſatus &c.vbi format d.quæſt.& primo arguit,ꝙ non ſit dandus
15 dictus terminus, ex quo ſtatutum ſic diſponit,quod † eſt ſeruan-
dum.l.conſtitutionibus.ff.ad municipal.l. non aliter. ff. de leg. 3.
proſpexit,ff.qui & à quib. Contrarium tamen determinat,quod
16 ſit dãda dilatio,& ꝙ ſit audiendus, quia † talis, & tanta ſententia
17 ferri non poteſt in abſentem.l.abſentem.ff.de pœn.Itẽ quia † de-
fenſio deneganda non eſt,ſed quandocunque petente reo conce-
denda.l.vnius facinoris.§.pen.ff.de quæſt. l. defenſionis facultas.
18 C.de iure fiſc.lib.10. immo † augumentans eſt. l.quoniam.in fi.
19 C. de hæretic.Item † quia ſi fuiſſet confeſſus homicidium, vel de-
lictum,& vellet poſtea probare contrarium,eſſet audiendus.l.idẽ
Nera-



20 Neratius.§.fi.ff.ad leg.Aquil.multo magis hoc caſu.Item † quia
tale ſtatutũ iniquũ eſt,& contra ius naturale. l.fi.C. ſi contra ius,
21 vel vtil. publ.cum ſimilib. Item † & mala conſuetudo, conſuetu-
do non eſt,ideoque non eſt ſeruanda.§.fi.in Auth.vt null.iudic. l.
quod contra rationem.ff.de legi.& ita determinauit Iacob.de A-
ret.ſecundum præfatam doctrinam, illum audiendũ eſſe,non ob-
ſtante dicto ſtatuto,& eum etiam ſequitur Nat. qui alijs etiam ra
tionibus id comprobat d.conſi.444. lib.2.

Et cum agatur de executione pœnæ corporalis propter contu
22 maciam, certè Iudex † miniſter eſſe non debet iniquitatis; vnde
ſententiam ẽt propriã iniquè latam exequi nõ debet, ſed Princi-
pi reſcribere,& ab executione abſtinere.l.1. §.ſi qs vltrò.ff.de qſt.
Fulg.conſi.147.inter conſi.Imo.Ang.conſi.276. Dec.in l.& ſi ni-
hil.ff.de reg.iur.Iaſ.in l.is qui.ff.qui teſt.fac.poſ. Card.Alban. in
lucubra.in Bar.in l.1.ff.de requi.reis. & in l.ſi qua. nu.7.ff.de his,
qui ſunt ſui,vel alie.iur.cum alijs infra alleg.c.fi.nume.317.Et di-
xit idem Card.Alban.in eiſdem lucubrat.in l.Caſsius.num.15.ff.
23 de Senator. ꝙ † Iudex tantò curare debet ſententiam latam cõ-
tra innocentem quantò apud Deum,& eius Eccleſiam neminem
24 grauare poteſt iniqua ſententia.c.cui eſt illata.11.q.3.Et † ita ban
nitum hunc eſſe audiendum quamuis captum voluit etiam Ang.
poſt Specul.& Ioan.Andr.quos alleg.in l.inter accuſatorem.ff.de
pub.iudi.vbi poſt eos dicit,ꝙ ſi Iudex fuit ita beſtialis, (vtor eius
verbis) ꝙ tulit ſententiam condemnatoriam decapitationis con-
tra contumacem tanquam habitum pro confeſſo propter eius cõ
tumaciam,& ille venerit in fortiam curiæ,non debet executio fie
ri,ſed de nouo de crimine cognoſcendum eſt,alleg.Spec.& Ioan.
And.ad eum in tit.de accuſa.§.ſequitur videre de contumacia ac
cuſati.col.6.verſi.& pone.& voluit etiam Alb.4.par.ſtatut. q.56.
circa finem.& Dec.conſi.458.num.9.& ſeq.& Card.Alban.in d.l.
ſi qua.de his qui ſunt ſui.vel alie.iur.& in d.l.1. ff. de requir.reis.
Quod clarum eſt de iure communi,vt dicit Dec. d.conſil.458. d.
25 num.9.quia contumacia † (ſubdit ille) non habetur pro legitima
probatione,vt no.Bar.in d.l.diuus.ff.de cuſto.reor.col.1. in verſ.
vlterius vos videtis.& in d.l.abſentem. col.3. verſic.extra glo.de
pœn.cum concor.& latè proſequitur And.Gail. de pace publica.
26 c.8.& Gerard.Mazol.in conſi.11.nu.10. Et † clarum etiam eſſet
ſecundum ſtatuta locorum, licèt aliquod dubium facere videan-
tur,vt dicit idem Dec.d.conſi.458.in d.loco & ſatis cõſtat ex his,
27 quæ ſupra diximus c.1.quæ licèt † præciſè loquerentur, & habe-
rent contumacem pro confeſſo,& conuicto,adhuc tamen non di-
cerentur ſaltem excludere exceptionem innocentiæ, ſecundum
eundem

eundem Dec.in d.loco.num.11. cum alijs infra alleg. c.fi. nu.46.
28 quam † ſic poſſet oſtendere bannitus,quamuis habitus pro con-
feſſo,& conuicto, vt eſt text.quem ibi ad hoc ponderat Ange.&
Pau.de Caſt.in l.2.C.qui teſtamen.fac.poſſ. alios allegat Natt.d.
conſi.444.num.1.lib.2.& ſentit Ange.poſt Spec.& Ioan.Andr.in
dictis locis. quatenus dicunt (vt ſupra retulimus) hunc captum
eſſe audiendum,licèt condemnatum tanquàm habitum pro con-
feſſo, quod non eſt de iure communi,ſed ſecundum ſtatuta,vt ſu
pra diximus c.1.in prin.vt etiam idem voluit Anto.Gomez.c.13.
29 delict. poſt num.33. qui tamen primò dicit, ꝙ poſt † ſententiam
ſolùm per officium Iudicis,non etiam ad inſtantiam partis inno-
centia probari poteſt, dicens, ꝙ eſt ad hoc text. ſing. in d.l.1.§.ſi
quis vltro.ff.de quæſtio.& in l.diui fratres. ff.de pęn.& vtrobique
* Bar.& Alber.& communiter Docto.& Bar.in l.ſi maritus.2.§.præ
ſcriptiones.ff.de adulte.col.1.num.4.conſi.107.col.1. Bal. in l.cũ
precum.C.de libe.cauſ.Saly.vbi reputat ſing.in l.2. C. de requir.
reis.col.2.num.2.& in l.fi. C.de quæſtio. col.fi. in med. Secundò
30 † quod licet tam in termino probatorio, quàm etiam poſt ipſius
lapſum,immo etiam poſt publicationem teſtium, & cõcluſionem
in cauſa,& renunciationem defenſionibus, & termino probato-
rio factam poſſit inquiſitus probare innocentiam, & defenſioné
ſuam quomodolibet,& via legitima,& ordinaria,vt latè per eum
31 ibi ex communi, tamen quod poſt ſententiam † probari non po-
teſt,niſi per euidentiam facti probando negatiuam quę arguat,&
oſtendat non eſſe delictum commiſſum, vt quia vere, & realiter
probat hominem,qui dicebatur interfectus viuere,vel quid ſimi
le:& dicit quod in terminis, & quidem ſubtiliter id probat text.
per ipſum ſic ponderatus,& intellectus in d.§.ſi quis vltro.licet ſi
ex debilibus indicijs bannitus quis facit, & condemnatus, ſatis
etiam eſſet,quod minus plenè ſuam bannitus probaret innocen-
tiam,vt ſupra diximus c.1. nu.215.
32 Sed prædictæ † rationes Iaco. de Aret. parum hodie, & nihil
vrgent; nam primo concluſio illa, quod talis, & tanta ſententia
ferri non poſſit in abſentem hodie non procedit de conſuetudi-
ne generali, ex qua in quantumcunque graui crimine contra ab-
ſentes proceditur, & pro confeſſis habentur, & non ſolum ban-
niuntur, ſed ad mortem ẽt condemnantur, vt ſupra diximus c. 1.
nu.9. Secunda ratio,quod defenſio deneganda non eſt,ſed quan-
docunque reo petente cõcedenda, non affert etiã præiudicium,
quia tollitur ex dictis Andr. de Iſer. in d.conſtit. pœnam eorum.
quem ſequitur ibi Afflict.num.12. dicunt enim ibi And.& Afflic.
33 certum † eſſe, quod in multis poſt lapſum tẽporis denegatur de-
fenſio



34 fenſio de iure communi, vt ſit finis litium, & † quod eadem ra-
tione valet conſtitutio, quæ admittit bannitum ad ſe defenden-
dum intra certum tempus, ſed poſt illud non amplius admittit
ad ſe defendendum, & ideo limitare tempus ad ſe defendendũ
non eſt tollere defenſiones ſecundum eos, & Nell. de bannit. 2.
par.2.tẽp.q.2.Alex.conſi.105.nu.9.Carauit.ſuper Rit.mag.Cur.
35 Vic.ritu 210.nu.15.ſic † etiam vult ius, quod propter ſententiã,
quæ tranſit in rem iudicatam excludatur omnis probatio, ſecun
dum Bal.in l.cum quis.C.de iur.& fac. igno. Stat ergo iuſtitia in
lapſu termini,vt dicit Bald. in l. contractus.§.ſuper cęteris.C.de
non nume.pec.& in l.acceptum.q.21.C.de vſur.& Imo.in c. tua.
36 extra.qui mat.accuſ. poſ. quia † termini aſsignatio illuſoria eſſe
non debet, ſecundũ Bal.in l.fi.C.de teſta.manumiſ. & Afflic.vbi
ſupra.prædictum ergo ſtatutum,de quo per Iac.de Aret.non di-
citur tollere defenſiones,ſed limitare tempus ad ſe defendendũ,
37 & ita defenſio poſt illud tempus iuſtè denegatur. Et † ob contu-
maciam præterea defenſio tolli poteſt. vt inquit Bal.in l. vt vim.
col.1.ff.de iuſt.& iur.& poſt eũ Natt.conſi.542.nu.18.vol. 3. per
tex.in l.ſed & ſi per prætorem.§.ſed & ſi dum decreto.ff. ex qui-
bus cauſ. maio.Nell.d.q.2.2.par.2.tẽp.de bannit.Carauit. vbi ſu
pra,Albert.Brun.vbi latè tractat de ſtatutis.in verb.bãnitus. ver
ſicu.ſtatutum,ꝙ bannitus non audiatur.& verſi. ſtatutum,ꝙ ban
38 nitus non audiatur eſt pœnale,in fi. Tertia † ratio ex eo tollitur,
quia plus poteſt hæc cõfeſſio ficta,quã vera,& plus ex illa,quàm
ex hac quis punitur.Nã ille,qui verè confeſſus eſt, poteſt proba-
re contrarium eius, quod eſt cõfeſſus,allegando confeſſionẽ er-
roneã,vt not.Saly.in l.2.C.de cuſto.reor.c.fi.& ibi Anto.de But.
de confeſſ.cum concord.vt poſt Boſſ.& alios,quos alleg.habetur
* per Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.55.verſi.fi.vbi de cõmuni.Sed con
feſſio ficta,quæ oritur ex contumacia poſt ſententiam, nullo mo
do reuocari poteſt,ſecundum Bar.in l.abſentẽ.ff.de pœn.& Bald.
in l.1.col.2.C.ne ex delic.defunc.& in l.error.circa fin.C.de iur.
* & fac.ignor.Afflic.in d.conſt.pœnam eorum.nu. 67. & ita com-
muniter ſeruari dicit Bal.in l.ſeruum quoque.§.publicè. colum.
6.in med.ff.de procur.& in addit.ad Specu. in tit.de appel.col.2.
verſi.an fictè confeſſus.& Io.And.ad Spe.in tit.de iuram. calum.
refert Fran.Aret.conſi.146.nu.3. Foller. in prac. crim. in d.verb.
etſi cõfitebuntur.4.par.3.par.nu.18. Vaſq.lib.3.de teſtam. §. 23.
num.28.& Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.44. verſi. quæro nunc.licèt
Aret. d.loco teneat contrarium, vt etiam alij quidam, quos re-
fert Foller.vbi ſupra.& poſt Cuma.conſ.106.& Dec.in c. 1.in 10.
not.de poſtulat.prælat.quos alleg. Crau.conſi.504.num.7 lib. 3.
M & Rolan.

& Rolan.à Valle,qui plures alleg.conſi.94.nu. 18.vol.3. Et ideo
non procedit argumentum,quòd ſi ille, qui verè cōfeſſus eſt de-
lictum poteſt probare contrarium , ergo multò magis qui fictè
39 confeſſus eſt . Quod † præſertim procedit in terminis d. ſtatuti,
de quo per Iac.de Are.quod non ſolum dicit, quòd cōtumax ha
beatur pro confeſſo,& conuicto, ſed etiam quòd decapitetur nul
la eius defenſione audita , vt per Bal.in d.l.error.& ibi Iaſ.num.
24.C.de iur.&.fac.ignor.Foller.in d. verb. & ſi confitebuntur.4.
par.3.par.nu. 17. & propterea in caſu iſto non procedit ratio ad-
ducta per Natt.d.conſi.444. nu. 2.quòd ea ratione reuocari po-
teſt confeſsio ficta,ſicut vera,quia non debet plus operari fictio,
quàm veritas, vt per eum ibi: & Crau. qui eandem rationem al-
leg.d.conſ.504.nu.7.quia plus operatur ſtante d.ſtatuto, qđ vlte
rius,vt diximus, procedit. Et ꝓpterea licèt de hoc dubitari poſ-
ſet,ſi eſſemus in tempore ante ſententiam diffinitiuam propter
diuerſitatem d.opinionum, cum aliqui velint confeſsionē hanc
fictam reuocari poſſe, in quam opin. inclinauit etiam Iul. Clar.
d.q.44.ver. quæro nunc. ſine dubio tamen hoc procedit poſt ſen
tentiam,poſtquam non auditur bannitus , & condemnatus, niſi
à Principe ſit admiſſus ad nouas defenſiones, vt in terminis tra-
dit Iul.Clar.in d.loco.Quarta ratio non obſtat, quæ ducitur ab
40 iniquitate d.ſtatuti, quod eſt contra ius naturale , quia † immo
d.ſtatutum iuſtum eſt,& valet, vt latè docet Afflic.in d.conſt.pœ
nam eorū.nu.7.& alijs ſeq.quia,vt ex eo ſupra diximus, & And.
de Iſer.ibi,d.ſtatutum non dicitur tollere defenſiones, ſed limi-
41 tare tempus ad ſe defendendum, quod fieri poteſt. Et † in ſtatu
Eccleſiaſtico ceſſat omnis difficultas ex d.Motibus proprijs Pij
IIII. & Pij V.tam quoad dictionem nullitatis, quàm quoad de-
fenſiones circa excuſationē ipſius criminis, quia expreſsè ibi ca-
uetur,ꝙ Iudices non poſsint,nec debeant bannitos captos , ſiue
infra annum, ſiue poſt annum admittere ad eorum defenſionē,
ſed quòd debeant ſententias exequi,non obſtante quacunque
appellatione, & dictione nullitatis, niſi ad defenſiones admiſsi
ſint per ipſum Pontificem, qui ſibi hanc facultatem reſeruauit,
vt in dictis Motibus proprijs Pij IIII.& Pij V. ſimul iunctis, ex
quibus in ſtatu Eccleſiaſtico ceſſant rationes, iura, & deciſiones
allegatæ per Natt. d.conſil.444.ac illius & aliorum authoritas:
illis enim ſic obſtant d. Motus proprij , qui expreſsè prohibue-
runt Iudici, ne hos admittat ad nouas,vel alias defenſiones,etſi
infra annum capti eſſent. & ita etiam obſtarent ſtatuta locorum,
quæ idem diſponerent, ne Iudex poſsit bannitum hunc audire,
Principe ſic inconſulto,etiam per officium Iudicis,quod nec ita
implo-



42 implorari poteſt: licèt † enim ſtatutum diſponens in criminali-
bus neminem eſſe audiendum ad aliquam exceptionem , & eam
ita auferens non dicatur Iudicis officium auferre , quod propte-
rea non obſtante d.ſtatuto poterit implorari, quòd Iudex ſcili-
cet ex officio informationes ſuſcipiat ſuper innocētia inculpati.
Ang.poſt Richar.Malumbr.in l.quos prohibet.ff.de poſtul. & in
l.filiusfam.§.veterani.ff.de procurat.& in l.fin.vbi etiam no. Iac.
But.& Alber.ff.de petit.hæredita. Roma.conſi.214 idem not.te-
net Ang.in l.planè.ff.de petit.hæred. per illum tex. in verb. offi-
cium Iudicis. & dicit, ꝙ Bar.eo audiente ponderabat ad hoc il-
lum tex.& ſubdit Ang. ibi, quòd iſta practica implorandi offi-
cium Iudicis excluſis exceptionibus per ſtatutum infinitis vici-
bus vſus eſt,quam ex pluribus confirmat Iaſ.in l.vbi pactum. nu
43 me.13 .C.de tranſact.Tamen † quando ſtatutum tollit defenſio-
nes,vt tollunt d.Motus proprij quando bannitus eſt captus,licèt
infra annum,excluditur etiam officium Iudicis, quod eſt defen-
ſio,& prædicta locum non habent.ita Bar.in l. 1.§.& parui. ff. qđ
vi,aut clam.Imo.in l. fi.ff.à quib.appel.non lic.Bal.in l.ſi non ſor
tem.§. 1.ff.de condi.indeb.& in ſpecie Ang.in d.l.planè. & in d. l.
fin.ff.de petit.hæred. Imo.in l.accuſatore.§. ad crimen. poſt nu-
merum 28.ff.de iud.Iaſ.in d.l.vbi pactum.num 15. Albert. Brun.
de ſtatutis. in verb. exceptio. verſicu. exceptione prohibita .
44 qui alios alleg. licèt † ſubdat, ꝙ in contrarium facit, quia officiū
iudicis eſt de iure naturali , & per ſtatutum tolli non pōt , nec
per Principem. Bald. in Margarita. verb. ſtatutum.verſi.4.Inno-
cen. in cap. quæ in eccleſiarum. in gloſſ. in verb. conſtituerunt.
45 de conſtit. quod tamen prædictis non obſtat , tum † quia officiū
iudicis non eſt de iure naturali , ſed dicitur eſſe remedium , &
forma,ſeu ſolemnitas iuris poſitiui , vt in cap. 2.de offic. iudic.&
tradit in propoſito Bero.in cap. item cum quis de reſtit. ſpoliat.
nu. 35. in fin.vbi propterea concludit , quòd ſublata per ſtatutū
defenſione, dicitur etiam ſublatū officiū iudicis, quia licèt quo-
ad ſui ſubſtantiam non dicatur per ſtatutum ſublata defenſio, di
46 citur † tamen ſublata quoad formam , & ſolemnitatem iuris po-
ſitiui , vt reus ſe per viam exceptionis defendere non poſsit, nec
ita etiam per officium Iudicis, quod dicitur(vt diximus) reme-
dium , & forma , ſiue ſolemnitas iuris poſitiui : tum quia non
dicitur per d. Motus proprios ſublata ſubſtātia defenſionis,quæ
47 tolli non poteſt , ſed † limitatum eſt tempus , intra quod defen-
ſio fieri poſsit,ſcilicet intra annum , & ante capturam ipſius ban-
niti, quo in caſu poſt illud tempus tolli poteſt , vt patet ex ſupra
deductis: non enim dicitur hoc in caſu ſublata ſubſtantia defen-
M 2 ſionis,

ſionis, ſed ſolemnitas, & formalitas ipſius, quo reſpectu dicitur
48 de iure poſitiuo, quemadmodum dicimus in appellatione,† quę
licèt defenſionem contineat, quia eſt quædam defenſio aduerſus
iniquitatem ſententiæ, & iudicantis.l. 1. ff. de appellatio. & op-
preſſorum releuamen.c.ſuggeſtum.c.cum ſpeciali.§.porrò.de ap
pellat.licèt quoad ſui ſubſtantiam tolli non poſsit, poteſt tamen
tolli quoad illius formalitatem, & ſolemnitatem, vt ſcilicet ſi in-
tra certa tempora non ſit appellatum, vel cauſa appellationis ter
minata non ſit expedita, diſponi poteſt, ꝙ ſententia tranſeat in rē
49 iudicatam:hoc enim quod † eſt inter alia de formalitate appella-
tionis Princeps ad libitum tollere poteſt, & mutare, prout hodie
mutauit biduum, & triduum, infra quod appellandū erat, in tem
50 pus decem dierum. Auth.hodie.C.de appellatio. vt † etiam muta
uit tempora, infra quæ cauſa appellationis erat diffinienda, ſta-
tuendo annum, & ex cauſa biennium, vt per totum.C.de temp.ap
pellat.& ita tradit Bero.in c.ſicut Roma.nu. 14.& alijs ſeq. de re
ſcrip.& ſentit in d.c.item cum quis.nu.36.& alijs ſeq.de reſt.ſpo.
Nec ergo per officium iudicis bannitus admitti debet per ipſum
Iudicem ad ſuas defenſiones ēt ad probandam innocentiam, ob-
ſtantibus d. Motibus proprijs defenſionem auferētibus, adeo ꝙ
nec propterea poterit allegari nullitas ex defectu iuriſdictionis,
vt infra diximus.cap.fin.nu.316.in fin.

Nec obſtat, quod aduerſus d.rationem, quòd ſcilicet fruſtra
per Iudicem bannitus captus ad defenſionē admitteretur, quia
etiam quòd ſic de innocentia conſtaret, ſententia tamen Princi-
pe inconſulto non retractaretur, dicit Natt.d.conſ.444.num.14.
51 quod ſcilicet id procedat, † vbi ſententia lata eſſet ex veris pro-
bationibus, & tranſiuerit in rem iudicatam: ſecus autem ſi ex fi-
ctis probationibus, & in caſibus, in quibus ſententia non tranſit
in rem iudicatam, vt eſt quando contra contumacem habitū pro
confeſſo, & conuicto ex forma ſtatuti; non enim tranſit in rem
iudicatam, vt voluit Io.de Ana. in d. c. de his.de accuſatio. & ibi
Aret.& Lud. Bolog.conſi.34. in fin. vbi reputat illud d.Ioan. de
Ana.eſſe ſing. notandum, & ſequitur Fely.in c.conſanguinei.col.
fin.de re iudic.per tex.in c.2 ſecundum vnum intellectū.de pur-
gat.vulg.& infra diximus.cap.fin.nu. 22. item per tritam reg. qđ
52 vbi † ſententia fertur ex præſumptiuis, ſeu priuilegiatis probatio
nibus nunquā tranſit in rem iudicatam, ſed ex nouis, & fortio-
ribus probationibus retractari poteſt.l.ſi quis adulterij.vbi Bar.
& Bald. not. C.de adulter. & eſt celebre Inno.dictum in cap.tua
nos, de cohab.cleric. & mulier.in glo.magna.quod refert Ange.
in l.1.C.ſent.reſcin.non poſ. & in l.diuus Traianus. ff. de teſtam.
milit.



milit.& in l.ſub ſpecie.C.de re iud.Abb.in c.ex tuarum. in fin.de
purgat.cano. Natt. qui ex alijs ſimilibus id comprobat d. conſi.
* 444. nume.6. & ſeq. Viui.qui dicit communem in ſuis commu.
opinio.opin.707.& opin.706. vbi alios alleg. relatus inter com-
mun.opin.recens collect.tom.2.lib.7.titu.14.de re iud. nu. 209.
& communem etiam dicit ex Corn.quem allega.Cherian. in ſuis
commun. opin. in verb.ſententia, relatus in d. commun. recens
53 collect. d.lib.7.titu.18.ſi ex falſ.inſtrum.numero 16.Hoc † igitur
caſu (dicit Natt. vbi ſupra) retractatio à Principe petenda non
eſt, ſed ſatis eſt, quod à Iudice petatur. allegat ad hoc Domin.
ita dicentem in cap.venerabilis.§.porro.colum.2. de ſenten. ex-
commu. in 6. & Fely.in capit.lator.7.declarat.de re iudica. Nam
reſpondetur primo, quod tutius eſt conſulere Principem, vt dixi-
54 mus infra cap.fin.numero 316. Secundo † quod iam in d. Motu
proprio Pij IIII. per Pium V. confirmato, mandatur executio
ſententiæ contra bannitum captum, veluti illa fecerit tranſitum
in rem iudicatam, & delictum effectum eſſet notorium. itaque
Nattæ præſuppoſitum ceſſat, atque ita etiam eius deciſio, quia
55 † ſublato præſuppoſito, corruit argumentum, & deciſio.glo.Ful-
goſi.& alij in l.mancipia.C.de ſeru.fugit. Alex.in rub. ff. ſol. ma-
tri.colum.7.Rom.ſing.490. Soci.conſi.55.colum.2.volu. 1.Dec.
conſi.233.num.7.conſi.317.num.2.conſi.591.num. 3. plenè Fel.
in cap.nonnulli.de reſcrip.Cęph. conſi.90.num.51. Rim. iun.con
ſi.243.nu.63.conſi.244.num.202.conſi. 257.nu.70. lib.3. & alibi
ſępe in eius conſilijs.

Vt nec etiam obſtat, quòd iudex (vt ſupra diximus) miniſter
eſſe non debet iniquitatis, & quod hinc nec ſententiam propriā
56 inique latam exequi vllo modo debeat. Quoniam † hoc non
concludit, quod poſsit, & debeat Iudex admittere bannitum ad
nouas, vel alias defenſiones, & ita retractare ſententiam à ſe ini-
que latam, quia cum ſit ſemel functus officio ſuo, non poteſt am
plius manum apponere, vt infra diximus. cap. fin. d. nume.316.
ſed concludit ſolum, quòd ſtante iniquitate ſententiæ Iudex de-
bet reſcribere Principi, & interim ab executione ſe abſtinere,
quod à d. Motibus proprijs non dicitur eſſe prohibitum.d.l.1.§.
ſi quis vltrò.ff.de quæſtio.cum alijs ſupra alleg.num.22. quod eſt
verum non ſolum in prædicto caſu, ſed in pluribus etiam alijs, de
quibus infra d.cap.fin.

57 Prout † etiam ſi bannitus gratiā in foro exteriori obtentā ex-
hiberet, & oſtēderet, dēt deſuper audiri, & ab executione abſti-
neri, q̄ nullo modo fieri pōt, & debet, quamuis ille à banno can-
cellatus non fuerit: dicitur.n.per gratiam remiſſa oīs pœna etiā

 corpo-

corporalis,quamuis etiam per ſententiam, & condemnationem
58 inflicta,& ſi talis ſententia in rem iudicatam tranſiuerit,ſi tamen
à Principe facta fuerit,qui ſolus hanc poteſtatem habet,vt late p
* Pariſ. qui aſſerit omnes ita indifferēter firmare in conſ.1.nu.59.
Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.59.verſ.& hæc quidem.& Couar.qui
* etiam dicit communem.c.10.lib.1.var.reſolut.num.2. vt etiā cō
59 munem dicit Ant.Gomez.c.13.delict.nu.38.licet † de facto, vel
* conſuetudine et Barones, & Feudatarij gratiam faciant delicto-
rum,vt dicit Iac.de Beluiſ.in prac.crim.tit.de ſent.crim. nu. 10.
in fi.Bal.in l.ſeruos.C.ad l.Iul.dē vi publ.quē refert Boſſ. in trac.
cauſ.crim.tit.de remed.ex ſola clementia.nu.51. & oēs Iul. Clar.
60 d.q.59.d.verſi.& hæc quidem,qui ſubdit,quod † in Ducatu Me-
diolani Barones, & Feudatarij non poſſunt gratias delictorum
facere,& concedere, niſi id eis ſpecialiter in eorum inueſtitura
conceſſum fuerit, prout aliquibus criminibus exceptis dicit con
61 ceſſum † fuiſſe Ducibus Farneſijs,quando fuit eis infeudata Ciui
62 tas Nouariæ per Carolum V. Cæſarem. Vt etiam † ſi per abſolu-
tionem per viam diſpenſationis,quæ ab eo procederet, qui pote
ſtatem diſpenſandi haberet,ſemel dimiſſa eſſent crimina,iterum
in vltionem venire diuina clementia non patitur. glo.in d.c.de
* his.de accuſat.Dec.conſi.137.circa prin.qui de communi teſta-
63 tur.& Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.57. ver. habet etiam. & quid † ſi
per abſolutionem aliàs obtentam in foro iudiciali, reus fuerit li
beratus,vide latè Doct.in d.c.de his.Couar.d.c.10.lib.1. var.re-
64 ſolut.& Iul.Clar.d.q.57.per tot.& ita in terminis† ꝙ qn̄ banni-
tus captus oſtendit gratiam à Principe obtentam, vel ab alio po
teſtatem habente,debeat bannitus audiri, & ſententiæ executio
ſequi non poſſit,quamuis illa, & bannū cancellatum nō fuerit,
conſuluit in contingentia facti Marſ.conſi. 55.& conſi.97. p tot.
65 licèt † ſi bannitus ſolum gratiam allegaret,dandam non eſſe dila
66 tionē ad illam probandā,illud ſuadere videatur,ꝙ† tametſi ban-
nitus non cancellatus priuato volenti eum occidere proteſtetur,
ꝙ gratiam habet, poterit tñ impune occidi, ſi aliter de ipſa gra-
tia fidem non facit,cum quis illi credere non teneatur,niſi oſtē-
* dat,& exhibeat,vt communem dicunt Rip.in c. cū M. nu.56. de
conſtit.Marſ.d.conſi.55.nu.5.Gozad.conſi.61.nu.9. vbi dicit, ꝙ
* hanc opi. ſequuntur omnes Doct.antiqui,& moderni, quos re-
fert Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.homicidiū.ver. ſed quid ſi bannitus.
& omnes P.Pichard.cōmun.opin.in verb.bannitus.relatus inter
d.commu.opin.recens collect.tom.2.lib.9.tit.33. de ſent. paſſ.&
reſtit.nu.61.alios alibi retuli.Si ergo hoc poteſt priuatus facere,
quanto magis poterit Iudex? vt arguit Marſ.d.conſi.55.





67 Sanctius† tamē eſt,& tutius, ꝙ Iudex licèt nolit dare terminū
ad probandum gratiam, executioni ſaltem ſuperſedeat, donec
intra competens tempus bānitus poſſit gratiam allegatam oſten
dere,& exhibere,ne aliqua ſaltē culpa ſibi poſſit impingi ex alle
gatione, & proteſtatione, quam faceret bannitus de gratia, quā
68 allegat,quæ † quidem proteſtatio iuſtam præſtat cauſam ſaltem
indagandi, an ille verè gratiam haberet,& ſit rebannitus. arg.l.ſi
fundu.C.de rei vend.& l.ait prætor.§.ſi quis particeps. ff. de his
69 quæ in fraud.credit.& ob id† culpabilis reputaretur,quia id per-
ſcrutatus non fuerit, vnde ſuperioris arbitrio puniri poſſet,quē-
70 admodum dicimus in priuato,cui † bannitus proteſtatus fuit, ſe
habere gratiam: licet enim tunc ſibi fidem ille non faciat de gra
tia,conſtituitur tñ in culpa ex illa proteſtatione,ſi,an ille eſſet re
bannitus,perſcrutatus non fuit,& Iudicis arbitrio puniri debet,
vt firmat Paul.de Caſtr.conſi.199.lib.1.Iaſ.in l.non ſolum.§.mor
te.poſt nu.35.verſi.2.declaratio Bar.de no.ope.nun. Iul. Clar.in
d.§.homicidium.ver. item quæro. Menoch de arbitr. iud. q.90.
71 nu.36.& alibi latius diximus.& ideo † malè poſſet de iure defen-
di ſaltem à culpa,& ita à pœna extraordinaria quidā Iudex, qui
ſui tñ ſuperioris ſine pietate iuſſu ſuſpendi fecit quendā bannitū
iuuenem,& aliàs bonæ conditionis de banno,& ſententia condē
natoria non cancellatum,licèt ille gratiā ſe habere à Sum. Pont.
allegauerit, quæ deinde modico temporis interuallo poſt illum
ſuſpenſum ex Vrbe tranſmiſſa ad eorum manus peruenit, vt cla-
72 rè cognouerint, quòd verè † nulla vnquam de morte hominis(vt
inquit Iuuenalis)cūctatio ſera eſt. Quod & grauiſsimè Ammia-
nus Marcellinus monet lib.29.quē refert Marquard.in tract.de fa
ma publica.lib.1.c.12.nu.1.& lib.1.parerg.c.6.de vita,(inquit)&
ſpiritu hominis, qui pars Mundi eſt, & animaliū numerum com-
plet,laturum ſententiā diu,multumq; cunctari oportet, nec præ-
cipiti ſtudio,vbi irreuocabile eſt factum,agitari: neque vnquam
tardum exiſtimandum eſt, quod eſt omnium vltimum.
73 Nec † illa ſublata eſt defenſio per d.Motus proprios, quinimo
expreſsè eſt à Pio V.conceſſa ad impediendam executionē,quan
do appareret ex eodem proceſſu non præceſsiſſe legitima ad in-
quirendum indicia,de quo infra diximus c.fi.nu.58. ſed an deſu
per audiri debeat bannitus, vel ſatis ſit, quòd Iudex ex ſe ipſo ſe
informet,ibi etiam diximus.nu.95. & alijs ſeq.
74 Et niſi nouiſsimè emanaſſet d. Motus proprius Pij V. de non
admittendis per Iudicem bannitis captis etiam infra annum ad
nouas,ſiue alias defenſiones, niſi obtenta ab ipſo Principe deſu-
per gratia ſpeciali, potuiſſent quidem capti, quamuis infra tem-

pus à Pio IIII. ſtatutum & à Pio V. ad annum prorogatum per Iudices admitti ad eorum defenſiones, quia ſtatuendo Pius IIII. quòd non niſi poſt certum tempus ad eorũ defenſiones admitterentur, ſatis permiſiſſe videtur, ꝙ bannitus quàmuis captus poſt ſententiam, & infra d. tempus eſſet audiendus ſuper omnibus in proceſſu, & ſententia contentis, etiam in pœnis corporalibus nedum pecuniarijs, vt in ſimili lege Complutinenſi, cuius ordo erat, ꝙ ſi infra annum comparerent, audirentur, tradit Villalob. in com.opin. in verb. abſens. nu. 10. verſi. vt poſsimus deuenire. Sed d. Motus proprius Pij V. nouiſsimè deſuper emanatus primùm declarat d. Motum proprium Pij IIII. loqui de bannitis ſponte comparẽtibus, & præterea expreſsè ſtatuit bannitos captos etiã infra annum non eſſe per Iudices ad nonas, vel alias defenſiones admittendos, ſine gratia ſpeciali ipſius Pontificis, & diximus ſupra c. 1. nu. 258. & alibi per diſcurſum tractatus.

75 Vidi † tamen ſeruari quandoque facta recognitione perſonæ banniti, & alijs de quibus ſupra peractis, fieri ipſi bannito iam ad largam poſito intimationẽ pro ſingulis diebus & horis ad videndum relaxari mandatum executiuum de exequendo ſententiam contra eum latam. Sed profectò, ſi banniti poſt eorum capturam audiri non debent in eorum defenſionibus, Principe inconſulto, non video cuius effectus eſſe poſsit citatio, & intimatio huiuſmodi: citationes enim fiunt, & fieri debent, vt iura partiũ exaudiantur, Signo. conſi. 203. nu. 5. cũ alijs infra alleg. c. fin. nu. 98. quæ quoad bannitũ captũ exaudiri non debent ſine Prin-
76 cipis gratia ſpeciali. Bene † ſi bannitus captus adhuc diffinitiuè condemnatus non eſſet, ſed à ſtatuto pro condemnato haberetur, citari poſſet, & deberet, & eius iura ante executionem exaudirentur, quare pro condemnato haberi non deberet: licèt enim à ſtatuto pro condemnato habeatur, fieri tamen debet ante executionem proceſſus declaratorius, in quo citato illo ad videndũ ſe declarari haberi pro condemnato, vel ad dicendum quare pro condemnato haberi non debeat, declaratur ipſum talem eſſe, qui eſt bannitus, & ita fieri põt executio. ita animaduertit Bernhard. Varmbſer. lib. 1. obſerua. forenſ. tit. 49. obſeruat. 3. in med. nec, cũ ante iſtam declaratoriã is bannitus cõdẽnatus non dicatur, comprehenditur in d. Motibus proprijs de condemnatis captis loquentibus, quorum appellatione banniti tantum, ſeu in banno poſiti non continentur, vt diximus ſupra cap. 1. nu. 451.

FINIS CAPIT. III.

FLA-



# FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI

# TRACTATVS DE EXECVTIONE SENTENTIAE CONTVMACIALIS CAPTO BANNITO.

## CAPIT. FIN.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex antequàm ſententiam capitalem præſertim alterius Iudicis exequatur, debet videre proceſsum.*
2 *Executio ſententiæ capitalis fieri non poteſt, nec debet ſine proceſſu ex ſola ipſa ſententia.*
3 *Conſtare de crimine non dicitur ex ſola ſententia ſine proceſſu. & nu. 5.*
4 *Iudex ad quem cauſa remittitur ad inſtructionem, tenetur ſtare actis remittentis.*
5 *Iudex non tenetur ſtare actis Iudicis remittentis cauſam ad punitionem.*
6 *Iudex ſecularis an teneatur punire clericum degradatum ſibi traditum à Curia Eccleſiaſtica abſque eo, quòd ſibi de proceſſu fides fiat.*
7 *Iudex ſecularis non tenetur præſtare auxilium Epiſcopo, & Iudici alterius fori in executione ſententiæ, niſi de proceſſu ſibi fiat fides.*
8 *Confeſſio ficta oritur ex ſententia lata in contumaciam.*
9 *Confeſſio ficta ex ſententia contumaciali ſola ſufficit ad procedendum, non ad exe-*

*ad exequendum, niſi aliter conſtet de delicto.*

*Confeſſio vera non ſufficit ad condemnandum, niſi conſtet de delicto. ibid.*

10 *Etiam ſi confeſſio eſſet reſpectu certi hominis.*

11 *Sententiæ inſtrumentum latæ in loco delicti non facit fidem in loco alterius fori, niſi ad indicium. vt nu. ſeq.*

13 *Sententiæ contumaciales ſine cauſæ cognitione executioni demandari non ſolent.*

14 *Iudex quàmuis alterius fori poteſt exequi ſententiam alterius Iudicis contra condemnatum, ſi videat, quòd executionem mereatur.*

15 *Iudex ſi negligens videre proceſſum, & ſententiam exequatur abſque eo, quòd habeat proceſſum, puniri debet, ſi ſententia aliàs non merebatur executionem.*

*Bannitum occidens non ritè condemnatum puniri debet extra ordinem. ibidem.*

16 *Periculo ſe exponere Iudex non debet, ſed ante tempus debet occurrere.*

17 *Iudex cuncta rimari debet.*

18 *Iudex aliquid faciens curare debet, ne comitem habeat pœnitentiam.*

19 *Sententia ſola non probat omnia ritè proceſſiſſe, & fuiſſe ſeruata ſeruanda ſiue id enunciatum fuerit in ſententia, ſiue non.*

20 *Solemnia præceſſiſſe ſententiam non præſumuntur, niſi ſolemnis proceſſus ex actis appareat.*

21 *Præſertim, quando lata eſt ſententia in contumaciam.*

22 *Et in cauſis criminalibus, in quibus non facit tranſitum in rem iudicatam.*

23 *Sententia in criminalibus non valet ſine probationibus.*

24 *Contumacia ſola loco probationum non ſuccedit, vt bannum ſequi poſſit, & ſententia validè.*

25 *Iudex, cui de proceſſu non conſtat, præſumere debet ſententiam nullam.*

26 *Iudex non dubius, ſed certus eſſe debet de conditione eius, quem vult ſuſpẽdi facere, aut decapitari.*

27 *L. qui cum alio. ff. de reg. iur. locum habet in criminalibus.*

*Iudex, nec Princeps ipſe exponere ſe debet periculo condemnandi innocentem. ibid.*

28 *Via, quæ tutior eſt, & qua omnibus partibus conſulitur, eligenda eſt.*

29 *Sententia contra bannitum captum infra annum exequi non poteſt, ſi non præceſſerunt legitima indicia ad inquirendum.*

30 *Factum conditionale non meretur executionem, niſi cõditio impleta fuerit.*

31 *Verbum (ſi) importat conditionem.*

32 *Conditio ante omnia impleri debet, vt diſpoſitioni ſit locus.*

33 *Conditio dat formam.*

34 *Forma ad vnguem obſeruari debet.*

35 *Motus proprius Pij V. de exequendis ſententijs contra bannitos captos infra annum, debet intelligi modò qualitates ab illo requiſitæ concurrant.*

*Senten-*



16 *Sententia ex ſtatuto exequenda non eſt, niſi qualitates à ſtatuto requiſitæ concurrant.*

37 *Sententia an ſine proceſſu, qui non reperitur, exequi poſſit poſt biennium, & tantò magis poſt longius tempus.*

38 *Conſtitutio Marchiæ de exequenda ſententia poſt annum ſine proceſſu.*

*Sententia ex defectu proceſſus, qui non reperitur, poſt annum impugnari non poteſt. ibid.*

*Appellatio infra annum interpoſita operatur, quòd ſententia exequi non poteſt, ſi de proceſſu non apparet. ibid.*

*Exemplum, ſeu ſumptum ſententiæ an ſatis ſit, vt poſſit fieri executio, ſi originale non reperitur. ibid.*

*Bannitus poteſt impune occidi, ſi ſumptum ſententiæ, & banni appareat regiſtro combuſto. ibid.*

*Scriptura ſententiæ licèt non publica reperta in archiuio an probet quem bannitum. ibid.*

*Conſtare debet ante executionem ſententiæ, & banni, ſufficienter per publicas ſcripturas perſonam, de qua agitur, eſſe bannitum. ibid.*

*Statutum licèt præciſè cogat Iudicem ad exequendam ſententiam contra bannitum captum, non tamen excludit, quominus verificari debeat, perſonam eſſe bannitam. ibid.*

39 *Sententia exequenda non eſt, ſi conſtat vel ex proceſſu, vel poſt ſententiam de innocentia rei.*

40 *Confeſſio ficta non ſufficit, vt contumax, qui eſt innocens, condemnetur.*

41 *Sententia exequenda non eſt contra condemnatum, quia hominem occidit, & tamen apparet illum viuere.*

*Sententia non eſt exequenda contra condemnatum de incendio, ſi appareat domum non eſſe combuſtam. ibid.*

42 *Sententia exequenda non eſt contra condemnatum, ſi appareat, quòd per rerum naturam delictum eſt impoſſibile.*

43 *Confeſſio ficta ex contumacia reſultans debet eſſe poſſibilis.*

44 *Confeſſio ficta Eunuchi contumacis, quòd virginem deflorauit, non nocet.*

45 *Contumax condemnari non poteſt, quando Iudici conſtat maleficium non eſſe maleficium.*

46 *Caſus innocentiæ non dicitur excluſus à motu proprio Pij V. de exequendis ſententijs contra bannitos captos.*

47 *Iudex licèt videat innocentiam condemnati, non poteſt illum abſoluere, ſed debet Principi reſcribere ſtatum cauſæ.*

48 *Sententia exequenda non eſt, quando continet maiorem pœnam, quàm de iure imponi potuerit.*

49 *Sententia quando continet maiorem pœnam, quàm de iure imponi potuerit, nulla eſt in totum.*

50 *Condemnatus pro conatu in contumaciam ad mortem, indebitè dicitur condemnatus,*

demnatus, & ſententia exequi non debet.

51 Statutum de pœna manus pro cicatrice, dēt intelligi de cicatrice deformātē.

52 Statutum de pœna manus pro extractione ſanguinis non debet intelligi de omni offenſione cum ſanguine, vt ſi parum ſanguinis exiuerit, vel lenis, aliàs fuiſſet offenſio.

53 Statutum de pœna manus pro cicatrice non habet locum, ſi cicatrix eſſet in loco occulto, ut ſi bireto, vel pileo tegeretur.

54 Sententia non meretur executionem, ſi in totum contineat pęnam, quæ nullo modo imponi potuit.

Vt quia vel eſſet innocens condemnatus, vel eſſet condemnatus de delicto, ex quo non tenebatur. ibid.

Vel de quo ex ſtatuto, aut legibus inquiri non poterat. ibid.

55 Contumax pro confeſſo haberi non poteſt pro delicto, de quo inquiri non potuit.

56 Vel pro delicto, quod non eſt punibile.

Inquiſitio, & condemnatio fieri non poteſt contra contumacem de delicto, quod non eſt punibile. ibid.

57 Confeſſio ficta non operatur effectum ſuum, niſi quando inquiſitio ſequuta eſt ſuper delicto, quod eſt punibile.

58 Rationes, quibus credendum eſt Pium V. motum fuiſſe ad ſtatuendum ſententias contumaciales non exequendas contra bannitos captos infra annum, ſi legitima ad inquirendum indicia non præceſſerunt. & nume. ſeqq.

59 Inquiſitio formari de iure non debet, niſi legitimis indicijs præcedentibus, quæ inquiſitionem omnino præcedere debent.

60 Inquiſitio formata non præcedentibus indicijs ad inquirendum, eſt nulla, & corruit.

61 Proceſſus, & iudicium redditur nullum ex defectu ſubſtantiæ.

62 Inquiſitio eſt nulla formata etiam in crimine læſæ maieſtatis non præcedentibus indicijs ad inquirendum.

63 Sententia eſt nulla, quæ lata eſt ex inquiſitione nulla, & poteſt id opponi etiam poſt ſententiam.

64 Sententia nulla, nullam meretur executionem.

65 Præiudicium, quod ex executione infertur, eò maius eſt eo, quod infertur per ſententiam, quia per hanc verbaliter, per illam perſonaliter infertur.

66 Qualitas apparere debet in conſtitutione requiſita, vt illi locus eſſe poſſit.

67 Indicia leuia ſufficiunt ad formandum inquiſitionem, non autem ad executionem ſententiæ.

68 Iudicum damnatur facilitas, qui ex quolibet leui indicio formant inquiſitiones.

69 Legitima indicia dicuntur, quæ a iure approbata ſunt.

70 Indicium terminus eſt generalis, qui de quolibet etiam leui, & non legitimo in-



mo indicio prædicatur.

71 Verba poſita dicuntur cum virtute operandi.

72 Syllaba etiam dicitur poſita cum virtute operandi, non autem vt ocioſa ſit.

73 Inquiſitio formata ex dicto ſocij criminis nulla eſt de iure. & nu. 77.

74 Socij criminis dictum an ſatis ſit ad formandam inquiſitionem.

75 Sententia fundata ex dicto ſocij criminis an exequenda ſit.

76 Boſſi. quomodo debeat intelligi, dum teſtatur de conſuetudine ſatis eſſe ad formandam inquiſitionem ex dicto ſocij criminis.

77 Iul. Clar. contradicit Boſſio.

78 Indicium, quod oritur ex dicto ſocij criminis, non dicitur legitimum, quamuis aliàs à conſuetudine pro legitimo admitteretur.

79 Inquiſitio nulla eſt, quæ formata eſſet ex dicto banniti, qui inhabilis eſt ad teſtimonium.

80 Bannitus inhabilis eſt ad ferendum teſtimonium.

81 Sententia contra bannitum captum poſt annum an exequi debeat, quamuis promulgata fuerit legitimis ad inquirendum indicijs non præcedentibus.

82 Motus proprius Pij V. de bannitis captis infra annum, an comprehendat etiam bannitos captos poſt annum.

83 Banniti capti ſiue infra annum, ſiue poſt, ad defenſionem per Iudicem admitti non debent.

84 Dictio (etiam) eſt implicatiua, & implicat caſum minus dubitabilem.

85 Dictio (quinimo) addit præcedentibus.

86 Clauſula ſequens æqualiter præcedentia reſpiciens, ad ea omnia referri debet.

87 De nullitate ſententiæ dici poteſt etiam poſt triginta annos.

88 Clauſula ſequens non refertur ad præcedentia, quæ dicuntur expreſſa per ſubauditum intellectum virtute implicatiuæ dictionis (etiam.)

89 Argumentum à contrario ſenſu non colligitur ad correctionem iuris communis.

90 Argumentum à contrario ſenſu non colligitur ex diſpoſitione negatiua.

91 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur ex reſponſione negatiua facta poſitionibus.

92 Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.

93 Executio ſententiæ ſuperſedenda eſt, quæ lata eſt indicijs non præcedentibus.

94 Sententia condemnatoria contra bannitum lata ex leuibus indicijs an exequenda ſit.

95 Cauſæ cognitio, an ſententia contra bannitum promulgata fuerit legitimis indicijs præcedentibus ad inquirendum iuxta formam Motus proprij Pij Quinti, an eſſe debeat bannito ipſo citato, & in eius iuribus deſuper audito. & nu. alijs ſeq. & nu. 106.

96 Citanda eſt pars, quæ lædi poteſt. & nu. 124.

Iudex

97 *Iudex ſecularis ab Eccleſiaſtico requiſitus, vt eius ſententiam exequatur, poteſt cum citatione partis cognoſcere de iniuſtitia, & iniquitate ſententiæ.*
98 *Cauſæ cognitio verſatur, vt iura partium exaudiantur.*
99 *Citatio an in notorijs neceſſaria ſit.*
100 *Citanda eſt pars etiam ſi quæſtio iuris eſſet.*
101 *Citanda eſt pars etiam in actibus citando fauorabilibus.*
102 *Citatio reiecta non dicitur, licèt conſtitutio diceret, quòd Iudex poſſit contra bannitum ob contumaciam captum de facto procedere, & punire.*
*Terminus an ſit dandus bannito in terminis d. ſtatuti ibid.*
103 *Citatio non intelligitur reiecta per reiectionem omnium exceptionum.*
104 *Citatio eſt neceſſaria etiam quando Iudicis arbitrio cauſa diffinienda eſt.*
105 *Motus proprius Pij V. de bannitis captis infra annum, an Iudicem faciat merum executorem, vel mixtum.*
107 *Conſequentia non tenet, cauſę cognitio requiritur, ergo & citatio partis. & num. 116.*
108 *Cauſa cognoſci dicitur, etiam ſi Iudex ſe informet ſine citatione partis.*
109 *Appellatio an ſit admittenda, vel non, ſtatui poteſt abſente parte.*
110 *Executor Apoſtolicus datus ad prouidendum de beneficio alicui cum clauſula, ſi eſt idoneus, an debeat ſuper hoc citare partem.*
111 *Verba dicuntur ſonare in monitionem, non in conditionem, quando exprimitur, quod tacitè inerat.*
*Verba Motus proprij Pij V. de bannitis captis infra annum, videlicet, ſi tamen legitimis indicijs præcedentibus ad inquirendum &c. ſonent ne in monitionem, vel conditionem. ibid.*
112 *Sententia condemnatoria valet etiam ſi nihil probatum fuerit, ſi Pont. mandat, Titium in decem Seio condemnari, ſi Seius illa decem ſibi deberi probauerit.*
113 *Commiſſio ſi directa eſt Auditori cum clauſula (ſi reperieris) teſtes recipi poſſunt etiam parte non citata.*
114 *Prohibitum vna via, alia via non dicitur permiſſum.*
115 *Citatio an, & quando neceſſaria ſit in executione ſententiæ.*
117 *Dictio (tamen) eſt limitatiua, & reſtrictiua.*
118 *Dictio (ſi) importat conditionem. & ſeq.*
120 *Verba (ſi probaueris) poſita in commiſſione, an ſonent in monitionem, vel conditionem.*
121 *Verba (ſi reperieris) poſita in commiſſione an ſonent in monitionem, vel conditionem.*
122 *Citatio non requiritur, quando executio fieri debet in eadem re contra condemnatum.*
123 *Executor citare non debet, quando executio ſimpliciter committitur poſt ſententiam, & ita poſtquàm de cauſa eſt plenè cognitum.*

Citatio



125 *Citatio neceſſaria non eſt in executione ſententiæ facienda per eundem Iudicem, qui eam tulit, & in eadem re, & contra condemnatum: ſecus autem ſi vel per ſucceſſorem, vel alium.*
126 *Citatio in notorijs neceſſaria non eſt.*
127 *Succeſſor in officio ad capturam non procedit ex licentia conceſſa per præceſſorem.*
128 *Citatio neceſſaria eſt in executione brachij ſecularis.*
129 *Fulgoſ. reprehenditur in conſ. 183. 2. dub.*
130 *Succeſſor in officio quo reſpectu ſit idem Iudex.*
131 *Executor pro verificatione contentorum in commiſſione poteſt ſe informare nemine citato circa id, quod per viam gratiæ eſt conceſſum.*
132 *Citatio non eſt neceſſaria, quando eſt donum ſuperioris.*
133 *Iudex ſententiæ executor contra bannitum debet conſiderare ante executionem, quæ, & qualia præceſſerint indicia, etſi leuia præceſſerunt, eſt ſuperſedendum.*
134 *Sententiæ executio contra bannitum differenda eſt, etiam quòd de delicto conſtaret per vnum teſtem de viſu.*
135 *Practica Senatus Mediolanenſis in executione ſententiæ contra bannitum captum.*
136 *Banniti capti condemnati ex leuibus indicijs torquentur, vel eis pęna commutatur.*
137 *Contumax, vt pro confeſſo, & pro conuicto habeatur, & condemnatio valeat, de iure requiritur, quòd præcedant legitimæ probationes de delicto.*
138 *Sed ſecus eſt ex communi, & generali practica in ſtatu Eccleſiaſtico, quia condemnatur etiam abſque plenis probationibus.*
139 *Princeps velle dicitur, quod ſua iura volunt.*
140 *Iuri communi minùs derogatum præſumitur.*
141 *Confeſſio ficta ex contumacia ſuos effectus non operatur, ſi non conſtat de corpore delicti.*
142 *Confeſſio ficta, & contumacia non plus operatur, quàm vera confeſſio, & probatio.*
143 *Iudex ante executionem ſententiæ contra bannitum debet animaduertere, an ritè proceſſum fuerit.*
144 *Bannum eſt nullum, ſi ritè proceſſum non fuit.*
145 *Bannitus non ritè non dicitur contumax, nec pro confeſſo haberi poteſt.*
146 *Actus nullus nullum operatur iuris poſitiui effectum.*
147 *Occidens bannitum nulliter non excuſatur.*
148 *Bulla Pij II. de exequenda ſententia contra bannitum captum, quomodo intelligatur.*
149 *Inquiſitio nulla eſt, formata ſine anno, menſe, & loco delicti.*
150 *Motus proprij Sum. Pont. contra bannitos debent intelligi, vbi præceſſit inquiſitio ſolemnis, & valida.*

Iudex

151 Iudex ante executionem debet animaduertere, an ſententiam debitæ emanauerint citationes.
152 Sententia eſt nulla ex defectu citationis.
153 Motus proprius de bannitis debet intelligi de ritè bannitis, & condemnatis.
154 Citatio fieri debet contra reum inquiſitum ſecundum formam ſtatutorũ loci.
155 Contumax dici non poteſt, qui ſecundum formam ſtatuti citatus non eſt, nec pro confeſſo habetur.
156 Bannum, & ſententia, ac totus proceſſus corruit, ſi citatio facta non eſt ſecundum formam ſtatuti.
157 Tam ſi ſtatutum expreſſè annullet actum, quàm ſi expreſsè non annullet.
158 Citatus legitimè non dicitur, qui citatus non eſt ſecundum formam ſtatuti.
159 Bannitus nulliter non habetur pro confeſſo, nec pro bannito.
160 Contumax dici non poteſt, vbi nulla citatio præceſſit.
161 Iudices admonentur, quòd antequàm contra contumacem procedant ad executionem, videant, an ſit ſeruatus ordo debitus citationum.
162 Sententia condemnatoria non ſeruato ordine citationum, fieri non poteſt, & lata eſt nulla.
163 Quæ ſunt de forma, mutari, ac diminui non poſſunt.
164 Sententia eſt nulla ex inordinato proceſſu.
165 Exceptio ex defectu citationis ſecundum formam ſtatuti opponi poteſt contra bannum, & ſententiam.
166 Etiam poſt 30. annos.
167 Citatio circunducitur actore, & reo in termino citationis non comparentibus.
168 Condemnari quis vt contumax non poteſt, ſi in termino citationis accuſata non fuerit contumacia citati.
169 Etiam ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo.
170 Sed an hoc procedat, quando proceditur per viam accuſationis vel inquiſitionis, & nu. ſeq.
172 Franciæ vſus ac ſtylus circa accuſationem cõtumaciæ citati in criminalibus.
173 Forma tradita à ſtatuto, vel conſuetudine ſeruanda eſt circa accuſationem contumaciæ citati non comparentis.
174 Iudicis declaratio an requiratur ſuper contumacia citati non comparentis.
175 Teſtes pro informatione curiæ examinati parte non citata non ſunt repetendi poſt ſententiam, & ante executionem.
Citatio de iure requiritur in aſſumptione indiciorum, ſed de conſuetudine non ſeruatur. ibid.
Rim. iun. conſi. 647. nu. 49. lib. 6. male conſuluit.
176 Sententia impugnari non poteſt ex defectu legitimæ executionis citationis domi executæ.
177 Citatio an ſufficiat, quæ domi ſit executa, vt quis vt contumax condemnari poſſit. & nu. 180.





178 Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, an extendatur ad fictum contumacem.
179 Statutum loquens de contumace, intelligi debet de vero contumace, non de ficto.
182 Alternatiuæ vnam partem ſufficit adimpleri.
183 Citatio vt dicatur legitima domi executa, an requiratur, quòd fiat prius diligentia de perſonaliter citando reperiendo.
184 Citatio eſt nulla, cuius executio facta eſt non ſeruata forma ſtatuti.
185 Citatio rei exiſtentis extra territorium an fieri poſſit, & à quo Iudice, & quomodo.
Nullitas ex defectu citationis non dicitur ſublata à Motu proprio de bannitis.
Quot citationes requirantur, priuſquàm contumax habeatur pro confeſſo. ibidem.
Bannum quæ continere debeat, ne ſit nullum ex ſui tenore. ibid.
Bannum ſi non valet, nec valet ſententia ſubſequens. ibid. & nu. 150.
Bannum dicitur nullum, quod à iudice commiſſum non eſt, & ſi de commiſſione Iudicis in actis non apparet. ibid.
187 Iudex ante executionem contra bannitum debet animaduertere, an in ſententia in banniendo, vel ferendo bannum fuerit ſeruata forma ſtatuti.
188 Nullitas proueniens ex defectu formæ, quæ ex ſtatuto ſeruari debebat, nõ dicitur reiecta à Motu proprio de bannitis, & poteſt dici de nullitate, & haberi recurſus ad ſuperiorem, & num. ſeq.
190 Nullitas ſi à Motu proprio ſublata eſt, & à ſtatuto, non intelligitur de ea, quæ ex alio Motu proprio, & ſtatuto prouenit.
191 Exceptio ſi per ſtatutum auferatur, poteſt excipi, quòd interfectus erat bannitus.
192 Statutum Ciuitatis per confirmationem ſuperioris cenſetur effectum ipſius ſuperioris.
193 Statutum alicuius Ciuitatis non valet ſine confirmatione ſuperioris.
194 Iudex ante ſententiæ executionem contra bannitum debet animaduertere, ne vitio nullitatis ſententia laboret ex defectu iuriſdictionis.
195 Iuriſdictionis defectus conſideratur ex quatuor locis, videlicet ex cauſa, perſona, ex loco, & tempore.
196 Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis remota non dicitur à Motu proprio de bannitis, prout remota non dicitur à ſtatuto generaliter reijciente nullitatem.
197 Condemnatus per Iudicem incompetentem, ſi capiatur, poteſt ſe tueri nullitate proceſſus.
198 Contumax non dicitur prorogare iuriſdictionem.
199 Pro confeſſo haberi non poteſt vigore contumaciæ, qui non tenebatur comparere.

200 Exempti, vel qui aliàs non ſunt de iuriſdictione inquirentis in banno poni non poſſunt.

201 Si tamen Iudici bannienti conſtabat hos eſſe tales.

202 Bannum à Poteſtate habente iuriſdictionem limitatam latum extra limites ſuæ iuriſdictionis eſt nullum, & nu. ſeq.

Bannum latum contra clericum per Iudicem laicum eſt nullum. ibid.

Receptator clerici per laicum banniti non tenetur pœna receptatoris. ibid.

204 Nullitas, quæ ab alijs prouenit ſtatutis, tolli non dicitur à ſtatuto quod generaliter tolleret nullitatem.

205 Nullitas à ſtatuto, quod generaliter tolleret nullitatem, non tollitur, ſi prouenit ex defectu iuriſdictionis.

206 Confeſſio ficta non inducitur ex contumacia eius, qui comparere non tenebatur.

207 Iudex ante executionem ſententiæ debet animaduertere, an ſententia ſit nulla non ſolum ex defectu citationis, & iuriſdictionis, ſed ex alijs etiã cauſis.

208 Sententia nulla non meretur executionem.

209 Executio ſententiæ criminalis non fit pendente nullitate ſententiæ.

210 Bannum eſt ſuſpenſum pendente cauſa nullitatis banni.

Bannitus pendente cauſa nullitatis ſententiæ non poteſt impunè occidi. ibidem.

211 Nullitatis cauſæ quæ ſint, quæ contra ſententiam deduci poſſunt. remiſſiuè.

212 Bannum eſt nullum, & non exequendum latum ex falſa cauſa, vel pro delicto conſumato, quod tantùm erat attentatum.

213 Bannum eſt nullum latum non admiſſis cauſis abſentiæ per tertium pro abſente comparentem allegatis, & ita non exequendum.

214 Iudex ante executionem ſententiæ contra bannitum debet animaduertere, an aliàs ex actis conſtet de iniquitate, & iniuſtitia banni, & ſententiæ.

Sententia non tranſit in rem iudicatam, de cuius iniuſtitia apparet ex actis. ibid.

215 Confeſſio vera ſpontè facta validat proceſſum nullum. limitatur nu 217.

216 Abſolutio ſequi poteſt ab obſeruatione iudicij, quando confeſſio vera ſpontè facta eſt ſuper proceſſu nullo.

217 Confeſſio vera non validat proceſſum nullum, quando nullitas annullat etiã ipſam confeſſionem.

218 Nullitas ex defectu iuriſdictionis reddit nullam confeſſionem, quæ ita proceſſum nullum ex hoc defectu validare non poteſt.

219 Confeſſio ficta ex contumacia eſt nulla, data nullitate inquiſitionis, accuſationis, & proceſſus. & ita non validat proceſſum nullum.

220 Foriudicatus non habetur pro confeſſo, & conuicto, ſi accuſatio, vel inqui-





ſitio fuit inualida.

221 Pro confeſſo quis non habetur, data nullitate proceſſus.

Confeſſio ex contumacia, & banno nullis non operatur effectum ſuum. ibid.

222 Iudex admonetur, vt antequàm contra contumacem ad ſententiam procedat, & ipſum pro confeſſo, & conuicto de crimine habeat, videat, an ſit ſeruata forma ſtatuti, & debitus ordo citationum.

223 Sententia ſequi non poteſt ex ficta confeſſione ſurgente per inordinatum proceſſum, & ſi ſequitur, nulla eſt.

224 Iudex an debeat habere rationem ætatis minoris poſt bannum, & ſententiam.

225 Sententiæ capitales in contumaciam latæ qua ratione ſuſtineantur.

226 Statuta, quòd contumax habeatur pro confeſſo, an comprehendant minorem.

227 Sententia contumacialis capitalis contra minorem an exequi poſſit.

228 Bannum, & confeſſio ficta minoris valet, et reſtitutione in integrum opus eſt.

229 Bannum latum contra mulierem, & ruſticum an valeat.

230 Ætatis ratio quæ habeatur in ſtatu Eccleſiaſtico in homicidio à minore 25. annis commiſſo.

231 Motus proprius Pij Quarti limitans minorem ætatem loquitur in homicida.

232 Motus proprius Pij Quarti taxans ætatẽ in homicida ſtrictè debet intelligi.

Motus proprius Pij Quarti limitans ætatem minorem in homicida, non debet extendi ad alia delicta, quæ minor committeret. ibid.

233 Motus proprius Pij Quarti reſtringens ætatem in homicida, non habet locum in auxiliatore, opem præſtante, exhortante, & conſulente homicidæ.

234 Ætatis ratio in adulto pro homicidio habenda non eſt.

235 Adultus homicida tenetur pœna legis Corneliæ de ſiccarijs.

236 Minori 14. ann. propter ætatem eſt indulgendum.

237 Sententia lata contra plures pro homicidio in contumaciam, an contra omnes ſit æqualiter exequenda.

238 Inquiſitio, quando plures interfuerunt, & non apparet, quis illorum vulnus intulit, quomodo formari debeat. & nu. ſeq.

240 Homicidium quando fuit deliberatum, & data opera perpetratum, omnes, ſi plures fuerint, tenentur pena ordinaria homicidij, licèt vnum tantùm vulnus fuerit illatum, & ignoretur à quo. & quid obſeruandum. nu. 243.

241 Plac. opin. improbatur, & ſaluatur nu. ſeq.

242 Homicidium reſpectu vnius plurium, qui interfuerunt, poteſt eſſe commiſſum animo deliberato, & reſpectu alterius ex improuiſo.

243 Iudex fabricat proceſſum contra plures, qui homicidio interfuerunt, & vnum tantùm vulnus fuerat illatum.

244 Torquendi an ſint, qui homicidio interfuerunt, quando tantum vnum vul-

*nus fuit illatum, & ignoratur à quo. & nu.246.*

245 *Pena extraordinaria puniuntur, quando plures interfuerunt homicidio in rixa commiſſo, & certum eſt, vnum ex pluribus illud commiſiſſe, nec tamen conſtat, quis eorum occiderit.*

247 *Statutum de pena homicidij quomodo ſit interpretandum, vbi de ſtatuto Bononiæ, & Ferrariæ.*

248 *Torquendus eſt ille ex pluribus, qui ſimilia commiſit.*

249 *Sententia etiam lata contra plures pro homicidio, quod ignoratur quis illorum commiſerit, ante executionem ratio habenda eſt, ne contra omnes æqualiter exequatur.*

250 *Author, & inceptor rixæ capite puniri poteſt, ſi homicidium ſequutum fuerit.*

251 *Senatus Mediolanenſis propter homicidium in rixa commiſſum rarò condemnat in penam mortis.*

252 *Pena, qua puniri debeant, ſi plures in homicidio interuenerunt ex conſtitutione Marchiæ, & qui pena ordinaria, & qui de auxilio.*

253 *Sententia non debet exequi contra condemnatum in contumaciam, qui ab alio fugatus fuit, & ita fuit contumax.*

254 *Mariti conſulto dolus vt vxor condemnaretur.*

255 *Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, non habet locum contra contumacem, qui ideo fuit contumax, quia ab alio fugatus fuit.*

*Occidens bannitum is qui fraude procurauit, quòd ille banniretur, impunè non occidit. ibid.*

256 *Citatus habens notoriè locum iudicij ſuſpectum, vel aliàs non tutum, timens offendi propter potentiam inimicorum, excuſatur, ſi non comparet.*

257 *Sententia exequi non poteſt contra condemnatum pro delicto, quod in eum cadere non poterat.*

258 *Vxor de furto condemnari non poteſt, & ſi cōdemnatur, ſententia eſt nulla.*

259 *Sententia lata contra Robertum Regem Siciliæ veluti criminis maieſtatis reum, & contumacem, nulla fuit, quia crimen ſibi impoſitum committere non potuit.*

*Crimen læſæ maieſtatis non cadit in non ſubditum. ibid.*

260 *Sententia in contumaciam lata contra aliquem, quòd deflorauerit virginem, & prægnantem reddiderit, cum tamen illa eſſet mulier, & ille caſtratus, & eunuchus, exequenda non eſt.*

261 *Sententia exequenda non eſt reſpectu qualitatum delictum aggrauantium in ſententia expreſſarum, quæ tamen in proceſſu probatæ non apparent.*

262 *Impedimenti, quod contumax habuit, propter quod citatus comparere non potuit, ratio haberi debet ante ſententiæ executionem.*

*Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, non habet locum, ſi contumax fuit impeditus, ne poſſet comparere. ibid.*

*Senten-*



263 *Sententia contra captum extra territorium, & per vim ductum in eius territorium, an exequi poſſit, & quando. & nu. ſeq.*

265 *Banniti admonentur, ne ſe confidant in alieno territorio ſine ſaluoconductu Domini illius territorij.*

266 *Iudex tenetur audire cauſas abſentiæ citati, quas pro eo abſente aliquis allegaret.*

267 *Sententia eſt nulla, ſi Iudex non dederit terminum ad probandum cauſas abſentiæ citati allegatas, ſi petitum fuerit admitti ad probandum.*

268 *Sententia an exequi poſſit contra bannitum, ſi fuit oppoſita pro eo exceptio, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, iudicium bannitus ſuſcipere compulſus non fuiſſet.*

269 *Bannum ferri impeditur, ſi opponitur, quòd citatus eſt minor, infans, furioſus, vel talis, qui licitè deliquerit.*

270 *Exceptio, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, impediuiſſet ſententiam ferri, impedit illius executionem, ſaltim ad effectum conſulendi Principem. & nu. ſeq.*

272 *Sententiam latam contra teſtem citatum, & non comparentem, quia falſum dixerat teſtimonium, antequàm Iudex exequatur, debet plura conſiderare.*

*Teſtis de falſo imputatus, vt contumax pro confeſſo habeatur, decem & ſeptem requiſita adeſſe debent. ibid.*

*Confeſſio ficta carcerati ex eius fuga vt inducatur, quæ requirantur. remiſſiuè. ibid.*

*Bannitus conterendi remedium, quod ſalubre ſit. ibid.*

273 *Iudex ante executionem debet animaduertere ad verba ſententiæ, quæ tranſgredi non licet.*

274 *Pœna perſonæ quæ intelligatur.*

*Pœnæ genus ex genere cauſæ metiendum eſt. ibid.*

275 *Iudex an poſſit interpretari verba ſententiæ.*

276 *Iudex, qui condemnauit in hauere, & perſona, vel qui recommendauit pro hauere, & perſona, an poſſit verba hæc poſtea declarare.*

277 *Sententia diffinitiua debet in mitiorem partem intelligi.*

278 *Condemnatus in hauere, & perſona dicitur condemnatus in penam, quæ à ſtatuto eſſet expreſſa pro illo maleficio, pro quo iſte dicitur condemnatus, aliàs minor pena impoſita cenſetur.*

279 *Verba, pro hauere & perſona, in ſententia expreſſa, quomodo intelligantur, quando pena eſt arbitraria pro eo delicto, pro quo pœna in ſententia ſub his verbis eſſet impoſita.*

280 *Executio ſententiæ quomodo fieri debeat, quando quis eſt condemnatus in amputatione membri, alio non expreſſo.*

281 *Sententia, quæ penam certam non habet, vt in amputatione membri, alio non expreſſo, ex natura inquiſitionis regulatur.*

 *Statu-*

*Statutum imponens pœnam, ſi ſimpliciter dicit de membro, de quo membro intelligi debeat.*
282 *Condemnatus in amputatione manus non expreſſo de qua manu, in qua manu condemnatus intelligatur.*
283 *In pœnis ſemper benignior interpretatio facienda eſt.*
284 *Condemnatus in amputatione manus, ſi habeat vnam aridam, hæc ei amputari debet.*
285 *Niſi tamen hæc prorſus eſſet inutilis, ne condemnatio eluſoria redderetur.*
286 *Condemnatus in amputatione manus, ſi non niſi vnam habeat, pœna debet commutari, ne corpus humanum deformetur. Sed contra nu. ſeq.*
288 *Sententia an valeat, qua quis condemnatur in centum, quæ ſi non ſoluerit infra certum tempus, amputetur ei manus. & nu. ſeq.*
290 *Condemnatus, ſeu bannitus ſimpliciter, in qua pœna dicatur condemnatus, & bannitus.*
291 *Incertitudo ſententiæ ex actis declaratur.*
292 *Pœna à ſtatuto expreſſa impoſita intelligitur, quando in banno nulla pœna expreſſa eſt.*
293 *Pœna ſi eſſet arbitraria, illa dicitur impoſita in banno, quod certam pœnam non continet, quæ ex conſuetudine eſſet declarata.*
294 *Bannum, quod nullam continet pœnam, quæ etiam ex ſtatuto, vel conſuetudine non eſt declarata, eſt nullum.*
295 *Condemnatus in pœnam capitalem ſimpliciter, non eſt neceſſariò vita priuandus.*
296 *Pœna capitalis tripliciter conſideratur.*
297 *Pœna capitalis propriè, & ſtrictè dicitur vltimum ſupplicium.*
298 *Pœna capitalis intelligitur pro exilio perpetuo.*
299 *Pœnarum in executione mitiorem ſententiam tenere oportet.*
300 *Verbum, capitali, in l. præſenti. C. qui ad eccleſ. conſug. ponderatur.*
301 *Statutum, quòd quis capite puniatur, de exilio intelligitur.*
302 *In ſententia capitali, cur dicitur, ita quòd anima à corpore ſeparetur.*
303 *Pęna ſatis expreſſa dicitur in ſententia, quamuis verè expreſſa non ſit, ſi factum fuerit declaratum, dicendo talem hæreticum, vel læſæ maieſtatis reum declaramus.*
*Facto declarato, pęna, vel executio ipſo iure ſuccedit. ibid.*
304 *Sententia declaratoria quæ dicatur.*
305 *Executio aliqua facienda non eſt contra aliquem delinquentem, niſi ſequuta ſit ſententia declaratoria.*
306 *Sententia valet aliquem relegans ſine temporis præfinitione, quia tempus certum à lege ſuppletur.*
*Relegatus ſine temporis præfinitione, per tempus decennij relegatus intelligitur. ibid.*
307 *Pœna illa exequenda eſt, quæ in ſtatuto continetur, ad quod ſententia habet relationem.*



308 *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.*
309 *Iudex multa conſiderare debet ante executionem contra bannitum. remiſſiuè, tam pro Regnicolis, quàm pro alijs.*
310 *Epilogus omnium, quæ Iudex ante executionem conſiderare debet.*
311 *Bannitus præſumptione iuris iuuare ſe non poteſt ad impediendam executionem ſententiæ.*
312 *Confeſſio non dicitur propriè probatio, ſed releuatio à probatione.*
313 *Bannitus ad impediendam executionem an præſcriptione ſe tueri poſſit.*
314 *Sententia capitalis eſt conditionalis, ſi in fortiam curiæ condemnatus peruenerit.*
*Tempus ad exequendam ſententiam capitalem non incipit currere, niſi poſtquam bannitus peruenerit in manus curiæ. ibid.*
315 *Tempus an currat à die latæ ſententiæ.*
*Præſcriptio, quæ decurſa eſſet ante accuſationem, vel inquiſitionem, an proſit bannito, ne ſententia exequatur. ibid.*
*Præſcriptio tollit ius accuſandi, & inquirendi. ibid.*
*Confeſſio rei, qui præſcriptione ſtatuti tutus eſt, non præiudicat, nec condemnatio ſequi poteſt. ibid.*
*Cap. 1. de accuſa. quomodo declarandum. ibid.*
*Inno. in c. qualiter & quando. de accuſ. quomodo declaran. ibid.*
*Argumentum valet, hoc non procedit in confeſſione vera, ergo nec in ficta. ibid.*
*Cancellatione ſententiæ iuuare ſe non poteſt bannitus, quando eſt nulla. ibidem.*
*Cancellatio tollit actum cancellatum, & habet vim ſententiæ. ibid.*
*Cancellatio eſt nulla, quando eſt facta à non habente authoritatem, vel non eſt ſeruata forma mandati. ibid.*
*Bannitus licèt cancellatus, ſed nulliter, poteſt impunè offendi. ibid.*
*Cancellatio reſtringitur ad ſuam cauſam, & ad aliam non ſe extendit. ibidem.*
*Sententia exequi poteſt, licèt ſit cancellata, contra illum, ad quem cancellationis cauſa non ſe extendit. ibid.*
*Bannito capto non prodeſt ſaluuſconductus, nec gratia ab alio, quàm à Rom. Pont. obtenta. ibid.*
*Gratia remiſſionis banniti, quas clauſulas, vt valeat, continere debeat. ibidem.*
*Gratia eſt nulla, ſi cauſa condemnationis narrata non eſt. ibid.*
*Gratia eſt nulla, ſi non eſt facta mentio alterius gratiæ ob aliud delictum. ibidem.*
316 *Iudex videns ſententiam iniuſtam, vel nullam, vel rei innocentiam, non tamen debet illum abſoluere.*

*Iudex functus officio ſuo per ſententiam non poteſt amplius ad eam manum apponere. ibid.*

317 *Iudex exequi non debet ſententiam, quam videt nullam, iniquam, & iniuſtam, vel conſtet ſibi de innocentia banniti, ſed ſuperſedere debet, & Principi reſcribere.*

*Executio differri debet ſententiæ contra bannitum captum etiam confeſſum ſi conſtat de illius innocentia. ibid.*

318 *Executor quando debeat differre executionem corporalem.*

319 *Iudex an poſſit contra veritatem, & innocentiam ſibi vt priuato notam contra reum innocentem duobus, aut tribus teſtibus aliàs de crimine conuictum damnare.*

320 *Conſilium, quod Iudex hoc in caſu tutius agendo, facere debet.*

321 *Proximo ſubuenire quilibet etiam non requiſitus tenetur, ne damnum vel in bonis, vel in corpore iniquè patiatur, veritatem denunciando ei, qui prodeſſe poteſt*

322 *Res iudicata pro veritate habetur.*

323 *Iudex iudicare tenetur ex his, quæ ſibi nota ſunt ex actis, non ex his, quæ ſibi priuatim nota ſunt ex particulari eius ſcientia.*

324 *Iudex quid facere debeat, ſi ſtatum cauſæ Principi retulerit, & abſolutionem innocentis obtinere non potuit.*

325 *Iudex tenetur omnino exequi ſententiam, quam exequendam omnino Princeps reſcribit.*

326 *Iudex tenetur exequi ſententiam, ſi Princeps, cui relatus fuit ſtatus cauſæ, nihil reſcribat.*

327 *Obediendum eſt Principi mandanti Officiali, vt aliquem ſine proceſſu, & cauſæ cognitione ſuſpendi faciat, aut vt aliter morti tradat.*

328 *Princeps eſt lex animata in terris.*

329 *Acta per Principem præſumuntur legitimè facta.*

330 *Principi, cur ita facis, non eſt qui dicat.*

331 *Sic volo, ſic iubeo, verba Iuuenalis.*

332 *Ratio in mente Principis retenta, iuſta præſumitur.*

333 *Cyn. opinio non videtur vera Ioanni Igneo.*

334 *Statutum, ſi dicat, quòd Officialis ſub pœna mille debeat citò decapitari facere bannitum, qui in eius fortiam venit, poteſt tamen Officialis executionem differre.*

335 *Iudices reprehenduntur, qui reclamare non audent contra literas Papæ, aut Imperatoris iniuſtas.*

336 *Boſſij declaratio ad dictum Cyn.*

*Iudex ſi eſt dubius, an mandatum Principis ſit iniuſtum, debet illud exequi, ſecus ſi aliquo modo poteſt conſiderare eſſe iniuſtum. ibid.*

*Mala conditio hominis quid importet. ibid.*

337 *Iuſſio ſecunda expectanda eſt à Iudice, cui à Principe mandatur, vt aliquem*



*quem morti tradat, ſi non apparet cauſa, propter quam ille mori debeat.*

338 *Iul. Clar. diſſuadet dandum eſſe conſilium iudici, vt ſuperſedeat, & expectet ſecundam iuſſionem, quando Princeps mandat, vt aliquis morti tradatur.*

*Iudici non exequenti mandatum Principis de morti tradendo aliquem, poteſt contingere, vt ipſe ſuſpendatur, vt quandoque euenit. ibid.*

339 *Iudex exequendo mandatum Principis morti aliquem tradendo excuſatur, ſi periculum ipſi imminebat, ſi non exequeretur.*

340 *Principi iuſto moleſtum eſſe non debet, quòd eius iuſſa, quæ iudici, cui iniunguntur, non iuſta videantur, executioni demandata non fuerint.*

341 *Antiochus Rex ſcripſit omnibus Regni ſui Vrbibus, quòd ſi quid literis eius nomine ſcriberetur, quod legibus aduerſaretur, illis non parerent.*

342 *Iudex non dicitur non benè facere, ſi pro honore ſuperioris non exequitur illius mandatum.*

343 *Princeps æquanimiter ſuſtinere debet, ſi non adimpletur eius mandatum, quando iuſta ſubeſt cauſa non adimplendi.*

344 *Gram. maxima beneuolentia proſequutus eſt Cardinalis Columna Locumtenens generalis in Regno, quia præſciuit obſiſtere indignatæ voluntati d. Cardinalis, qui ei præceperat, quòd torturæ aliquem ſubijceret ſine indicijs, quia ipſe erat informatus.*

345 *Torqueri quis non debet, nec poteſt ſine indicijs in proceſſu apparentibus, licèt Princeps ſuperior diceret, ſe habere conſcientiam informatam.*

346 *Deus imprecatur contra Officiales, qui Principi contra veritatem, & iuſtitiam complacere volunt, & obſequi.*

347 *Conſilium ſanum eſt iudicis ſuperſedentis in executione ſententiæ, & expectantis ſecundam iuſſionem Principis.*

348 *Mortis hominis nulla vnquàm cunctatio ſera eſt.*

349 *Periculum vbi maius, ibi cautius agendum eſt.*

350 *Conſilium reſcribendi Principi aliquid iniuſtum præcipienti eſt à ſacris canonibus introductum, vel comprobatum.*

351 *Executor merus ſi videt, quòd mandatur iniuſtum, an debeat ſuperſedere, & reſcribere Principi.*

352 *Superſedendum omnino eſt in executione ſententiæ, ſi conſtat de innocentia condemnati.*

353 *Sententia, quæ continet intolerabilem errorem, aut notoriam iniquitatem etiam ab executore exequenda non eſt.*

354 *Iudex peccat, qui ſententiam ſuperioris exequitur ſciens eſſe nullam, & irritam, ſiue quia errorem contineat intolerabilem, ſiue manifeſtam iniuſticiam.*

355 *Principes, & ſuperiores admonentur, ne vti etiam publicæ perſonæ faciant mandata Iudicibus, vt aliquem mori faciant, non obſtantibus aliquibus in*

*bus in contrarium facientibus*

356 *Iudices admonentur, ne talia mandata exequantur, ſi iniuſta fuerint.*

357 *Mandatum iniuſtum ſuperioris ſubditum illud exequentem non excuſat.*

358 *Mandatum ſuperioris iniuſtum, ſubditum, qui illud exequitur, excuſat à pœna ordinaria, non etiam extraordinaria.*

359 *Dolus vbi ceſſat, ceſſat etiam pœna ordinaria.*

360 *Torturæ aliquem iniuſte ſubijciens iuſſu Magiſtratus an excuſetur.*

361 *Executor Prætoris, ſi illius mandato iniuſte aliquem morti tradiderit, an excuſetur ab omni pœna.*

362 *Magiſtratus, & Iudex ſi aliquid vti publicæ perſonæ iniuſtum mandant executori eorum, iuſſus excuſat; at contra ſi vt priuatæ perſonæ.*

363 *Princeps, & ſuperiores admonentur quales conſiliarios, & Iudices habere debeant.*

364 *Iudices admonentur circa id, quod facere debent.*

365 *Iudex quibus concludatur anguſtijs, quando ſcit reum delatum eſſe innocentem, qui tamen eſt conuictus teſtibus de crimine.*

366 *Iudex an debeat, & poſſit cauſam remittere ſuperiori, ſi reum delatum con uictum teſtibus de crimine ſcit eſſe innocentem.*

367 *Iudex ſciens reum delatum eſſe innocentem, quamuis aliter teſtibus conuictum de crimine, an poſſit pronunciare, ſibi de cauſa non liquere.*

368 *Couar. diſſentit ab Alciato.*

369 *Intellectus tex. in l. ſi de meis. §. vlt. ff. de arbit.*

*Iudex quando pronunciare poſſit, de cauſa ſibi non liquere. ibidem. & nume. 371.*

370 *Sententiam certam proferre in re dubia graue eſt.*

371 *Intellectus l. Pomponius. ff. de re iud.*

372 *Iudex ſciens reum delatum eſſe innocentem, quamuis teſtibus conuictum de crimine, an poſſit alium Iudicem ſubſtituere.*

373 *Iudex an debeat potiùs dimittere Officium, & Magiſtratui cedere, quàm innocentem damnare.*

374 *Iudex an teneatur potiùs omnium ſuorum bonorum diſpendium facere, quàm innocentem damnare.*

375 *Nemo tenetur ſuo ingenti incommodo damnum, quod ipſe non dedit, in fratre cauere.*

376 *Siueſter in ſumma non optima fide refert S. Thom.*

377 *Iudex ſciens reum delatum eſſe innocentem, debet diligenter inquirere falſitatem teſtium, qui illum de crimine conuincunt.*

378 *Falſitatem teſtium quomodo Iudex detegere poſſit.*

379 *Iudex an poſt bannum, & ſententiam ſequutam contra bannitum poſſit inquirere de veritate criminis, & ita detegere falſitatem teſtium, ſciens illum eſſe innocentem, quamuis de crimine per illos teſtes conuictum.*



380 *Iudex ſupinus eſt, qui poſt ſententiam latam contra bannitum inquirit de veritate criminis.*

381 *Iudex debet omnem viam tentare, ne innocens condemnetur.*

382 *Iudex an, & quando poſſit relinquere carceres apertos, vt carceratus aufugiat.*

383 *Iudex, ſi ſciens reum delatum eſſe innocentem fecit quicquid potuit apud Principem, ne ille damnaretur, & non potuit abſolutionem obtinere, tenetur cauſam diffinire ex actis, & probatis.*

384 *Iudex Laicus, cui traditur ab Eccleſiaſtico hæreticus comburendus, non poteſt aliquo modo ſuperſedere, dicens ſcire illum eſſe innocentem.*

385 *Innocentem morti tradere animus extimeſcit.*

*Teſtimonia publica deſerenda non ſunt ex eo, quia animus extimeſcat innocentem morti tradere. ibid.*

386 *Lex omnis humana quantumuis iuſta, nihil aliud eſt, quàm cribrum expurgandi tritici, quæ nequit ſic exacte iuſta diſcernere, quin cum purgaminibus nonnulla quandoque decidant grana.*

387 *Princeps, & ſupremus Iudex quomodo poſſit reum delatum teſtibus conuictum, quem tamen ſcit eſſe innocentem, liberare, quando ille de graui crimine eſt accuſatus, quem liberare non poteſt citra graue ſcandalum.*

388 *Princeps damnato ad mortem vitam concedere poteſt.*

*Princeps, & Iudex ſupremus, qui poteſtatem habet condendi, & abrogandi legem in Ditione ſua, poteſt ex ſua ſcientia iudicare, etiam ſi iudiciales probationes contrariæ adeſſent. ibid.*

389 *Quod procedit in quouis Domino, cuius dictum in ſuo territorio legis loco eſt.*

390 *Principis vices gerens poteſt etiam ſecundum conſcientiam iudicare, probationibus reiectis.*

391 *Iac. Menoch. falsò putat à Guid. Pap. ſolùm Couar. diſſentire.*

392 *Princeps ſecundum conſcientiam ſuam liberans delatum de crimine teſtibus conuictum, quem ipſe ſcit eſſe innocentem, quid facere debeat, vt etiam populo ſatisfaciat. & nu. ſeq.*

394 *Iudex peccat mortaliter aliquem damnans ad mortem, vel membrorum mutilationem, & vti homicida tenetur, ſi conſtitutus eſt Iudex à non habente iuſtum dominij titulum. & nu. 397.*

395 *Iudicare nemo poteſt niſi habeat legitimam poteſtatem ordinariam, vel delegatam.*

396 *Tiranni geſta nulla ſunt.*

398 *Iuſſio ſecunda Principis expectanda non eſt, quando Motu proprio Princeps reſcribit.*

399 *Aequiparantur Motus proprius, & ſecunda iuſſio.*

Iudex

400 *Iudex contra conſcientiam iudicare non debet, & quando dicatur iudicare contra conſcientiam. & nu.402.*
401 *Peccat mortaliter palàm quis agens contra propriæ conſcientiæ dictamen.*
403 *Aliud eſt Iudicem ferre ſententiam ex his, quæ vt Iudex ſcit, etiam ſi vt priuatus contrarium cognouerit, aliud eſt Iudicem ferre ſententiam contra conſcientiam, & propriæ conſcientiæ dictamen.*
404 *Iudex deponere debet conſcientiam, quam haberet contrariam probationibus, ſi vult ſine peccato ſecundum probata iudicare.*
405 *Executio ſententiæ contra nocentem differenda non eſt.*
406 *Iudex detecto crimine debet ſtatim ſententiam proferre, ne fortè ſupplicandi Principi occaſio detur.*
407 *Reipublicæ conſultum non eſt, ſi poſt detectum crimen Iudices in coercendis criminibus ſupini, aut remiſſi eſſent.*
*Executio non impeditur, nec in ea ſuperſedendum eſt, quamuis ſupplicatio porrecta eſſet Principi pro bannito, & expectaretur rei exitus, an Princeps gratiam ſit facturus. ibid.*
*Limitatur tamen hoc duobus modis. vt ibid.*
408 *Quod præſertim obſeruandum eſt aduerſus eos, qui enormia commiſerunt.*
409 *Delinquentium, præſertim enormiter, calamitati Iudices illacrimari non debent.*
410 *Publica lætitia turbatur, cum enormiter delinquentes non puniuntur.*
411 *Dei ira in nos prouocatur, cum enormiter delinquentes non puniuntur.*
412 *Dei eſt amicus, qui Dei interficit inimicos.*
413 *Iudex quidam fuit ad triremes condemnatus per Senatum Mediolanenſem, qui corruptus diſtulit ſupplicium condemnati pro furto.*
414 *Crudelis non eſt, qui crudeles iugulat.*
515 *Crudelem Iudicem latro patibulo ſuſpenſus putat.*
*Iudicem aſperrimè patitur peſſimus quiſque. ibid.*
416 *Aequitas nulla maior in natura, quàm hominem exterminare crimi-noſum.*
417 *Homo crimininoſus homo non eſt, ſed bellua, quæ ſe armat contra naturam.*
418 *Iudex in morte hominis non glorietur, aliàs homicida eſt.*
419 *Executio ſententiæ capitalis ſuis loco, & tempore congruis fieri debet.*
420 *Etiam quòd ſtatutum mandaret, capto bannito incontinenti executionem fieri debere.*
421 *Dictio (incontinenti) temporis recipit interuallũ.*
422 *Statuto ſtante, quòd contra condemnatum captum incontinenti fiat executio lapſis tribus diebus poſt capturam, & captus ſit condemnatus in pœnam mille, quos ſi ſoluere non poterit, amputetur ſibi caput, & intra tres dies ſolutio facta non fuerit, an incontinenti lapſis tribus diebus fieri debeat executio.*



423 *Sententiæ capitalis executio in quibus caſibus deferri debeat. remiſſiuè.*
424 *Executio differenda eſt contra condemnatum, qui furioſus eſſet effectus.*
425 *Sententiæ capitalis executio differri debet, ne de muliere prægnante ſupplicium ſumatur. & ſeq.*
427 *Sententiæ executio an differri debeat, ſi damnatus reddere debeat rationem alicuius adminiſtrationis, donec ſcilicet illam reddat. & ſeq.*
428 *Sententiæ executio an differri debeat, ſi damnatus alium de aliquo crimine accuſauerit, donec ſcilicet accuſationis iudicium inſtitutum perficiatur.*
429 *Sententiæ capitalis executio differenda eſt, donec damnatus confiteatur peccata ſua.*
*Iudex debet omni ſtudio curare pro ſalute animæ ad mortem condemnati. ibid.*
430 *Iudex debet damnatum ad mortem hortari ad pœnitentiam, adhibitis etiã viris religioſis, & Deum timentibus.*
431 *Iudex quantum temporis ſpacium debeat dare damnatis ad mortem, vt peccata ſua confiteantur.*
432 *Etiam ſi Princeps reſcriberet, vt incontinenti aliquis morti tradere-tur.*
433 *Euchariſtiæ Sacramentum damnatis ad mortem non denegatur.*
434 *Sententiæ capitalis executio differenda eſt in alium diem poſt ſumptam ſanctiſſimam Euchariſtiam per damnatum ad mortem.*
435 *Extrema vnctio non debet dari capitaliter damnatis.*
436 *Sententia exequenda contra bannitum captum intimanda eſt ei nocte antecedenti per virum religioſum, ſeu alios de aliqua confraternitate.*
437 *Condemnato ſuſpendendo, vel decapitando mitti debent viri religioſi nocte antecedenti, qui eum confortentur.*
438 *Sententiæ capitalis executio fieri non debet in die feriato in honorem Dei.*
439 *Sententiæ executio capitalis etiam in diebus feriatis in enormiſſimis delictis fieri ſolet.*
440 *Licèt fieri poſſit indiſtinctè in diebus feriatis in vtilitatem hominum.*
441 *Executio iuſtitiæ fieri debet in loco conſueto.*
442 *Executio iuſtitiæ etiam in non famoſos interdum fit in loco, in quo furtum, vel aliud delictum eſt commiſſum.*
443 *Graſſatores viarum ſuſpenduntur in loco delicti.*
444 *Executio ſententiæ fieri debet in ea pœna, in qua quis eſt condemnatus.*
*Iudex inferior non poteſt damnato ad mortem concedere arbitrium eligendi pœnam. ibid. & nu.446.*
445 *Condemnatus pluribus pœnis ſi quis fuerit pecuniarijs, omnes ſunt exequen-*

*quendæ, niſi vna alteram abſorbeat.*
*Sed quid ſi ſunt corporales, ſed inter ſe compatibiles.ibid.*
*Condemnatus ſi quis fuerit in amputatione manus, deinde in amputatioue capitis, prius manus, deinde caput amputari debet.ibid.*
*Sed quid ſi pœnæ ſunt incompatibiles inter ſe. ibid.*
*Pœna decapitationis minor eſt pœna furcarum. ibid.*
*Bannitus pro homicidio in pœnam capitis, an poſſit rebanniri ab occidente bannitum pro furto in pœnam furcarum. ibid.*
447 *Condemnationes ſi plures fuerint in vna, eademq; ſententia, ſuo ſunt ordine exequendæ.*
448 *Pœnam impoſitam in ſententia poteſt Iudex commutare, ſi illius condemnatus capax non eſſet.*
449 *Pœna ictuum funis gibboſus affici non poteſt, & ideo in eam pœnam condemnatio commutatur in fuſtigationem.*
450 *Iudex inferior inconſulto ſuperiore pœnam commutare non poteſt condemnato, etiam quando ille capax non eſſet pœnæ impoſitæ.*
451 *Pœna ignis in quibus criminibus imponatur.*
*Concremandi prius ſunt ſtrangulandi.ibid.*
452 *Hæreticus, qui non vult pœnitere, neque ad catholicam fidem redire, viuus eſt comburendus.*
*Mortem ſunt qui non timent, ſed genus mortis.ibid.*
453 *Carnifex ſi in loco nullus eſt deputatus pro executione iuſtitiæ, an Iudex aliquem poſſit cogere, vt ſit carnifex.*
*Merces quæ ſit carnificis pro executione iuſtitiæ.ibid.*
454 *Animal alicuius, vel currus pro portando malefactore ad furcam, poteſt cuilibet de populo auferri.*
455 *Cadauer banniti an ſuſpendi poſſit.*
456 *Expenſa executionis iuſtitiæ, vt furcarum, & Carnificis, ad Fiſcum pertinet, niſi ſit conſuetudo in contrarium.*
457 *Cadauera punitorum ſepeliuntur, de licentia tamen Iudicis.*
458 *Corpus ſacratiſſimum Saluatoris noſtri traditum fuit ſepulturæ de licentia Pilati præſidis.*
459 *Cadauera punitorum interdum relinquuntur in loco patibuli, vt cæteris ſint exemplo.*
460 *Executio ſententiæ ſi per errorem facta fuit, vt quia vna manus pro altera fuit inciſa, non debet quæ remanſit aliter incidi.*
461 *Executio ſi per errorem facta fuit, vt quia vnus pro alio fuit ſuſpenſus, verus etiam delinquens ſuſpendi debet.*
462 *Veſtes cadauerum punitorum cuius ſint, & num.ſeq.*

CAP.



# CAP. FIN.

## *Quæ Iudex obſeruare debeat, & teneatur, antequàm completo proceſſu ad executionem decurrat.*

PLVRA tamen animaduertenda ſunt per
Iudicem, antequam ad executionem hu
iuſmodi decurrat, quamuis de veritate
criminis, vt ſupra diximus, inquirere
1 non debeat. Et † primò animaduerte-
re debet, quòd antequàm ſententiam
præſertim alterius Iudicis exequatur, vi-
deat proceſſum, ex quo formata fuit in-
quiſitio, ex qua ad dictam ſententiam
proceſſum fuit ſiue ſit Iudex eiuſdem fo-
ri, ſiue alterius, vt ſi contingeret habere bannitos alterius fori,
contra quos etiam poteſt ad executionem procedere, vt ſupra di-
2 ximus c.1.nu.237.aliàs † ſine proceſſu ex ſola ſententia ad execu
tionem procedere non poteſt, nec debet modo aliquo, quod per
multis rationibus demonſtrari ita poteſt.
3 Primò ea ratione, quòd † per ſolam ſententiam non dicitur
conſtare de crimine, ex quo banniti debitis pœnis plecti debent,
vt eſt ſententia Bald. in Auth. clericus. C. de epiſc. & cleric. vbi in
4 propoſito dicit, † quòd quando vnus Iudex ad alium remittit,
aut remiſſio fit ad inſtructionem, & actis remittentis ſtare tene-
5 tur, vt not. in clemen. paſtoralis. de re iudic. aut † ad punitionem,
& ſtare non tenetur, ſed acta recenſere debet, vnde ſi ſola ſenten-
tia ſine probationibus remitteretur, fidem de crimine non face-
ret quoad Iudicem diuerſi fori, & dicit hoc tenere Gul. de Cun.
in l.magiſtratibus.ff. de iuriſd.om.iud. & ſequitur Alber. de agno
ſcen.aſſertio.catholic.q.25.in 4.concluſio. poſt nume.43. verſic.
quamuis Bar. Aufrer. de poteſta.iudic.ſecul.& eccleſiaſt.num.31.
Ruin.conſi.124.in prin.lib.5.Bellacoſ.in ſuis commu. opin. rela-
tus inter communes opin. recens collect.tom.2.lib.7.tit.5.de exe
6 cutio.rei iudic.num.37.† Et ideo in criminibus ſecularibus, aut
mixti fori Iudex ſecularis clericum degradatum, & ſibi traditum

punire

punire non tenetur, niſi fiat ſibi fides de proceſſu, quia ille de fo
ro ſuo efficitur, & illum habet vt ſubditum iudicare vt Iudex, nō
vt prorſus executor.§.ſi verò crimen.in Authen. de ſanctiſſ.Epiſ.
* & voluerunt Bart.Ang.Fulgoſ.Caſtren. & cęteri omnes commu-
niter in l.magiſtratibus.ff.de iuriſdictio.omnium iud. Imo.Barb.
columna 17.Alcia.num.100.in cap.1.de offic.ordin.Fely.in cap.
ad audientiam.de hæretic.Carrer.de hæretic.num.63.qui omnes
* fatentur iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum.& Diaz in
pract.crimin.canonic.cap.141.poſt principium.Abb.in d.cap.1.
& ibi Butr. de offic.ordin.cum alijs, vt per Albertin. d.quæſt.25.
* in 4.concluſ.& Iul.Clar.ex communi lib.5.ſenten. §.fi. quæſt.96.
verſi.quæro nunquid.de quo & per Nell.de bannitis,2.par.2.tem
po.quæſt.37. qui remittit ſe ad dicta per Docto. maximè per In-
nocen.in d.cap.1.de offic.ordin. Et licèt in contrariam partem,
vt Iudex ſcilicet ſecularis non inſpecto aliter proceſſu, ſeu alte-
ro denuo fabricato clericum ſibi traditum punire teneatur ob
ſolam,& ſimplicem inſpectionem ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici,
inclinauerint Innocen.& Abb. in d.cap.1.nume.11. de offic.ord.
* quorum opin. communem apparet Canoniſtarum ſecundum re-
latos per Alc.ibi num.100. & per Igne.in l.1.§.cum dominus.nu
me.41.ff.ad Sylla,& per Simanc. in praxi enchirid.iudic. violatæ
* religio.tit.66.de iudic.ſecular.num.2.Legiſtarum tamen opinio-
nem veriorem,communiorem, & tutiorem eſſe apparere, & red-
di ex ſcriptis per Bart.& præcitat.Docto.dicit Viui.commu.opi-
nio.in verb.iudex.opin.396.relatus inter commu.opinio.recens
collect. tom.1.lib.1.tit.21.de offic.ordin.num.43. Et dicit Alcia.
vbi ſupra,ſe vidiſſe ex inſpectione proceſſus aliàs ſententiam Iu-
dicis Eccleſiaſtici iniuſtam fuiſſe repertam, & ob hoc per Iudicē
laicum non fuiſſe aliter executioni demandatam.Nec mirum hoc
eſſe, ſubdit Viui. eò loci, ſiquidem infinitis vicibus eo patroci-
nante, quòd in varijs, & diuerſis curijs, tam ſecularibus, quàm
eccleſiaſticis, tam ſententiæ ciuiles, quàm criminales ex eiſdem
actis, nihil nouiter producto, ſeu addito in proceſſu, reuocatæ,
& annullatæ fuerunt. Vnde, & iure quidem,nimiam in iudican-
do quorundam facilitatem deteſtatur, præſertim ſi qui prouen-
tus magis, quàm veritatem affectantes rebus plerunque ſuppreſ-
ſis ſententias temere non minus, quàm fulmina iaciant imme-
mores comminatiònis Hieremiæ Prophetæ, qui aduerſus eos
his verbis proclamat. Veh vobis, qui iudicatis terram, quo-
7 niam iudicabimini. Quinimo † Iudex ſecularis non tenetur
præſtare auxilium Epiſcopo, & ſic Iudici alterius fori in execu-
tione



* tione ſententiæ, niſi de proceſſu ſibi fides fiat, ſecundum com-
munem Doct.opin.de qua poſt Alciat.quem refert, teſtatur Iul.
Clar.d.q.96. ver.quæri etiam.in fin.& Bertazol. conſi. 200.nu.6.
lib.1.licèt in crimine hæreſis aliud de iure ſtatuatur, & de facto
* etiam ſeruetur,vt alibi diximus. quibus addo Viui.d.com. opin.
396.relatus inter d. cōmunes opin. vbi ſupra,& latiſsime omniū
Campeg. in addit. ad Zanchin.in tract.de hęretic.cap.8. in litera
A, Tiber.Decia.in tract.crim.lib.4.cap.27.poſt nu. 4. & lib.5.c.
25.nu.2.& ſeq.& Franc.Pegn.ſchol.99.ad 3.part.Director.inqui
ſito.vbi demonſtrat hanc opin.veram eſſe tum doctorum autho-
ritatibus,tum ex conſtitutionibus Rom. Pont. quibus hoc defi-
nitū eſt,ꝙ Iudices ſeculares abſque reuiſione proceſſuum exe-
quantur ſententias latas ab Inquiſitoribus cōtra hæreticos,quas
idem Franc. Pegn.imprimi curauit inter bullas Apoſtolicas pro
ſanctiſsimo officio Inquiſitionis poſt eius ſchol.& annot. ad Di-
rector.inquiſitor.fol.57.75.& 135. Quàmuis ergo ex d.Motibus
proprijs,quorum ſupra meminimus.cap.1.d.nu.237.facultas de-
tur Iudici etiam alterius fori exequendi ſententias contra ban-
nitos ab eis captos, ſola tamen ſententia, quæ à Iudice, qui illos
condemnauit, tranſmitteretur ſine actis, & probationibus, non
ſufficeret: quia d.Motus proprij ſic dare dicuntur facultatem pu
niendi iuxta d.doctrinam Bald.in d.auth.clericus. & vlterius vo
lunt, bannitos ita captos à Iudicibus alterius fori puniri debere
iuxta criminū,& exceſſum per eos perpetratorum qualitatem,de
quibus ſic per ſolam ſententiam conſtare non dicitur per prædi
cta,nec cōtumacia loco probationum ſuccedit, vt infra diximus
nu.24.& in terminis d.bullarum,& motuum propriorum conſu-
luit Corn. mentionem faciens d. Bullæ Pij II. quæ vigebat tem-
pore ſuo, in conſi.143.col.2.vol.2. quatenus ibi voluit, ꝙ d. Bul-
la,& ſimiles ſunt iuri communi contrariæ,& iuris communis cor
rectoriæ in eo,quod diſponunt,ꝙ per Iudicem diuerſi territorij
in alio territorio fiat executio ſententiæ per alium prolatæ,cum
de iure id fieri non poſſit,iuribus, & authoritatibus per eum al-
leg.& quòd ideo ſunt reſtringendæ, vt minus lædant ius commu
ne,& propterea intelligendæ de bannitis,& condemnatis, quan-
do ſcilicet conſtat homicidium puta eſſe commiſſum,de quo cō-
ſtare ſic non poteſt, niſi ex proceſſu, qui ſic à Iudice exequente
omnino videndus eſt.

Quam ſententiam illa etiam ratio ſuadere poteſt,quia licèt ſo
8 la ſententia aliquid probaret, aliud † tamen ex ea reſultare non
poſſet, quàm d. bannitorum ficta confeſsio criminis à ſtatu-
to,& ſacris conſtitutionibus inducta.arg.l.ſi ideo. ff. de euictio.

not.Fely.in c.cum Bertoldus.num. 20. cum ſeq.de ſent. & re iu-
dic.Iaſ.& Bal.in l.2.§.fin.C.de iuram.calum.cũ vulg.vt per Marſ.
in prac.crim.§.poſtquàm.nu.51. & ſeq.& in l.1.nu.50.C.de rap.
virg.Burſat.conſi.7.nu.19.vol.1. cum alijs ſupra alleg. cap. 1.nu-
me.29.& Alber.Brun.de ſtatutis.in verb.confeſsio. verſi.confeſ-
ſio reſultãs. Gigas de crim.læſæ maieſtatis.tit.quomodo, & per
quos &c.q.1.nu.7. Et ita per ſolam ſententiam non diceretur Iu
dici alterius fori exequenti conſtare, niſi de ficta bannitorũ con
9 feſsione,quæ † quidem licèt ad procedendum ſufficeret,non ta-
men ad exequendum, non aliter conſtito de delicto; quemad-
modùm vera delicti confeſsio ad condemnandum non ſufficeret
ſi de delicto aliter non conſtaret,vt not.dixit Bal.in addi.ad Spe.
tit.de ſent.col.18.& in tit.de confeſsis.col.2.verſi.Titius confite
tur.& in l.cum probatio.in addi. de probat.& in auth. ſed nouo
iure.2.col.C.de furt.& in c.at ſi clerici.col.8.de iud.Gãd.de ma-
lefic.tit.de præſumptio.& indic.dubit.col. 3. Ang. Aret.in tract.
malefic.in verb.& veſtem cęleſtem.nu.25. verſi. quid ſi confite-
* tur.& alij vbique omnes, de quibus alibi diximus. eſt enim hæc
determinatio iuris clara,aperta,& indubitata, vt dicit Alexand.
conſil.19.colum.1.lib.7.& Boſſ.in tract.cauſar.crim. tit. de deli-
cto.nu.15.dicit,ꝙ hoc nullam habet dubitationem, & difficulta-
tem.Ant.Gabriel.lib.7.commun.concluſio.cõcluſ.17. nu.3. Iul.
* Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.55.verſi.poteſt etiam. qui dicit, ꝙ ita ſer-
uatur,ꝙ niſi aliter conſtet de delicto, nunquàm reus ex ſola con
feſsione condemnatur,quicquid aliter dixerit Io.Andr. in addi.
ad Spec.tit.de accuſatio.§.fin.verſi.ſed pone A. fuit accuſatus.vt
eum refert Boer.in deciſ.259.nu. 3. & ſequitur alios citans Me-
noch.de arbitr.iud.caſ.269.nu.4.& Rolan.à Valle cõſi.51.nu.12.
10 & ſeq.vol.1.Quod † verum eſt, etiam ſi confeſsio delicti eſſet re
ſpectu certi hominis,& confeſſus delictum eſſet malæ conditio-
nis,& famæ,vt alibi diximus. Et propterea in ꝓpoſito dixit Iul.
11 Clar.& rectè quidem, lib.5.ſent.q.54.ver.fi.ꝙ † ſi ſententia exhi-
beretur,& condemnatio lata contra aliquem in loco delicti, fi-
dem non facit in alio loco alterius fori, & territorij ſeparati,qa
ſub alio Præſide prouinciæ, ita ꝙ executioni mittenda non eſt,
12 ſed† tantùm facit indicium contra eum,ita quòd etiam aliter nõ
conſtito de delicto poterit quidem contra eum procedi.cęterum
13 ſine cauſæ cognitione non ſolent tales ſententiæ executioni de-
mandari, vt per eum ibi, quem ſequitur Hypol. Bonacoſ. par.1.
commu.opin.crim.in verb.ſententia.& Burſat. conſi.232. nu.11.
14 lib.1.& Iul.Clar.d.q.96.verſicu.item quęro. dicit, quòd † Iudex
quamuis alterius fori, & territorij poteſt exequi ſententiam al-
terius



terius Iudicis contra condemnatum,ſi ſunt ſub eodem Principe,
ſi tamen videat,quòd executionem mereatur, quod antea dixe-
* rat Boſſ.in tract.cauſ.crim.tit.de foro cõpeten.nu. 86.& de com
muni ibi teſtatur. hoc autem Iudex videre non poteſt, niſi pro-
ceſſum videat,quem ſic videre oportet, vt ad ſententiæ executio
nem procedere poſsit.

Tertiò non parum mouere debet illa ratio, ꝙ quamuis ex for
ma ſtatutorum, & ſacrarum Conſtitutionum banniti habeantur
ob eorum contumaciam pro confeſsis,& conuictis, & ex forma
d.Motuum propriorũ Sum. Pont. Iudex contra eos captos exe-
qui teneatur,& debeat; nihilominus ſi ſententia vitio nullitatis
laboraret,& bannum viribus non ſubſiſteret, vt quia non ritè, &
rectè lata,& latum eſſet,banniti quàmuis capti nec ſuſpẽdi, nec
decapitari debent,nec ita ſententia in contumaciam lata exequi
poteſt, nec debet, etiam quòd ex d. Motibus proprijs executio
mandetur,& præcipiatur, vt inferius demonſtrabimus, nu. 143.
Ergo ſi Iudex ſententiam latam in contumaciã exequuturus ſit,
in primis proceſſum videre debet,ex quo perſpiciat, an inquiſi-
tio,& inde ſententia,quæ ſequuta eſt modo aliquo vitio nullita-
tis ſubiaceat,ne ſententiam,quæ nulla eſſet,exequeretur, contra
l.4.§.condemnatũ.ff.de re iudic.& ne de negligentia notari poſ-
15 ſit,& veluti † priuatus,qui in executionem ſtatutorum, & conſti
tutionum bannitos impunè occidi poſſe permittentium, banni-
tum non ritè condemnatum in d. ſtatutis minimè comprehen-
ſum occideret,pœna ſaltem extraordinaria teneretur, quia dili-
gentiam non adhibuit,an ritè,& rectè bannitus, & condemna-
tus eſſet.Bald.in l.1.in fi.C.de pœnis.latè Alex. conſil. 77.nu.6.
lib.3.qui multis ſimilibus, & doctorum authoritatibus compro
* bauit,& eſt communis opin.vt dicit Vant. relatus per Iul. Clar.
cui tamen diſplicet hæc opinio,lib.5.ſent.§.homicidium.verſic.
* maior eſt.& receptiſsimam eſſe ſententiam dicit Cagn. in l.qui
cum alio.nu.12.ff. de reg. iur. quam etiam ſequitur Menoch. de
16 arbitr.Iudic.caſ.283.num.2.& alibi diximus.Nec † debet Iudex
periculo ſe exponere, iuxta illud, Melius eſt ante tempus occur-
rere &c.de quo in l.fi.C.in quib.cauſ. in integr.reſtit.non eſt ne
17 ceſſar.quod debet in Iudice præſertim habere locũ,quem† cun-
cta rimari oportet,& ordinem rerum plena inquiſitione diſcu-
18 tere.c.iudicantem.30.q.5.ne † aliter comitem habeat pœniten-
tiam,vt aliàs de hoc Iudicem admonet Marſ.in prac.crim.§. fin.
occurrunt.in prin.& diximus ſupra in præfatio.nu.95.

19 Nec † ſola ſententia probat omnia ritè proceſsiſſe,& fuiſſe ſer-
uata ſeruanda,præſertim ſi in ipſa ſentẽtia talia præceſsiſſe enun-

 ciatum

ciatum non eſſet, cum etiam ſi fuerint enunciata, quia tempore ſententiæ interuenire non potuerunt, adhuc ex ſola ſententia nõ probarentur, vt latè poſt alios, quos alleg. habetur per Ant. Gabriel.lib.2.commu. concluſio.tit.de ſententijs.conclu. 4. nu.3.5.

20 Neque † aliàs in dubio præſumendum eſt, quòd præceſſerint, licèt de ſententia appareat, niſi eius ſolemnis proceſſus ex actis appareat.c.quoniam contra.& ibi glo.fin.& Docto.de probatio. cum alijs congeſtis per Ant.Gabriel. d.4.concluſ.nu. 3. maximè
21 † quando ſententia lata eſt in abſentem, & contumacem fictum.
22 Rot.deciſ.301.aliàs 9.de probatio.in no.præſertim † in crimina
libus, quia ſententia in contumaciam lata nunquã tranſit in rem iudicatam, vt voluit Io.de Ana.in c.de his.de accuſatio. Bologn. conſi.34.in fi.tradunt Doct.in l.admonendi.ff.de iureiur.Fely.in c.conſanguinei.de re iud.Rolan.à Valle conſi.60.nu. 33. volu.3. alios allegat Ceph.conſi.241.nu.77.volu.2. & allegauimus ſupra cap.3.nu.51. Quod hodie dubium nõ habet, ſi non præceſſerunt legitima indicia ad inquirendũ ex forma d.Motus proprij Pij V. de quo infra ſuo loco dicemus, vt ſine dubio dicendum ſit, pro ſententia non præſumi, ſi de proceſſu non conſtat, ex quo apparere debet ante executionẽ, an legitima præceſſerint indicia, ad latè tradita per Ant.Gabriel.d.concluſ.4. per totam. & in crimina
23 libus † ſententia aliàs non valet ſine probationibus, de quibus
ſic ex proceſſu conſtare oportet.Rube.Alex.inter conſi.Soc.iun. conſi.38.col.fi.ver.3.dico.vol.2.Ruin.conſi.68.col. 3. nec obſtat. vol.5.Anto.Gabriel.d.titu.de ſenten. concluſ. 9. num. 13.

24 Nec † ſola contumacia loco probationum ſuccedit, vt bannũ
ſequi poſsit, & ſententia validè, niſi aliter de delicto priùs cõſtet per informationes. Bar.conſi.100.col. 3. Marſ. qui plures allegat conſi.117.num. 31. & alijs ſeq. & alibi ſæpe in ſuis conſilijs. & in terminis executionis vigore Bullæ Pij II.conſuluit Corn.d.conſi.143,col.2.lib.2.

25 Quinimò † non conſtito Iudici executori de proceſſu, debet
in dubio præſumere ſententiam ſolam, quæ apparet, eſſe nullam, vt per Ant.de Butr.in c.venerabilem.car.vlt.qui fil. ſint legi.col. 1.verſi.vnum aduerte. alios recenſet Anto.Gabriel.d. concluſ.4. nu.27. Quò fit, vt nullo modo Iudex debeat ad ſententiæ executionem procedere, quonſque de proceſſu ſententiæ ſibi non conſtat, quia quouſque proceſſus ſibi non producitur, debet præſumere ſententiam nullam, & conſequenter ſcit illam exequi non poſſe. d.l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.cum alijs inferius alleg. nu.64. Et poteſt eſſe, quòd ex proceſſu conſtet de innocentia banniti ſaltem reſpectu pœnæ, in qua dicitur condemnatus, quia for





ſan nullo modo talis pœna ex eodem proceſſu huic licèt abſenti imponi poterat, & ita conſtare poteſt de notoria ſentẽtiæ iniquitate, & iniuſtitia, vt nõ ſemel viſum fuit, vnde periculo imminenti exequendi ſententiam iniquam, & iniuſtam contra innocentẽ ſe exponere Iudex nõ debet. neceſſaria ergo eſt inſpectio proceſſus ad effugiendam temerariam executionem, cum alioquin iuſtè exequi nequeat abſque maximo periculo, & temeritate.

26 Nec † debet ita dubius eſſe, ſed certus eſſe debet de conditio-
27 ne eius, quem vult ſuſpendi facere, aut decapitare, † iuxta l.qui
cum alio.ff.de reg.iur. cum ſimil. quæ locum etiam habet in criminalibus, & in delictis, vt ibi per Dec.& Cagno.& Alex. d. conſi.77.lib.3. Quòd ſi poſset forſan bannitus nullam ex eodem proceſſu habere legitimam defenſionem, interim tamen dum hoc iudici certiſsimum non eſt, periculo peccandi ſe committit, quod facere non debet, vt Iudicem, ac Principem ipſum, ne inauditum abſentem, ac non citatum damnet, hac ratione admonet Couar. prac.q.cap.23.nu.6. Periculo enim (inquit) imminenti damnandi innocentem dubio procul ſe Iudex exponeret: poterat enim abſens legitimè ſe forſan defendere, atque ideo neceſſaria eſt citatio abſentis ad effugiendam temerariam condemnationem, & vocandus omnino abſens erit etiã à Principe ſummo, cum alioqui iuſtè damnari nequeat abſque periculo, & temeritate mortalis criminis, ꝙ committeret Princeps, qui ſic inauditum iudicaret, quòd ſi poſſet forſan abſens nullam habere legitimam defenſionem, interim tamen dum hoc Principi certiſsimum non eſt, periculo peccandi mortaliter ſe committit, & ideo peccat, mortalique culpa irretitur. Hæc ille. qui licèt de cõdemnatione loquatur, ſatis tamen admonet d. ratione etiam Iudicem exequẽtem, vt etſi contra bannitum captum inauditum ſententiã exequi poſſit ex d.Motibus proprijs, non tamen ſine inſpectione proceſſus exequatur ad effugiendam (vt diximus) temerariam executionẽ. & eadem militat ratio in executione, quæ in condemnatione, vt dicit Silueſter in Sum.in verb.iudex.el 2.q.5.colum.4. in medio. Quinimò maior militat in executione, ex qua maius infertur præiudicium, vt diximus in præfatio.nu.89. & in terminis executionis ſententiæ contra bannitum captum admonet Corn.d.conſi.143.col.vlt.lib.2.dicens, ꝙ non eſt cautum Iudici ponere ſe in dubietatibus, & perplexitatibus, cum præſertim via executiua ex bulla Pij II. contra bannitos captos ſit exorbitantiſsima à iure communi, & propterea reſtringenda, & in re dubia non ample-
28 ctenda. Et † via hæc tutior eſt, qua Iudici, iuſtitiæ, & partibus cõ
ſultum eſt, ideoque eligenda, ex doct. Paul.Caſt.in l.1.in fin. ff.ſi

quis cautio.Crau.conſi.14.in fin.lib.1.& conſi.23.in fi.eod.volu. Menoch.in conſi.in cauſa Finarien.2.artic.5.nu.5. impreſſo poſt tract.eiuſdem de recuperan.poſ.& in conſi.107. num.20.vol.2.& conſi.120.nu.7.eo.vol.

Et licèt eo in caſu pro ſententia præſumatur contra contumacem licèt fictum, in quo infra decem dies à die ſcientiæ appellatum non fuerit,vt tenet Abb.in d.c.quoniã contra.colu.14.Ant. de Butr.col.15.Imo.col.6.Aret.col.17.Dec.col.20. Fely. col.17.
* alios citat Anto.Gabr.d.4.concluſ.nu. 22. vbi etiam de communi teſtatur ex Ruin.conſi.37.col.1.& ſeq.vol.5.& latè Kirchou.in ſuis com.opi.in verb.ſententia. relatus inter communes opin.recens collect.to.2.lib.7.tit.14.de re iud.nu. 86. & ſeq.Viui. com. opi.699.relatus inter d.com.opi.recens collect.d.tit.14.nu.124. in prin. & verſi. ſic etiam præſumitur. & Michael Graſſ. ſimiliter ibid.relatus d.tit.14.nu.131.Et quando etiam ſententia eſſet de antiquo,pro qua etiam præſumitur propter eius antiquitatẽ,etiã quòd legitimo proceſſu non iuſtificetur.Bal.in l.emancipatione. C.de fid.inſtr.vbi Cy.idem tenet, & Saly.& Bart.in l.emancipatione.C.de fid.inſtr.vbi Cyn.idem tenet, & Saly.& Bart.in l.admonendi.col.10.nu.44.verſi.quid ſi reperiuntur dicta teſtium.ff.
* de iureiur.& eſt communis opin.de qua teſtatur Soci. conſ.158. lib.2.col.5.quem alij ſequuntur,quos refert Anto.Gabr.d.4.cõcluſ.nu.34.quicquid dixerit Iofre.conſi.44. nu.6.

Adhuc tamen neceſſarium videtur, quòd ante executionẽ de proceſſu conſtet, ex quo appareret legitimè proceſſum fuiſſe ad condemnationem, & Iudicem poſſe aliàs legitimè procedere ad illius executionem ex expreſſa diſpoſitione Motus proprij Pij IIII.qui quamuis conſtituerit, ꝙ ſi poſt tempus ab eo præfixum banniti capti fuerint,& in manus Curiæ ita deuenerint,Iudex ad executionem procedat illorum condemnationis, quàmuis in cõtumaciam tanquam in rem iudicatam illa tranſiuerit, nihilominus poſtea eam liberam poteſtatem, quam Iudicibus dediſſe videbatur,reſtringit præcipiens eiſdem, vt procedant ad condemnationem totalem executionem,aliàs tamen legitimè,quod etſi non fuiſſet expreſſum, adhuc tamen ſubintelligeretur: quando enim mandatur ſententia exequi, ſubintelligitur, quòd exequatur modo legitimo,vt inquit Cęph.conſi.484.nu.32. lib. 3. legitimè autem procedi non põt ad d.condẽnationũ executionẽ, niſi ꝑdictis obſeruatis, & diligẽter priùs cõſideratis ex proceſſu, quẽ ſic videre oportet,cũ aliàs ſententiæ,ſi prædictis defectibus laborarent,veluti nullæ illegitimè exequerentur contra legis diſpoſitionem,& prædictorum Doct,deciſiones.d.l.4.§. cõdemnatũ.ff.





de re iudic.cum alijs infra allega.Prout etiam quia poſſet eſſe, ꝙ ſententia lata fuiſſet,& proceſſus fabricatus contra abſentem,de cuius contumacia non appareat, vt quia non conſtat de citatione,vel alijs ad contumaciam neceſſarijs: non enim pro rectitudine proceſſus hoc in caſu præſumitur, vt in terminis Corn.conſil. 17.vol.1.quem refert,& ſequitur Viui. dicens habuiſſe in facto, & obtinuiſſe,vt in ſuis com.opin.d.opin. 699.

Et ſi ſentẽtia antiqua eſſet, cum iudicis arbitrio relinquatur, quod tempus antiquum in propoſito cenſeatur, ſecundũ crebriorem,& fortè etiam veriorem Doct.ſententiam, variè aliàs nonnullis exiſtimantibus, ſententiam de antiquo latam dici elapſo biennio,alijs elapſo decennio,vel viginti, aut triginta, aut ſexaginta annis,vel aliàs longiſsimo tempore, quo vix probatio haberi poſsit,vt latè habetur per Anto. Gabriel.lib.2.commu. concluſio.tit.de ſententijs.d.concluſio.4.nu.39. & alijs pluribus ſeq. & Iaco.Menoch.de arbit.iud.caſ.4.nu.1.& alijs item plurib. ſeq.
* vbi nu.5.teſtatur crebriorem,& fortè veriorem illam ſententiã, Iudicis arbitrio hoc relinqui, poterit Iudex arbitrari ſecundum qualitatem Iudicum, qui ſententias tulerunt: maior enim erit præſumptio pro ſententia Iudicis maioris,quàm minoris.l.1.de offi.præfc. prætor.Bal.in l.tutores.ff.de cõfirm.tut.Iaſ. in l.pacta nouiſsima.in 3.not.C.de pac.Petr.Sãct. qui dicit hãc Doc. ſing. in ſing.57.in fi.Mar.ſing.438.Alciat.in tract.ꝑſumptio. reg.3.ꝑſumpt.10.nu.7.Cagno.in l.2.nu.15.C.de reſcind. vend.Pariſ.conſi.98.nu.21.lib.1.Rolan.à Valle conſi.99.num.27.lib.1. qui vno ore affirmant pro ſententia, vel decreto Iudicis idiotæ nullam eſſe præſumptionem. Perpendet etiam, quo ordine latæ fuerint antiquę hæ ſententiæ,an tumultuariè, ac præcipitanter, ſi ex abrupto,nulla bona præſumptio erit.Alcia.d.præſumpt.10. num.6. Corſet.in ſing.in verb.minor.incipit decretum.Iaſ.in l. Iudices. nu.7. C. de iud. Prout etiam perpendere debet, an error aliquis in ea ſententia ſit expreſſus, quoniam tunc omnis præſumptio ceſſaret.latè Alciat.d.præſumptio.10.nu.9.& ita his modis Iudicem perpendere,& arbitrari debere, inquiũt ex prædictis Crau. de antiq.tempo.2.par.prin.nu. 37.& Iaco.Menoch.d.caſ.4.nu. 5. & alijs ſeq. Adeò ꝙ omni caſu debet Iudex executurus ſententias capitales videre proceſſum, ne ſententias exequatur, quas exequi non deberet.

29 Et † quoties ſumus infra annum, res caret omni difficultate, quia ſola ſententia non probat ſine proceſſu, qui propterea produci debet de iure communi non lapſo adhuc biennio. Bal.in l.1. nu.11.C.ne lic.tertiò prouoc.Alex.conſi.22.nu.2. vol.2. Gram.

deciſ.24.nu.7.& 8.vbi alios citat.& Bertazol.conſi.18. nume.24.
lib.1.& conſi.51.nume.1.eod. volum. & tollitur omnis difficul-
tas infra annum ex d. Motu proprio Pij V. qui eo ipſo quòd or-
dinauit, quòd banniti capti etiam infra annum in ſuis defenſio-
nibus non audiantur, ſed quòd ſententiæ, & bannum contra eos
executioni demandentur, ſi legitima ad inquirendum indicia
præceſſerunt, dicitur in conſequentiam neceſſariam ordinaſſe,
quòd ſola ſententia non ſufficit, vt infra annum executio fiat,
ſed quòd de proceſſu etiam cōſtet, ex quo Iudex videat, vt vide-
re oportet, an legitima ad inquirendum indicia præceſſerunt. Et
dant ſanè verba illa formam Iudici exequendi contra bannitos
infra annum captos, vt ſcilicet priuſquàm ſententiam exequa-
tur, perſcrutetur, an legitima ad inquirendum indicia præceſſe-
rint. ex quo enim Iudici exequendi poteſtas contra bannitos ca
ptos infra annum non datis defenſionibus ſub illa datur condi-
tione, ſi legitima indicia præceſſerunt ad inquirendum, factum
30 † hoc executionis non meretur prius executionem, quàm con-
ditio prædicta impleta fuerit. Dec.conſ.401.nu.1.Cęph. cōſi.80.
31 nu. 1.lib.1.verba † enim illa conditionis ſunt ſignificatiua. l.1.ff.
32 de condi.& demonſt.cum ſimil.& conditio † ante omnia impleri
debet, vt diſpoſitioni ſit locus. l.cedere diē. vbi Alcia. ff. de verb.
ſigni. Anchar.conſi.297.col.1.Ruin.conſi.63.nu.4.lib.1.& conſi.
35.num.13.lib.5.Menoch.de arbit.iud.caſ.15.nu.3.& facit, quod
dicit Cęph.cōſi.204.nu.4.vol.2.vbi voluit, ꝙ illa verba commiſ-
ſionis. *Vi commettiamo, che informandoui di tal delitti, debbiate in-
quirere.* illū ſenſum habeant, ꝙ ſcilicet ita demū inquirāt, ſi erūt
informati, adeo quòd ſi ante talem informationem fuerit forma
ta inquiſitio, eſt nulla, quia ante d. informationem Iudices nul-
33 lam habebant inquirendi authoritatem, vt per eum ibi. & † ita
dicitur data forma per d.conditionem, quæ formam ſignificat.
Bal.in auth.matri. & auiæ. C. quando mul. tute. offic. fung. pot.
Ruin.conſ.199.num.1.lib.1.copioſè And. Tiraq.de retract.tit.1.
§.2.glo.1.num.3.Cęph.d.conſi.80.nu.2.Menoch.conſi.35.nu.6.
34 vol.1.quæ † quidem forma debet ab vnguem obſeruari, vt om-
* nes ſcribunt in l.1. ff. de liber. & poſth. cū forma illa ſit, quæ dat
eſſe rei, atque ita executioni contra bannitos faciendæ. l. Iulia-
nus.§.ſi quis.ff.ad exhiben. Menoch.d.conſi.35. nu.7. cum con-
35 cord. Quod ex eo etiam ſuadetur, quia † d. Motus proprius de
exequendo ſententiam contra bannitos captos infra annum, de-
bet intelligi, modo qualitates ab ipſo requiſitæ concurrant, vt
ſcilicet ſententia talis ſit, qualem requirit d.Motus proprius, &
ita ꝙ lata ſit ex inquiſitione, ad quam formandam legitima in-
dicia



36 dicia præceſſerunt, vt † de ſententia omnino, & præciſè ex ſtatu-
to exequenda reſpondit Dec.conſi.356. num. 3. & ſequitur Me-
noch.d.conſi.134.nu.28.& his ſimilia recenſet Crau.conſi.6.nu.
72.lib.1.& conſi.211.nu.2.vol.2.& ſentit Caſſador.deciſ.10.nu-
me.6.tit.de reſcrip. Oportet ergo habere proceſſum ante ſenten
tiæ executionem, vt videri poſsit, an legitima præceſſerint ad in-
quirendum indicia, vt forma ſeruetur d. Motus proprij. Non ta-
men dixerim, quòd in bannitis poſt annum captis ſententiæ con
demnatoriæ exequi deberent, etiam quòd de proceſſu non con-
ſtaret, quia vltra quòd attentari poteſt, d. Motū propriū Pij V.
hunc etiam poſt annum captum comprehendere ex his, quæ infe
rius diximus nu.71. & quatenus non comprehenderet, non hoc
dici poſſet, quod ex d.Motu proprio excluſus eſſet, quin iure cō-
muni iuuare ſe poſsit, quo quidem iure de proceſſu apparere
debet: ſic enim aliàs ſumeretur ex d. Motu proprio argumentū
à contrario ſenſu ad correctionem iuris cōmunis, quod non per-
mittitur, vt infra diximus.nu.89.
37 Licèt † ſi lapſum eſſet biennium, & tantò magis ſi longius tem
pus, & proceſſus non reperiretur, & ex tenore ſententiæ, ac illius
verbis liqueret, omnia ſolemniter de more iudicij præceſsiſſe ci
tationes, probationes, contumacias, banna, & cętera incumben-
tia, ac de corpore banniti conſtaret per illius recognitionē, iuxta
ea, quæ ſupra diximus c.2.& non fuiſſet contradictum, nec recla
matum, ſententia ipſa ſine proceſſu exequenda eſset, vt in termi
nis in ſententia foriudicationis lata lapſis annis duodecim, con-
cludit Gram.deciſ.24.per totam, dicēs, ita etiā fuiſse exequutū,
ēt ꝙ foriudicatus de nullitate ſententiæ foriudicationis, & acto-
rum exciperet, petendo inſtantiſsimè acta, & proceſsus exhibe-
ri, ex quibus poterat de nullitatibus apparentibus ex eodemmet
proceſsu, & actis demonſtrare, replicāte magn. Fiſci patrono ſen
tentiam ipſam tranſiuiſse in rem iudicatam, nec ab ea fuiſse ali-
ter reclamatum, ſeu de nullitate dictum, ſicque omnino debitę
executioni demandari debere, cum maximè, quia ex tenore ſen-
tentiæ apparebat, omnia ſolemniter de more iudicij præceſsiſse.
Et idem concludit Gram. vbi ſup. in ſententia poſt lapſum bien-
nium, vt latè ibi per eum. At ſi proceſsus reperiretur, & appa-
reret, ſatis declarat ibi Gram. ꝙ inſpici deberet, etiam ꝙ bienniū
lapſum eſset, ſeu longius tēpus, ex eo, quod ibi in fi.dicit, ꝙ hac
ſumpta occaſione occurrentis caſus executionis d.ſententiæ con
tra d. foriudicatum, fuit ſibi iniunctum, vt pragmaticam ſan-
ctionem compilaret, prout compilauit, quòd lata ſententia
foriudicationis, magiſter actorum ſub pœna priuationis offi-
cij po-

cij ponere debeat infra biduum proceſsum, & ſentẽtiam cũ omnibus actis in archiuio ipſius magnæ Curiæ in arca ad id deputata, duntaxat cum duabus clauibus, quarum vnam fiſci patronus retineret, alteram verò Regens ipſius Magnæ Curiæ. Quod aliã ob cauſam factum non cenſetur, niſi, ne detur caſus, quod proceſſus non reperiatur, vt ſic occurrente caſu executionis ſententiæ, proceſsus ita cuſtoditus ſemper, & quandocunque inſpici, & videri poſsit, ne fortè ſententiam nullam, iniquam, & iniuſtam exequi contigere poſsit, quàmuis vel biennium, vel longius tempus
38 lapſum eſset. Sed † ex forma Conſtitutionum Aegidianarum, ſeu Marchiæ expreſsè cauetur, ꝙ quotieſcunque ſententia criminalis contra contumaces reperitur in Camera Romanæ Eccleſiæ, ſeu Theſaurarij eiuſdem inter alias ſententias, faciens mentionem de proceſsu, qui eam præceſsit, & à tali ſententia non eſſet appellatum, reclamatum, vel contra eam de nullitate actũ intra annum à tempore, quo lata eſt, ꝙ elepſo d. anno præſumatur pro tali ſententia, & fingatur eam præceſsiſse totum proceſsum, de quo in ea fit mentio, & legitimum extitiſse, ſicut etiam in ipſa ſententia recitatur, & ꝙ eo prætextu, ꝙ proceſsus non reperitur, vel legi, aut haberi non poteſt, talis ſententia annullari non valeat, vel nulla declarari, vel prætextu cõmiſsæ appellationis, aut quęrelę retractari, vel aliqualiter impugnari, vel infringi, nec poſsit eius executio aliquo modo impediri, vt habetur lib. 4. cap. 26. de condemnationibus in cauſis criminalibus. ex qua Conſtitutione illud in practica annotandũ eſt, ꝙ licèt appellatio quoad alios effectus prodeſse non poſset, prodeſt tamen, ſi fuerit interpoſita infra annum, vel de nullitate actum, ne ſententia exequatur, ſi de proceſsu non appareret, nec ille reperiretur. Quàmuis ex eadem conſtitutione lapſus anni ius appellandi nõ tollat, nec ius dicendi de nullitate, & oſtendendi innocentiam alijs modis, quàm ex defectu proceſsus, ſi tamen cõdemnatus ſupplicauerit, & in carcere ſe conſtituerit in delictis pœnam exigentibus vltra relegationem, in exigentibus verò pœnam infra relegationem, ſatis erit dare fideiuſsores de iudicio ſiſti in quauis inſtantia, & iudicatum ſoluendo, quamuis etiam in pœnam arbitrariã is condemnatus fuerit, vt ibi expreſsè diſponitur.

Sed an tali caſu, in quo lapſo biennio proceſsus originalis nõ reperiretur, & ita nec ſententia originalis: ſumptum ſufficeret, & exemplum ſententiæ banni? & videtur ꝙ ſic, quia ſi regiſtrum conſumptum fuerit, vel combuſtum, poterit tamen bannitus impunè occidi, ſi ſumptum banni, & exemplum appareret, dummodo ſit cum ſolemnitatibus requiſitus, vt per Nell. de bãnit. 2. par.

2.tempo.



2.tempo.q.9.nu.9.& poſt eum Maſcar.de probatio.vol.1.cõcluſ. 162.nu.12.ergo vt etiam poſsit à Iudice occidi, ſolum ſumptum, & exemplum cum ſolẽnitatibus requiſitis ſufficere videtur tranſacto biennio; ante enim ſine proceſſu ex his, quæ ſupra diximus, non videtur, quòd ſola ſententia etiam originalis exequi poſsit, & ex forma d. Conſtitutionis Marchiæ videtur ſufficere, ꝙ lapſo anno ſententia reperiatur in Camera Rom. Eccleſiæ, ſeu Theſaurarij illius inter alias ſententias. & de iure videtur ſufficere etiã quòd ſcriptura non eſſet publica, ſi reperta eſſet in archiuio communis, quia illa probat bannitum. vt ſing. tradit Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. in fi. & ſequitur Maſcard. d. concluſ. 162. nu. 10. Alcia. conſi. 6. n. 11. lib. 2. Bombin. conſ. 60. per totum. in territorio tamen Archiuij, vt in terminis per Dec. conſi. 458. nu. 2. vel in loco illi confederato. Bald. in d. rub. C. de fid. inſtr. Maſcar. d. concluſ. 162. nu. 11. Ac etiam ſi in d. archiuio ſolum authenticæ ſcripturæ reponerentur, aliàs ſecus, ſi aliæ etiam ſcripturæ reponerentur, quæ non ſunt autthenticæ, quia tunc propter locum non dicitur ſcriptura authentica. vt not. Abb. in c. cum cauſam col. 2. de probat. & ſequitur ibi Aret. col. 2. & Dec. colu. 3. & in terminis idem Dec. 458. nu. 5. vbi conſuluit, quod liber non ſcriptus, nec publicatus per tabellionem, ſiuè etiam deſcriptus à Notario, ſed teſtibus non inſcriptis, prout in ſcriptura Notarij requiritur, nõ probat aliquem eſſe bannitum, licèt ibi nomina bannitorum deſcripta eſſent, & quãuis in archiuio reperiretur, ſi in d. archiuio ſcripturæ etiam non authenticæ reponerentur: & ꝙ propterea executio fieri non debeat, vt per eum ibi, qui ait, ꝙ ſecundum iſtam declarationem intelligitur prædictum dictum Bal. in d. rub. C. de fid. inſtru. vltra quod ſentit ibi Dec. hoc dictum Bal. non procedere, quando de crimine agitur, quia non probatur crimẽ ex ſcriptura minus ſolemni, licèt reperta in archiuio publico, vt latè ibi per eum, qui inter alia alleg. ad hoc Bal. in l. ſi is qui. ff. de teſtam. vbi inquit in 3. no. in fi. quòd ſi reperitur aliquis condemnatus, & ſcriptura non apparet perfecta, q̃a illa verba, lata & ſentẽtialiter promulgata deficiunt, condemnata, non probatur, licèt talis ſcriptura ſit in archiuio publico, & idẽ ſentire videtur Iaſ. quòd crimen non probatur ex ſcriptura minus ſolemni, licèt reperta in archiuio publico, vt in cõſi. 34. col. pen. in prin. lib. 1. vt adhoc cum alleg. Crau. in tract. de antiq. tẽp. par. 1. in 4. limit. nu. 13. licèt Iaſ. ibi non ſe fundet ex eo, ꝙ talis ſcriptura dicatur minus ſolemnis, ſed quia per inſtrumentum etiam ſolemne, & publicum crimen probari non poteſt. Bar. in l. in ſenatus. in prin. ff. ad Turpil. Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. de quo latè per

Felyn.

Felyn. in c. cum in eccleſijs. de maior.& obed.vt & ipſe Crau.in d.loco animaduertit.& ſequitur Dec.vbi ſupra Ferrant.Gargiar. patrocin.32.poſt nu.2.par.1.

Et viſo ita proceſſu,& conſtito de perſona bannita, ſcilicet pſonam,de qua ageretur,eſſe bannitam,vt ante omnia ſufficienter conſtare debet per ſcripturas publicas,vt in terminis tradit & admonet Dec.in d.conſi.458.num.1. & latè Bologn. conſi.27. nu.1. & ſeq.quamuis ſtatutum Iudicem præciſe cogeret,vt deberet ſententiam banni mandare executioni nulla prorſus admiſſa defenſione, ſed habeatur perſona banniti pro confeſſa, & conuicta, & condemnata, vt loquitur ſtatutum Lucenſe,ſuper quo in d. loco conſuluit Dec.& d.Motus proprius Pij Quarti à Pio Quinto cõfirmatus non ſolum mandat executionem fieri,nulla admiſſa defenſione, ſed veluti etiam delictum effectum,ſit notorium, & ſententia tranſierit in rem iudicatam: non enim,vt ſubdit Dec. in d. loco,propterea excluditur, quo minus verba ſtatuti, & conſtitutionis,quę de perſona bannita,& condemnata loquuntur,debeãt verificari,vt latè per eum ibi.& pro eius dictis,& hac concluſione facit quod tradit Alber.Brun.de ſtatutis.in verb.excipere.verſic. ſtatutum ſi remouet exceptionem. & aliàs in dubio bannitũ quẽ eſſe non præſumitur, vt reſpondit Bologn. conſi.27.num.1.& Ma
39 ſcard.ex eo tradit d.concl.162.num.16. Debet † primo animaduerti,an ex eo conſtet de innocentia rei banniti, & in contumaciam condemnati, prout non ſemel contingere poteſt, & viſum fuit,vel an etiam aliàs poſt ſententiam de ea appareat: hoc enim caſu in quo de ea conſtaret,ſententia exequenda non eſt,vt p Inno.in c.ſignificantibus.in fi.de purgat.vulg. quem ſequuntur cõmuniter Doct.vt dicit Marſi.in pract.crim.§.opportunè.nume.7. & in §.vltima quæſtio.num.13.& in ſing.72.& conſi.81.nume.61. conſi.90.num.26.Cepol.cautel.255.num.5.Gram.conſ.crim.16. num.23.Dec.d.conſi.458.in fi.& in c.quoniam contra.num.8.de proba.& in c.ex parte.2.col.6.in 13.limit. de offi.deleg. num.65. Rui.conſi.21.num.2.vol.4.Thom.Docci.conſi.59.col.fi. & conſi. 129.nu.8.Gerard.Mazol.cõſi.77.nu.26. Boſsi. in tract.cauſ.crim. tit.de ſupplicatio.aduerſ.rem iud.num.5.Gram.conſi.crim.2.nume.23.Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi.q.98.verſ.ſed nunquid. Carrer. in pract.crim.fol.15.num.12.Bertazol.conſi.101.nume. 1.lib.1.& conſi.251.num.97.lib.2.& Claud.eius filius ad eum conſi.200. in prima addit.alios plures congerit Tiber.Decian.conſi.96.nu.54. vol.3. qui etiam dicit communem in d. c. ſignificantibus. & ſubdit,ꝙ neque etiam poſt ſententiam eſt Principi reſcribendum, ſi notoriè de innocentia conſtaret,qua de re infra nume.47.& 316.

idem



idem etiam voluit Macabrun.ab Anguil.conſi.50.nu.121. & Giga.de crim.læſæ maieſta.tit.qualiter in crim.læſæ maieſt. proced. q.16.nu.3.& nouiſsimè Maſcar.de probatio.conclu.253. nu.26. & Ficard.in ſuis commu.opi.in verb.executio.relatus inter communes opin.recens collect.tom.2.lib.7.tit.15. de execut. rei iud. nu.21.& ad innocentiam debere iudices multum aduertere,& in executione ſuperſedere admonet Caſſan. in cõſuetud. Burgund. in verb.des iuſtices & droictz d'icelles.rub.1.§.5.nu.124.fo.217. Rimin.iun.qui alios etiam alleg.in l.vt vim.nu.226. ff. de iuſt. & iur.& conſuluit in terminis Raph.Fulg.conſi.43.nu.2.tom.1.cõ ſi.crim.in 4.fol. vt etiam in terminis ſtatuti Tuderti, & Peruſiæ habentis contumacem pro confeſſo conſuluit Corn.conſil. 194. vol.1.& ſuper ſtatuto Aſiſii.Bar.conſi.111.nu.9.lib.1. & poſt huius noſtri tract. priorem editionem ſequitur etiam Menoch. in tract.de præſumptio.lib.5.præſumptio.48.num.5. Neque † ficta confeſsio ex ſtatuto ob contumaciam inducta operatur,vt habitus pro confeſſo,qui eſt innocens,condemnetur. Alex. ad Bar.in l.abſentem.ff.de pœ.Bal.in l.2.§.pe. C. de iura. calum. Fulgoſ.d. conſi.43.nu.8.Afflict.in conſt.pœnam eorum.col.19.not.3. in fi. Guliel.Benedic.in c.Raynutius.par. 2.in verb. mortuo itaque teſtatore.1.nu.164.Foller.in prac.crim. in ver. etſi confitebuntur. 4.par.3.par.nu.26.cum alijs ſupra alleg.in præfatio.nu.28.quando enim apparet de innocẽtia rei,tollitur, ſeu anihilatur eius cõfeſsio,quam facit de delicto.Bal.conſi.171.col. 6. Marſ. in l.1.§. ſi.ante fin.de quæſtio.Caſſan.qui eos refert,& ſequitur in cõſuetud.Burgun.verb.des iuſtices & droictz d'icelles.nu.124. f. 218.
41 Et † poteſt poni exemplum,ſi ille, qui dicitur à bannito occiſus,viuus appareat:vel ſi domus,quæ dicitur combuſta illæſa ſit, & huiuſmodi.Nell.de bannit.poſt Bar.quem alleg.3.par.1.temp. q.6.& dicit Bal.in l.ſi quis teſtibus.in fi.C.de teſtib. quòd ſemel contigit de facto,quòd fuit exhumatum corpus illius,qui dicebatur vulneratus,& cum repertum fuiſſet,quod ille non fuerat vulneratus,fuit reus abſolutus,licèt contra eum plenè probatũ fuiſſet, & hoc dictum Bal.refert Ang.de malefic. in verb. comparẽt, & produxerunt inſtrumentum pacis.nu.33.Carrer.in prac. crim.
42 fol.246.nu.56.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.52.in prin.vbi † dicit idẽ eſſe,ſi delictum,quod commiſſum fuiſſe dicitur, ſit per rerum naturam impoſsibile, prout dicit contigiſſe in quodam Io. Antonio Zannetto caupone, contra quem proceſſum fuit per Curiam Papiæ,tanquàm quòd præpoſtera venere fregiſſet cuidam fœminæ rectum inteſtinũ, ex qua parte poſtea ipſa peperiſſet, de quo proceſsu dicit valdè miratum eſſe Senatum, & ipſum Zanne tum

tanquam

tanquàm de re impoſsibili accuſatum abſoluiſse.
43 Et † confeſsio ficta ex contumacia reſultans debet eſſe poſsi-
bilis, aliàs non operatur. Foller. in prac. crim. in d. ver. & ſi confi-
44 tebuntur. nu. 25. Et ideo idem dicendum eſt de eo, † qui eſſet in-
quiſitus, & bannitus, ꝙ virginem defloraueri, cum tamẽ illa mu-
lier eſſet, & ille eunuchus, & caſtratus, de quo infra diximus nu.
45 260. Vnde dicit Bal. in l. fi. §. fi. ver. vlt. no. C. de iuramen. calũ. † ꝙ
quando Iudici apparet, maleficium non eſſe commiſſum, non po
teſt contra abſentem procedere ad ipſius punitionem. & ſequi-
46 tur Afflict. in conſt. pœnam eorum. nu. 48. Et † talis caſus innocẽ-
tiæ non dicitur excluſus à d. Motibus proprijs, vt in terminis ſi-
milis ſtatuti Bononiæ latè tradit Marſ. in prac. crim. d. §. vlt. q. nu
me. 11. & alijs ſeq. & ſing. 72. & conſi. 32. nu. 20. conſi. 64. nu. 7. cũ
alijs traditis per Carrer. in prac. crim fol. 15. nu. 12. Caſſan. in con
ſuetud. Burgund. verb. des iuſtices, & droictz d'icelles. rub. 1. §. 5.
nu. 124. Io. de Ana. conſi. 59. Viui. in commu. opi. in verb. ſtatutũ
relatus inter cõmunes opi. recens collect. tom. 1. lib. 1. tit. 17. de le
gi. & conſti. Prin. Alex. conſi. 113. vol. 5. Boſſ. in tract. cauſ. crim. ti
tu. bannit. quid ammitt. nu. 20. Dec. d. conſi. 458. nu. 11. qui loqui
tur de ſtatuto Lucenſe, & idem Dec. in l. 2. poſt nu. 18. ver. notan-
dum eſt. C. qui teſtam. fac. poſ. Andr. Gail. de pace public. lib. 2.
cap. 8. nu. 4. Gerard. Mazol. conſi. 11. nu. 12. Card. Alban. in Lucu
brat. in Bar. in l. 1. §. & parui. nu. 5. ff. quod vi, aut clam. Bertazol.
conſi. 33. nu. 15. vol. 1. Menoch. in tract. de præſumptio. poſt prio
rem huius noſtri tract. editionẽ euulgato. lib. 5. præſumptio. 48.
nu. 4. Et ideo ſtatutum, ꝙ contumax habeatur pro cõfeſſo, intel-
ligitur, niſi per teſtes, & iura de eius innocentia probetur, vt di-
cit Cepo. conſ. 29. col. pen. & Dec. d. conſi. 458. nu. 12. & ſequi po
teſt abſolutio, licèt quis ſit habitus pro confeſſo, vt ex pluribus,
quos cumulat, tradit Marſ. in trac. de bannit. in verb. cõtumaciã.
nu. 47. & ex eo comprobantur prædicta, quia his in caſibus ex eui
dentia conſtare dicitur de iniquitate ſententiæ, quæ propterea
tolli poteſt, vt poſt Iaſ. & Plot. plura cõmemorantur in locis per
eum alleg. nouiſsime tradit Bertazol. conſi. 315. nu. 5. lib. 2. Quã-
47 uis † tamen Iudex non debeat hoc in caſu reum abſoluere, neq;
enim poteſt id facere, cum lata ſententia iam ſit functus officio
ſuo, ſed ſuperſedere debet, & Principi reſcribere. l. 1. §. ſi quis vl-
trò. ff. de quæſtio. & ita not. communiter Doct. vt dicit Anto Go-
mez. cap. 8. delic. poſt nu. 4. quem refert Iul. Clar. in d. q. 98. verſi.
ſed nunquid. & ſequitur Carrer. in prac. crim. num. 22. & Guliel.
Benedic. in d. verb. mortuo itaque teſtatore. nu. 162. in fin. & in-
fra diximus. nu. 316. & Alber. Brun. de ſtatutis. in verb. cõtumax.
verſ.



verſ. pœn. & Caſſan. vbi ſupra. & Bero. in c. de his. num. 4. extra de
accuſatio. & poſt Panor. conſ. 73. & cõſ. 92. vol. 1. tradit etiam Re-
buff. in repet. l. quod iuſsit, in 2. not. nu. 12. ff. de re iudic.
Et ſi de innocentia rei ex proceſſu, vel aliter non conſtaret, de
bet ſecundò animaduertere, an ex facie inquiſitionis, vel accuſa-
tionis appareat ipſum inquiſitum bannitum, & condemnatũ eſſe
abſoluendum; hoc enim caſu non obſtante banno, contumacia,
& ficta confeſsione ex ea reſultante condemnari nõ poterat, ſed
abſolui debebat, per glo. in l. 2. §. q̃d ſi actor. C. de iuram. calum.
Doct. ibi. & ſequitur March. Aſin. conſi. 108. num. 17. & alijs ſeq.
tom. 2. conſ. cri. dicens, ꝙ per hanc doctrinam infinitis vicibus in
Ciuitate Florentiæ conſultum, & iudicatum fuit, ꝙ ſi ex facie ac-
cuſationis, vel inquiſitionis apparet, delictum in eis contentum
fuiſſe excuſabile in totum, vel in partem, non obſtante contuma-
cia inquiſiti, vel accuſati, inquiſitus, vel accuſatus abſoluitur, vel
mitius punitur ſecundum qualitatem in inquiſitione, vel accuſa
tione contentam, & illam dicit eſſe manifeſtam rationem, quia
ficta confeſsio non debet plus operari, quàm vera. Bal. in d. §. q̃d
ſi actor. cum alijs infra alleg. nu. 142. ſed ſi inquiſitus, vel accuſa-
tus compareret, & confiteretur contenta in accuſatione, vel in-
quiſitione vera eſſe, eo modo, quo in illis, vel altera earum con-
tinetur, vtique nil aliud facere teneretur Iudex, niſi accipere in
manibus accuſationem, vel inquiſitionem, & ſecundum eas iudi-
care. eodem modo (inquit Aſin.) facere tenetur ſtante ficta con-
feſsione. arg. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.
Vt etiam ita debet animaduertere, an ſententia maiorẽ con-
48 tineat pœnã, quàm de iure imponi potuerit: hoc enim caſu † nec
ſententia exequenda eſt, non obſtantibus d. Motibus proprijs, vt
in non abſimili ſtatuto, & decreto Mediolani diffuſè ex pluribus
conſuluit Plot. in conſi. 52. vol. 1. quod eſt repetitum inter con-
ſi. crim. diuerſorum recens ędit. tom. 2. conſi. 72. nu. 32. 34. 35. 36.
qui admonet Iudices, ne tales ſententias exequantur, ſed ſtatum
cauſæ referant Principi, qui (vt ſubdit Plot. in d. loco) prouidere
debet, & gratia, quam faciet hoc in caſu, non erit mera gratia, ſed
gratia iuſtitiæ, & ipſa iuſtitia, quam facere debet, vt per eũ ibi,
49 poſt Ang. & Saly. in l. fi. C. de ſent. paſ. Quibus † addo, ꝙ quando
ſententia continet maiorem pœnam, quàm de iure imponi po-
tuerit, dicitur nulla etiam in totum, ſecundum Io. de cane mor-
* tuo. conſi. 33. nu. 2. tom. 1. conſi. crim. in 4. fol. qui de communi te
ſtatur, quem refert, & ſequitur Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 93.
verſi. quæro ſi Iudex. & ita exequenda non eſt. d. §. condemnatũ.
l. 4. ff. de re iud. & ibi Doct. non obſtantibus d. Motibus proprijs
de

de exequẽdis ſententijs etiam infra annũ. Io.Bap.Plot.d.cõſ.52.
50 & 72.& ſentit Crau.conſi.941.nu.23.vol.5.qui† loquitur de con
demnato in contumaciam ad mortem pro conatu,pro quo pœna
hæc imponi non debet,vt per eum ibi,& latè per Bombin. conſi.
34.vbi conſuluit,quod ſententia ex eo nulla, quia qui falſificauit
monetam,fuit condemnatus in pœnam mortis, cum ex forma ſta
tuti ſolum eſſet condemnandus in pœnam exilij perpetui, quia
de pœna capitali loquebatur,nullo modo exequenda eſt, in tan-
tum ne exequatur,de facto reſiſti poteſt,vt per eum ibi, qui dicit
ita conſuluiſſe conſanguineis dicti cõdemnati, qui dicti de facto
illum liberauerint ab illo iudice, eo tamen præſentato coram iu-
dice ſuperiore,quæ illum in temporale exilium cõdemnauit,fue-
runt abſoluti. vt late ibi per eum, qui plura ad hoc adducit. Et
51 † idem ſic per prædicta dicendum erit de condemnato in contu-
maciam pro cicatrice grauiori pœna ex forma ſtatuti, vel banni-
mentorum pœnam ob cicatricem aggrauantium, quæ tamen ci-
catrix faciem non deformabat,vt in eam pœnam condemnari nõ
potuerit,quę pro cicatrice deformante imponitur,prout ſtatuta,
& bannimenta pœnam aggrauantia etiam vſque ad corporis af-
flictiuam,vt pœna manus ob cicatricem, intelligi debent de cica
trice, quæ faciem deformaret, vt latè per Nell. de bannit.2.part.
2.temp.q.52.& Floria.in l.ex hoc.nu.1.in 2.not.ff. ſi quadr. pau-
per.feciſ.dica.& Bertach.in ſuo repertor.in verb.cicatrix. & Ber-
tazol.conſi.356.nu.10.& 30.vbi declarat,quid in propoſito ſit ci
catrix deformãs,tam in mare, quàm in muliere,pro quo facit,ꝗa
ſtatuti,& bannimentorum verba ciuiliter intelligenda ſunt, vt ꝑ
Soci. in c.cum illorum. de ſenten. excom.qui propterea ibi con-
52 cludit nu.58.ꝙ † ſi ſtatutũ diſponit, quòd ſi quis alicui ſanguinẽ
extraxerit in palatio, puniatur certa pœna, vt pœna manus, non
debet intelligi de omni offenſione cum ſanguine, vt ſi parum ſan
guinis pugno extractus fuerit, vel ſi multum ſanguinis leui tamẽ
percuſsione. ita etiam ſtatutum, vel bannimenta pœnam aggra-
uantia ob cicatricem non de qualibet cicatrice intelligi debent,
53 ſed de ea tantum, quæ faciem deformat. Et † propterea ſi cica-
trix in loco eſſet occulto,& non apparenti,pœna d.ſtatuti,& ban
nimentorum locum non habet,vt per Nell.in præalleg.loco. Qui
bus aliàs de facto reſpondi, non eſſe locum pœnę bannimentorũ
huiuſmodi ob cicatricem,quæ vel pileo, vel bireto tegebatur. &
tradit Aug.Arim.ad Ang.de Maleſi.in verb.cicatrix.nu.5.& Ber
tazol.poſt hæc ſcripta nouiſsime ęditus d.conſi.356. num.37. Et
propterea etiam ſi Princeps mandaret aliquem puniri grauiori
pœna,quàm deberet ex lege,vel cõſuetudine, Iudex lata ſenten-





tia debet executionem differre per 30.dies.vt eſt tex.in l.fi.vindi
cari. C.de pœn.& tradit Nicel.in l.1.ff.de re iud.Balb.deciſ.425.
relatus inter communes opin.recens collect.tom.2. lib.7. tit. 15.
de executio.rei iud.nu.22.Iac.de Sanct.Georg.in tract. de feud.
in verb.Princeps.verſi.34.Alex.in l.debitoribus.col.3.de re iud.
Vazzin.relatus inter d.com.opi.recens collec.d.tit.15. de execu.
rei iud.num.76.præſertim ſi per iram Princeps mandaſſet, vt per
eos in d.locis. Rebuff.in cõmentar.ad cõſtit. Gallic. tom.2.trac.
de reſcript.artic.1.glo.vlt.verſi.quod eſt verum. & plura ſcribunt
ad interpretationem d.l.ſi vindicari.Neuizan.Gram. & Cuiacius
in locis relatis per Menoch.de arbitr.caſ.334.nu.6.
54 Atque † ita tanto magis animaduerti debet,an ſententia in to
tum pœnam contineat,quæ nullo modo imponi potuit, vt quia
condemnatus eſſet innocens,de quo ſupra diximus,vel quia quis
eſſet bannitus, & condemnatus de delicto, ex quo non teneba-
tur. Nell.de bannit.1.par.1.temp.quæſt.1. in prin. vel de quo ex
55 ſtatuto,aut legibus inquiri non poterat: Nam † neque hoc in ca-
ſu pro confeſſo haberi potuit, & ita ad condemnationem proce-
di non potuit, quando tamen ex proceſſu Iudici conſtaret ali-
quid, propter quod illud maleficium non eſſe appareret,aliàs ſe-
cus, ſi aliquid appareret, propter quod ille poterat ſe tueri,ma-
leficium tamen commiſſum erat. vt per Barto.in d.conſi.100.&
in d.l.abſentem.ff.de pœn.quem refert, & ſequitur Nell.de ban-
nit.3.par.1.temp.quæſt.6.& Foller.in d.verb. etſi confitebuntur.
56 4.par.3.par.nume.39.Vel † quia inquiſitio, bannum, & ſenten-
tia ſequuta eſſet de crimine,quod punibile non eſſet: impoſsibi-
le enim eſt, quòd condemnatio ſequi potuerit, ex quo is contu-
max pro confeſſo haberi non potuit,nec ficta confeſsio ſuum po
57 tuit operari effectum, cum † vt illum operetur neceſſe ſit, quòd
inquiſitio fundata ſit ſuper crimine, quod ſit punibile. Bald.in
l.2.§.quod ſi actor.C.de iura. calum. Foller.in d. verb. & ſi con-
fitebuntur.numero 14. Albert. Brun. de ſtatutis,in verb.confeſ-
ſio.verſi. ſtatutum dicit, quòd bannitus habeatur pro confeſſo.
Caſſan. in conſuetud.Burgund.verb.des iuſtices,& droictz. § 7.
rub.1.nu.11.fol.291.
58 Et † ſi bannitus captus debita pęna condẽnatus reperitur,ter
tio animaduertendũ eſt, quæ in proceſſu probationes, & indicia
exiſtunt,& an ita legitima ꝓceſſerint indicia ad inquirẽdũ quod
in bannito capto infra annum omnino conſiderandũ eſt ante ſen
tentiæ executionẽ ex d. Motu ꝓprio Pij V. ex quo ſi legitima ad
inquirendum indicia præceſſerunt, põt Iudex ad executionẽ de-
currere,aliàs ſecus,vt ibi per Sum.illum Pont.qui bene nouerat,

quòd ad inquiſitionem ſpecialem, quæ fit contra certas perſonas de crimine, ex qua ad condemnationem proceditur, formari nõ
59 debet inquiſitio † niſi legitimis indicijs præcedentibus, quæ omnino inquiſitionem præcedere debent. l. iuſtiſsimos. C. de offic. rector. l. milites. vbi Doct. C. de quæſtio. Bar. & alij in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. idem Bar. in l. congruit. ff. de offi. præſid. Fulg. conſi. 107. in 2. & 3. concluſ. & conſi. 149. in fi. & conſil. 173. poſt prin. Marſ. conſi. 2. nu. 23. & alibi ſæpe in ſuis conſi. & in prac. cri. §. conſtante. nu. 33. Rolan. à Valle conſi. 94. nu. 10. vol. 4. & conſi. 57. nu. 10. eo. vol.

60 Et † ita etiam nouerat Pont. ille, quòd inquiſitio formata non præcedentibus indicijs ad inquirendum nulla eſt, vt nullam eſſe, & corruere dicunt Bar. & alij omnes ſupra citati Doct. in d. locis, vt etiam dicit Bero. conſi. 167. nu. 15. vol. 3. dicẽs proceſſum red-
61 di nullum, nullumque † iudicium ex defectu ſubſtantiæ. & idem Grat. conſi. 97. nu. 7. vol. 1. & conſ. 74. nu. 5. vol. 2. Ceph. conſ. 204. nu. 18. conſi. 206. nu. 21. vol. 2. Ruin. conſi. 7. nu. 2. vol. 5. Marc. Angel. tom. 1. crim. conſ. 3. Crau. conſi. 262. in prin. vol. 2. Rolan. d. cõſi. 94. & 57. & conſi. 3. nu. 19. & conſ. 17. nu. 8. vol. 3. & ita intrepi-
* dè tenent Doct. vt atteſtatur Grat. conſi. 57. poſt nu. 1. lib. 2. & totus Mundus hanc ſequitur concluſionem, quæ eſt valde trita, & conſulentes omnes illam affirmant, vt dicit Catus. tom. 1. conſil. crim. conſi. 99. num. 1. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 20. Rolan. à Valle d. conſi. 94. & conſi. 57. Et adeò recepta eſt hæc communis con-
62 cluſio, vt † locum etiam habeat, & procedat in crimine læſæ maieſtatis. glo. & Doct. in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maieſtat. Ange. de maleſi. in verb. *& hai tradito la mia patria.* in prin. Marſ. in l. 1. in prin. nu. 36. ff. de quæſtio. Iul. Clar. lib. 5. ſen. §. fin. q. 64. Rolan. à Valle. conſ. 64. in prin. vol. 2. conſi. 17. in prin. vol. 3. & d. cõſi. 57. num. 12. vol. 4.

63 Prout † etiam ſic ſucceſsiuè nouerat Pont. ille Max. quòd ſi inquiſitio nulla eſt, ſententia quoque ex ea ſequuta nulla erit. Ange. conſi. 178. vbi etiam dicit, id poſſe etiam poſt ſententiam opponi, & Marſ. conſi. 128. nu. 8. conſi. 130. nu. 17. Boſſ. in trac. cauſar. crim. tit. de inquiſitione. nu. 77. Soc. Iun. conſi. 37. in prin. vol. 2. conſi. 38. num. 21. eod. vol. Pariſ. conſ. 163. col. fi. vol. 4. Galeat. Maluat. tom. 1. conſ. crim. conſi. 110. num. 37. Rolan. à Valle d. cõſi. 94. nu. 7. & ſeq. vol. 4. Bero. d. conſi. 167. nu. 15. vol. 3. Tiber. Decia. conſi. 25. num. 11. lib. 2. & conſi. 18. nu. 41. vol. 1. & poſt Marſ. & alios, quos alleg. dicit Foller. in prac. crim. in verſi. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 6. quòd confeſsio ficta ex banno reſultans non operatur, quando ſuper proceſſu valido fundata non





eſt, & ita ſi inquiſitio valida non præceſsit: non enim ficta hæc cõfeſsio tollit inquiſitionem ineptam, vt per eũ, & alios, quos ipſe ibi alleg. & Rolan. à Valle conſi. 31. nu. 17. lib. 1. dicens poſt Marſ. quem alleg. hoc vt ſingulare verbum, & multum quotidianũ eſſe menti tenendum. de quo & infra diximus nu. 220. & Caſſan. in cõſuetud. Burgund. verb. des iuſtices & droictz. §. 7. nu. 11. fol. 291.
64 Et ita † nouerat etiam ſententiam nullam non mereri executionem. d. l. 4. §. condemnatum. & ibi Docto. ff. de re iudic. & exequi debere nullo modo ferendum eſſe latè tradit Natt. conſi. 529. co
* lum. 1. & 2. vol. 3. etiam in criminalibus ſecũdum communem, de qua poſt Iul. Clar. quẽ alleg. teſtatur Hyppo. Bonacoſſ. par. 1. communi opi. crim. in verb. ſententia nulla, & conſuluit Marcabrun. ab Anguillis. conſ. 50. col. 1. & 2. tam ſi inquiſitio, ſeu denunciatio ſit nulla ex defectu indiciorũ, quàm ex defectu formę ſtatuti non
65 ſeruatæ. vt ibi latè per eum. Et tanto magis, quanto † præiudiciũ, quod infert executor, grauius eſt: cum per executorem realiter, per ſententiam verò verbaliter præiudicium inferatur, vt ſupra diximus in præfatio. nume. 89. ſumma igitur cum ratione, ac ſanctiſsimè, & ſalubriter à Sanct. illo Pont. ſtatutum fuit, quòd ſententia exequi non debeat, ſi legitima ad inquirendum indicia
66 non præceſſerũt, de qua † qualitate à d. Motu proprio requiſita ſic ante executionem apparere debet, aliàs illius diſpoſitio, & ita executio ſententiæ locũ habere non poteſt, nec debet ex doctr. Io. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. quam dicit eſſe ſing. & ab om-
* nibus approbatam Hiero. de Tort. inter conſi. Anto. de But. conſilio vlt. num. 1. in fi. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 85. verſi. vbi agitur. & in §. aſſaſsinium. in prin. & idẽ dicit Curt. iun. conſi. 24. nume. 11. Marſ. conſi. 96. nu. 6. Burſat. conſi. 94. nu. 33. & vbique Docto. & alibi diximus. & conferunt quæ ſupra diximus hoc cap. nume. 29. & infra poſt nu. 140.

67 Et † quàmuis ad formandam inquiſitionem aliàs leuia ſufficiant indicia, ſecundum Boſſ. in d. titu. de inquiſit. nume. 61. qui
* etiam dicit, quòd ita ſeruatur, cui tamen Iul. Clar. contradicit. d. quæſt. 20. verſi. ad formandam. & poſt eum Rolan. à Valle conſi. 57. num. 23. in fin. lib. 4. Marcabrun. ab Anguil. conſi. 50. num. 29. Non tamen hæc ſufficerent, vt præceſsiſſent ad effectum executionis ſententiæ d. Motu proprio Pij V. qui, cum bene noue-
68 rit † facilitatem Iudicum, & corruptelam ſtatus Eccleſiaſtici ad facilè etiam ex leuibus indicijs, & minimè aliàs legitimis formãdas inquiſitiones, de qua Iudicum facilitate, quàm deteſtatur poſt Vital. quem alleg. habetur per Iul. Clar. d. quæſt. 20 d. verſicu. ad formandam, & ſupra diximus in præfatio. numero 114.

non ſimpliciter ad effectum exequendi ſententias capitales con-
tra bannitos captos requiri voluit, quòd præcedant indicia ad
69 inquirendum, ſed quod legitima, † ideſt quæ à iure approbata
ſunt: hæc enim legitima dicuntur. l legitima. ff. de pact. & ibi glo.
Dec. & Cagno. in l. actus legitimi. nume. 1. ff. de reg. iur. Alexan.
70 conſi. 75 nume. 4. vol. 1. Indicium † enim terminus eſt generalis,
qui de quolibet indicio etiam leui, & non legitimo prædicatur,
de quo non loquitur Motus ille proprius, ſed de legitimo, quod
illud ſolum dicitur, quod, vt diximus, à iure approbatur, quod
71 verbum, legitima, d. Motus proprius † non ſine virtute operan-
di termino generali adiecit, l. ſi quando ff. de leg. 1. & not. Barto.
in rub. C. de contrahen. emptio. quæſt. 9. Soc. Iun. conſi. 116. num.
55. vol. 1. Nam quodlibet verbum debet intelligi poſitum, ne fru
ſtra prolatum dicatur, & ne ocioſum remaneat, vt habetur in d.
locis. & tradit etiam Socin. iun. conſi. 1. nume. 44. volu. 4. Rolan.
à Valle conſi. 36. num. 24. & ſeq. lib. 4. qui etiam dicit poſt alios,
72 quòd nec † ſillaba, ne dum verbum quodlibet, debet intelligi
poſita, vt nihil operetur, & ocioſa ſit. & ita etiam dictus Motus
proprius intelligendus eſt, quod requirens legitima indicia ex-
cludat leuia, vt aliquid addidiſſe dicatur conſuetudini, & iudicũ
facilitati, vt in propoſito per Marcabrun. ab Anguillis, dicto con
ſilio 50. num. 37.

73 Et † hinc infertur, quòd ſi formata fuerit inquiſitio ex dicto
ſocij criminis, ſententia exequi non poterit contra bannitum ca
ptum infra annum ex d. Motu proprio, qui requirit præambulũ
indiciorum legitimorum, quorum in numero non eſt dictum ſo-
74 cij criminis, ex quo † ad formandam, & tranſmittendam inquiſi
tionem non ſufficit de iure, nec ita legitimum eſt indicium, ſi nõ
eſſemus in caſibus exceptis, vt exploratiſsimi iuris eſt. ita enim
tenuit Fulgoſ. conſi. 136. col. vlt. & d. conſi. 107. col. 3. Dec. conſil.
* 189. nu. 9. vbi dicit hãc eſſe communem opi. & in conſi. 175. col. 2.
poſt prin. conſ. 234. colum. 1. Marſ. in prac. crim. §. diligenter. nu-
me. 67. Cur. Iun. conſ. 170. nu. 4. Pariſ. conſi. 163. nu. 18. vol. 4. Nat.
conſi. 18. num. 14. vol. 1. & de communi etiam teſtatur Prac. Cor-
rad. fol. 255. in prin. Viui. lib. 1. commu. opin. in verb. teſtis, poſt nu
me. 6. ſecundum primam impreſsio. Rolan. à Valle conſ. 73. nu. 1.
* lib. 1. conſ. 16. nu. 7. & 8. eo. vol. vbi dicit receptiorem eſſe ſenten-
tiam ex authoritatibus ibi per eum alleg. vt etiam cõmunem di-
cit Calefat. tom. 2. crimin. in conſ. 93. nu. 5. & 2. Io. Bapt. Plot. to-
mo 1. crim. conſ. 131. num. 3. Lauren. Kirchou. cent. 4. commu. o-
pin. concluſ. 38. & Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. quæſt. 21. verſic. ſi verò
75 quæris. vbi hanc opi. vti cõmunem ſequitur, & ita in † ꝓprijs ter-
minis



minis ſententiam exequi non poſſe, quæ ex inquiſitione proceſ-
ſerit, quæ ex dicto ſocij criminis formata fuerit, non obſtante ſta-
tuto, ſeu decreto Mediolani non abſimili à d. Motu proprio Pij
IIII. & Pij V. cõſuluit Io. Bapt. Plot. d. cõſi. 72. nu. 17. cũ trib. ſeq.
iunctis. nu. 27. & ſeq. & repetito d. conſ. 52. vol. 1. ſuorum conſil.
& Ceph. conſi. 241. nu. 75. vol. 2. & loquitur ibi de executione ſen
tentiæ, vt in numeris præcedentibus. vbi & idem dicit de indicio
ex fama, vt ibi nu. 74. & de inquiſitione ex dicto inimicorum per
eundem Io. Bapt. Plot. in d. conſi. 72. & 57. nu. 19. & Marcabrun.
qui etiam loquitur in propoſito executionis ſententiæ d. conſil.
50. nu. 41. quinimo, quod nec imperfectæ iſtæ probationes con-
iunguntur ad plenam probationem ad effectum ſententiæ, & exe
cutionis, vt ibi nu. 76. iunctis procedent. in quibus, vt diximus,
de executione loquitur, prout etiam non coniungi voluit Dec.
conſi. 458. nu. 7. vbi voluit, ꝙ ſi ſcriptura ſententiæ banni non eſt
ſolemnis non probat bannum, quãuis reperta fuerit in archiuio,
nec authoritas tabellionis, cum archiuio coniungitur ad facien-
dam plenam probationem, vt per eum ibi. & nouiſsimè loquens
de ſententia lata ex inquiſitione formata ex dicto ſocij criminis,
tradit etiam Bertazol. conſi. 462. poſt nu. 6. & ſeq. lib. 2.

76 Neque † obſtat prædictis, ꝙ Boſſ. in d. tit. de inquiſit. nu. 44.
* dicat, ꝙ ſeruatur, dictum ſocij criminis facere indicium ad for-
mandam inquiſitionem, illamque tranſmittendam: quia primò
reſponderi poteſt, ꝙ Boſſ. dicitur teſtari de conſuetudine ſtatus
Mediolani, in quo ipſe verſatus eſt, iuxta Guald. cau. 35. titu. de
ſubſtitut. & ita aliàs Boſsio reſpondet eum ita intelligens Rolan.
77 à Valle d. conſi. 57. poſt nu. 26. vol. 4. Secundò † reſpondetur, ꝙ
* de contraria conſuetudine teſtatur Iul. Clar. d. q. 21. verſi. ſi verò
quæris, ꝙ ſcilicet in caſibus non exceptis non dicitur dictum ſo-
cij criminis legitimum indicium ad formandam, & tranſmitten-
* dam inquiſitionem, & ex pluribus dicit etiam hanc eſſe receptã
78 Doct. ſententiam. Tertiò reſpondetur, quòd † licèt aliàs dictũ
* ſocij criminis ad formandam inquiſitionem ſufficeret, & paſsim
in ſtatu Eccleſiaſtico formẽtur inquiſitiones & citationes ad il-
lis reſpondendum ex dicto ſocij criminis, & ita etiam ad ſenten-
tias condemnatorias contra abſentes procedatur, illud tamen ve
rum eſt, ꝙ non propterea dicitur legitimum, cùm à iure non ſit
approbatum ad formandam, vel tranſmittendam inquiſitionem,
per prædicta, & conſequenter non dicitur ex dicto ſocij criminis
legitimum præcedere indicium, prout d. Motus proprius requi-
rit, vt ſententia cõtra bannitum captum infra annum ex eodem
Motu proprio exequi poſsit.

79 Hinc etiã infertur, quòd ſententia exequi non debet ex d. Mo-
tu proprio contra bannitum captum infra annum, quoties inqui
ſitio formata fuerit ex dicto alicuius banniti, & capitaliter con-
80 demnati, qui † omnino inhabilis eſt ad ferendum teſtimonium
ex expreſſa Motus proprij Pij IIII. & aliorum præceſſorũ, & ſuc-
ceſſorũ Sum. Pont. contra bannitos, & facinoroſos homines editi
* cõſtitutione, prout etiam ſine d. Motu proprio inhabilis ex hoc
erat ex communi, vt per Laurent. Kircho. cent. 1. com. opin. con-
cluſ. 23. Burſat. qui plures alleg. conſi. 20. num. 51. vol. 1. Rolan. à
Valle conſi. 41. nu. 48. vol. 1. & Bertazol. conſi. 351. nu. 2. lib. 2. &
in terminis ita firmat Ioan. Bapt. Plot. d. conſi. 52. & 72. nu. 18. &
19. vbi etiam idem dicit, quando inquiſitio formata eſſet ex di-
cto inimicorum. Hinc etiam ſententia exequi non deberet, ex
d. Motu proprio contra bannitum captum infra annum quoties
inquiſitio formata eſſet ex dicto berroariorum, & executorum
de reſiſtentia ſibi facta, & oppoſitione, aut de iniuria verbali,
vel reali ſibi illata: quia eorum dictum ſolum aperit viam Iudici
ad inquirendum, & ſic ex eorum dicto non oritur legitimum de
iure indicium: quia ſic de iure eis non creditur, niſi ad inquiren-
dum, ideſt ad aſſumendas informationes ſuper eo, quod ipſi di-
cunt. vt bene declarat Boſſ. in tract. cauſ. crim. titu. de denunciat.
nu. 12. Iodoc. in prac. crim. cap. 15. de citatio. reali. nu. 31. Aſin. in
prax. iudic. §. 9. cap. 3. nume. 5. in fi. Proſp. Farinac. lib. 1. var. qq. &
commu. opin. crim. poſt priorẽ huius noſtri trac. editionẽ euulga
to. q. 32. nu. 82. vbi dicit communem, & in ſpecie, quod non ſit le-
gitimum de iure indicium ad condemnandum in contumaciam
conſuluit Ceph. in d. conſ. 241. nu. 69. lib. 2.

81 Non † tamen ex prædictis dixerim, in bannitis captis poſt an-
num, ꝙ ſententia condemnatoria exequi contra eos debeat, etiã
quòd indicijs legitimis præcedentibus promulgata non fuerit.
82 Nam primò illud attentari poteſt, ꝙ † licèt d. Motus proprius
Pij V. loqui videatur de bannitis captis infra annum, & ita illius
diſpoſitionem ad eos tantũ reſtrinxiſſe videatur, ita vt de indicio
rum præambulo ratio haberi non debeat ante executionẽ in ban
nito capto poſt annũ, quemadmodũ in capto infra annũ, eos ta-
men etiam includere videtur ſub eadem diſpoſitione, qui ſcilicet
poſt annum capti ſunt. Quoniam in ea conſtitutione dicitur, ꝙ
83 † ad defenſiones nõ admittantur banniti etiam ſi capti ſint intra
84 annum, pondero implicatiuam illam † (etiam) quæ implicando
caſum minus dubitabilem, exprimit, & ampliat caſum magis du
bitabilem. l. etiam. C. ſi tut. vel curat. inter. l. etiam. ff. ſol. mat. glo.
in clem. 2. in verb. etiam Eccleſiæ. de hæret. Aret. in l. placet. col.
fi. in



fi. in prin. ff. de liber. & poſthum. Dec. & cęteri in l. 1. circa prin. ff.
de iuriſd. omn. iud. Zuccard. in prælud. ad l. poſthumo. nu. 5. verſ.
& hoc ẽt nihil probat. C. de bono. poſ. contra tabul. Cęph. conſil.
778. nu. 35. vol. 5. & alibi ſępe Docto. Quia igitur maius dubium
eſſe poterat circa bannitos captos infra annum, an defenſiones
eis denegari deberent, cũ ante annum ſententia non fecerit tran
ſitum in rem iudicatam, ſed poſt annum ex alio Motu proprio
eiuſdem Pont. in quo Motum proprium Pij IIII. de non admit
tendo bannitos ad defenſiones poſt ſex menſes, ſed ſententiæ ve-
luti tranſierint in rem iudicatam, exequantur, illud tẽpus ad an-
num prorogandum confirmauit, Pontifex id de bannitis captis
infra annum expreſsit, quaſi dixerit, ꝙ non ſolum banniti capti
poſt annum, ſed etiam capti infra annum ad defenſiones non ad-
mittantur, & ita d. Motus proprius tum de bannitis captis poſt
annum, quàm infra annum loquitur in ea clauſula. Vnde cum po
ſtea continuando d. ſermonem immediatè Pontifex ibi ſubdide
rit, quòd quinimo Iudices ſententias ipſas cõdemnatorias, ſi ta-
men legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promul-
gatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter mãdent, vtroſq;
ſimiliter tam ſcilicet captos infra annum, quàm poſt annũ com-
prehendere videtur: hęc enim clauſula addit præcedenti clauſu
85 læ, per illam dictionem, † (quinimo) quæ addit præcedentibus.
Bar. in §. quibus. in 1. conſt. Cod. cum alijs, vt per Tiber. Decian.
conſi. 3. nu. 143. vol. 1. & præcedentem clauſulam ita clauſula hęc
86 reſpiciens ad ea † omnia in ea comprehenſa æqualiter referri de-
bet, iuxta ea quæ ſcribunt Bar. & alij in l. talis ſcriptura. in prin.
ff. de leg. 1. Menoch. conſi 243. nu. 48. vol. 3. & alibi ſæpe Doct. &
præſertim quãdo relatio fit ad proxima, & cõnexa. Afflic. qui plu
ra alleg. in conſt. vt de ſucceſsionibus. nu. 64. Videtur ergo, quòd
vt executio fieri poſsit contra bannitos captos poſt annum, de-
bet etiam quoad eos apparere de legitimis ad inquirẽdum indi-
cijs, ex quibus ſententia promulgata dicitur. Quod ex eo etiam
dicendum videtur, quia eadẽ militat ratio quoad ambos, ꝙ ſen-
tentia promulgata eſſe debeat legitimis ad inquirendum indi-
cijs præcedentibus. Nam inquiſitio nulla eſt, ſi formata fuerit
legitimis indicijs non præcedẽtibus, & ita etiam nullum eſt ban-
num, nullaque ſententia, vt ſupra diximus hoc cap. 59. & quidem
87 tam ante annum, quàm poſt annum: Vnde † de nullitate dici po
teſt etiam poſt triginta annos, vt ex Bald. tradit Nell. in tract. de
bannit. 2. par. 2. temp. quæſt. 64. nu. 64. Boſſ. in tract. cauſar. crim.
titu. de banni nullit. nume. 2. Barthol. Bertazol. d. cõſi. 233. nu. 5.
etiam quòd ſuper crimine, & de ipſo delicto ex d. Motibus pro-

 prijs,

prijs, & ex ſtatuto audiendus non eſſet. vt in terminis de bannito inquit Peruſ.in c.ſæpe.nu.14. de appellat. vbi ſi ex forma ſtatuti bannitus non debet audiri, de banno tamen erit audiendus ſi dicat, non valere: licèt de ipſo delicto audiendus non ſit, quem ſequitur Ceph.conſi.770.nu.15.vol.5.

Et quatenus banniti capti poſt annum in d.diſpoſitione non
88 cõprehendantur prædictis non obſtantibus ex eo, ꝙ † ij in diſpoſitione non exprimuntur, niſi per ſubauditum intellectum virtute d.implicatiuæ (etiam) vt ad eos ſequens clauſula non extendatur hoc in caſu, in quo ſic ceſſant prædicta. Bald. in l.1.in lectur. antiq.ff.quod quiſq; iur.& ibi Alex. col.fin.in prin.Fely.in c.cauſam quæ.col.5.in 8.limit.de reſcrip.Dec.in c.2.requiris.col.3.in 10.limit.de appella. Etſi idem Dec. contradicat in d. l.1. in prin. ff.quod quiſque iur. Non tamen dicendum eſt, ꝙ ſententia condemnatoria executioni mandari debeat contra bannitos captos poſt annum, etiam quòd d.ſententia legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promulgata non fuerit. licèt enim d.Motus proprius Pij V. diſpoſuerit ſententias condemnatorias exequi debere contra bannitos captos infra annum, ſi tamen legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promulgatæ fuerint, non tamen ex hoc ſequitur, ꝙ contra bannitos captos poſt annum exequi debeant, etiã ꝙ promulgatæ fuerint legitimis ad
89 inquirendum indicijs minimè præcedentibus: eſſet enim † ſic ſumere argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris communis, quo iure legitima debent præcedere indicia ad inquirendum, aliàs ſententia veluti nulla executionem non meretur, vt ſupra diximus nu.64. quod quidem non permittitur. Bar.in l.omnes populi.nu.61.ff.de iuſt.& iur.Doct.in l.1.ff.de offi. eius. Fely.in c.ſignific.nu.18.de foro compet. quod præſertim dicendum eſt, quia ſi argumentum ſumere volumus à contrario ſenſu ex d. Motu proprio contra bannitos captos poſt annum, illud vtique ſumeremus ex diſpoſitione negatiua, quæ ex d. clauſula d. Motus proprij colligeretur, nempè hoc modo, ſententiæ condemnatoriæ non exequantur contra bannitos captos infra annum, ſi legitima ad inquirendum indicia non præceſſerunt: ergo exequantur contra bannitos captos poſt annum, etiam quòd legitima ad
90 inquirendum indicia non præceſſerint. Ex † diſpoſitione autem negatiua non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, nec affirmatiua inducitur, vt elegãter dixit Bald. in l.2.C. de cond. inſer. & in tit.de pac.Conſt.§.Vaſalli. circa fi.ſequitur Alex. cõſi.150. nu.26.vol.5.poſt Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſtit. concludens ex reſponſione negatiua nũquàm reſultare affirmatiuã, nec argumen-



argumentum à contrario ſenſu contra reſpondentem. Et proptere
91 rea Senatus Pedemon.deciſ.178.nume.6. refert, quòd ſi poſitio dicat, quem ſponte ratificaſſe, & ille reſpondendo dixerit, nõ credo ratificaſſe, talem diſpoſitionem negatiuam non continere in odium reſpondentis aliquam affirmatiuam. & prædicta refert, & ſequitur Rim.iun.conſi.413. nu.14. vol.4.

Tuebitur ergo ſe bannitus captus poſt annum iure communi,
92 cuius † diſpoſitioni ſic relictus dicitur, ſi in d.Motu proprio Pij Quinti non comprehenditur.l.commodiſsimè. & ibi Doct.ff.de lib.& poſthu.Bar.& Doct.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. cũ concordan. & legitima contra eum ad inquirendum indicia minimè præceſſerunt, prout requiri de iure ſupra diximus num.60.
93 ita † vt in executione ſententiæ ita contra hunc bannitum captũ poſt annum legitimis indicijs ad inquirendum non præcedentibus promulgatæ etiam de iure ſuperſedendum ſit. Plot.in d.conſi.72.num.52.Bertazol.nouiſsimè conſi.462.poſt num.6.lib.2.&
94 † quamuis leuia ſufficere indicia ad inquirendum receptum ſit, vt ſupra diximus num.67.non tamen talia eſſe videntur, vt Iudex ex illis ad executionem decurrere debeat, ſed potius ſuperſedere, & Principi reſcribere, ſecundum Plot.d.conſi.72. & 52. & ſupra diximus nu.68.69.& propterea melius facit Iudex, ſi ſibi non liquet de cauſa, quia delictum non ſit plenè probatum, vel nõn reperiat probatum aliquod indicium, quo mediante poſsit reum contumacem condemnare, ſi rem indeciſam relinquat, & aliquã ſententiam non proferat, iuxta ſalubre conſilium Anto. Gomez, qui ita in l.Taur. 76.poſt nume.14.verſi.poſtremo tamen.conſuluit in propoſito faciendum ex doctr.glo.ord. & ibi Saly. & aliorum Docto.in l.ſi is, qui adulterij.C.de adul.vbi probatur, quod quando Iudex eſt dubius, & ſibi non liquet de cauſa, conſiliũ eſt, relinquere cauſam indeciſam, & ſic nec diffinitiue abſoluere, nec condemnare.idem tenet Saly.in l.3. C. ad legem Iul.maieſt. q.ſi. & maximè hoc poterit facere in caſu noſtro (vt ſubdit Anto.Gomez in d.loco.) cum reus ſit abſens, & nec ipſe, nec alius poſsit inſtare, & à Iudice requirere, vt ſententiam ferat, quam de iure putauerit.

95 Sed † quæſtionis eſt, an examen prædictum, &c. cauſæ cognitio, an legitima ſcilicet indicia ad inquirendum iuxta formam dicti Motus proprij Pij Quinti ipſius banniti capti requirat citationem, tanquam ſimus in contradictorio iudicio, ita ꝙ Procurator Fiſcalis apud acta citato dicto bannito debeat proceſſum producere, ſi aliunde afferretur, vel repetere, ſi in eadem adeſſet Curia, ſolùm ad hunc effectum videndum, an legitima ad inquirendum

rendum indicia præceſſerunt, & ita illis præcedentibus ſententia exequenda promulgata fuerit. An verò ſatis ſit, quòd Iudex ex ipſo per inſpectionem proceſſus ſe informet.

In qua quæſtione, q̃ grauiſsima eſt, & ferè naucleris deſtituimur, cum nuſquam viderim in his terminis tractatam, ſentiendũ videtur bannitum carceratum citandum eſſe, per vulg. reg. quòd
96 † vbi pars lædi poteſt, citari debet. l. de vnoquoque. & ibi Docto. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo, vbi inquit Imperator, ꝙ merita cauſarum partium aſſertione panduntur, cũ alijs, vt per Anto. Gabriel. lib. 2. comm. concluſ. tit. de citatio. concl. 1.
97 num. 1. & alijs ſeq. per † quam regulam in propoſito determinat Nat. conſi. 529. num. 14. vol. 3. ꝙ Iudex ſecularis requiſitus ab eccleſiaſtico, vt eius ſententiam exequatur, poteſt, & debet prius de illius iniuſtitia, vel iniquitate cognoſcere, quam exequi etiã cum
98 partis citatione, quæ illud operatur, vt † iura ipſius banniti ſuper huiuſmodi legitimorum indiciorum pręambulo exaudiantur. Signo. conſi. 203. num. 5. Soc. conſi. 23. col. pen. verſi. ſecundò ex regula glo. lib. 1. Marſi. ſing. 328. Menoc. de arbit. iudic. q. 19. nu. 4. & conſi. 15. nu. 16. lib. 1.

Neque huic concluſioni aduerſari videtur d. Motus proprius Pij Quarti, & Pij Quinti, quatenus illis cauetur, ſententias exe-
99 quendas eſſe, veluti delictum notorium ſit, quia † etiam in notorijs citatio neceſſaria eſt, modò aliqua tergiuerſatione reus defendi poſsit, glo. in c. 1. in verb. conſeruatores. de offic. deleg. in 6. glo. & Doct. in c. ad noſtram. el 2. de iureiuran. & in c. cum olim. de re iud. plures, & propè infinitos cumulat Ant. Gabriel. d. con-
* cluſ. 1. de citatio. num. 2. vbi etiam dicit communem, & licèt aliqui contradicant, quos etiam refert Anto. Gabri. vera tamen eſt
* præcedens opinio, quæ à Docto. magis communiter recipitur, & eſt etiam verior, & probabilior, quòd quando (vt diximus) notorium excuſari poteſt, & aliquam habet defenſionem, citatio adhuc neceſſaria eſt, vt dicit in d. loco Anto. Gabri. qui etiam propè
* infinitos ad id allegat, & dicit ex alijs magis communem, veriorem, & probabiliorem opinionem, quam etiam ſequitur Natt. d. conſi. 529. num. 14. Viui. commu. opi. 94. Emanuel Xuarez. in theſau. recep. ſenten. verb. executio. relatus inter communes opi. recens collect. tom. 2. lib. 7. tit. 15. de execut. rei iud. nu. 93. Et propterea cum d. Motus proprius requirat, vt ſententia exequi poſsit infra annum, quòd legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promulgata fuerit, ſatis planè apparet, quòd notorij nullam habuit rationem.

Prout



Prout huic concluſioni non obſtat, ꝙ hæc quæſtio iuris ſit, an ſcilicet legitima, & ita à iure approbata præceſſerint indicia ad
100 inquirendum, quia prædicta † reg. d. l. de vnoquoque. procedit ẽt ſi quæſtio iuris eſſet: adhuc enim pars citari debet. Nã licèt quæſtio iuris probatione non indigeat, ex eo tamen tunc citatio requiritur, quia aliqua forſan ad illius iuris offuſcationem defenſio competit. ita Abb. in cap. ſæpe. ſuper glo. in verb. iuris. de appellatio. & Natt. d. conſi. 529. num. 15. Anto. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 11. & 96.

Prout non obſtat, ꝙ inquiſitio, & cognitio hæc de huiuſmodi legitimorum indiciorum præambulo ad inquirendum fauorem
101 concernat ipſius banniti, quoniam † & in actibus fauorem concernentibus ipſius citandi, citatio requiritur, vt poſt alios tradit idem Anto. Gabri. d. 1. concl. de citatio. nu. 66.
102 Quinimo † in tantum procedit d. regula, ꝙ citatio reiecta non intelligeretur, etiam ꝙ d. Motibus proprijs caueretur ſimpliciter ſcilicet, ꝙ Iudex poſſet contra bannitum ob contumaciam captũ procedere, & punire, quinimo debet ei dari breuis terminus, ſi aliquam habeat defenſionem. Nell. de bannit. 3. par. 1. temp. q. 4. Lap. alleg. 128. Aſin. in prax. iudic. c. 5. §. 7. limit. 99. Menoc. de arb. iudic. q. 17. num. 10. & Anto. Gabri. d. 1. concl. de citatio. num. 39.
103 qui etiam voluit poſt alios, quos recẽſet d. † regulam d. l. de vnoquoque. cum ſimi. procedere, etiam ſi cõſtitutio exceptiones omnes reijceret, adhuc enim citatio requiritur, aliàs actus eſſet nullus, & de tali nullitate dici poſſet, vt per eum ibi, nume. 62. prout
104 etiam ampliatur procedere in iudice, cuius arbitrio cauſa diffinienda eſt, vt latè per Menoc. d. q. 17. num. 1. & alijs ſeq.

Quod præſertim, vt citatio requiratur, dicẽdum videtur, quia
105 † non ſumus in mero, & puro executore, cui à d. Motu proprio ſimpliciter executio cõmittatur, ſed in Iudice, cui d. Motus proprius executionem ſententiarum committit, cum illa cauſę cognitione an legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus ſententia promulgata fuerit, ne fortè ſit tam quoad ſuam, quàm quoad alterius ſententiam executor ad malũ, vt in caſu ſuo conſiderat Nat. d. conſi. 529. nu. 33. vol. 3.
106 Contraria † tamen opinio ſuis quoque rationibus ſuadetur, ꝙ ſatis ſit quod Iudex ſe informet per inſpectionem proceſſus, vtrũ
107 legitima contineat indicia. Non † enim bona conſequentia eſt, cauſæ cognitio requiritur, ergo & citatio partis, quoniam à ſe ipſo poteſt Iudex inſpecto proceſſu cognoſcere. l. ſed ſi lege. §. prætor ait. ff. de in ius voc. vbi Bal. in ſpecie dicit, ꝙ licèt tex. ibi dicat cauſa cognita, non tamen pars vocanda eſt, ad idem tex. in l. cum

hi. in

hi.in prin.& in §.ſi prætor.ff.de tranſactio. & tex.in l.3.§.ſi cauſa
cognita.ff. de bon.poſ.iūcta gl.ibi,in verb.pro tribunali,vbi Bar.
108 expreſsè dicit, ꝙ † dicitur ibi cauſa cognoſci, ſi Iudex ſe infor-
met,non autem quod pars vocanda ſit. & tex.etiam in l.magis pu
to.§.ne paſsim.ff.de reb.eorum.& in l.1. ff. nil nou. appel. pend.
per quem tex.dicit Io.And.in c.paſtoralis.col.3.verſ.illud autem
109 notandum.de offi.deleg.ꝙ † vtrum appellatio ſit,vel non ſit reci-
pienda,ſtatui poteſt abſente parte. facit etiam doctr.Bal.in l.ne-
que natales.col.fi.verſi.ſed nunquid in iſta. C. de proba.qui con-
110 cludit, † ꝙ executor Apoſtolicus datus ad prouidendum de be-
neficio alicui cum clauſula,ſi eſt idoneus, licèt propter conditio-
nem appoſitam in reſcripto teneatur cauſæ cognitionem adhibe
re ſuper idoneitate, in iſta tamen examinatione aliquis neceſſa-
riò citari non debet.idem Bal.in l.certum.C.vnde legit.& in alijs
locis alleg.per Natt.d.conſi.529.num.26.vol.3.& Bello.in conſi.
70.num.12.Idem in propoſito dicendum,ꝙ etſi aliqua cauſæ co-
gnitio in executione requiratur,an videlicet legitima ad inquirē
dum indicia præceſſerint,non ſit tamen neceſſaria partis citatio,
& præſertim,quia conditio hæc,ſi legitima ad inquirendum præ-
ceſſerint indicia,iam inerat de iure,cum (vt ſupra dictum eſt)de-
beant de iure legitima præcedere indicia ad inquirendum. adeò
111 † ꝙ potius in monitionem, quàm in conditionem ſonare vidētur
verba illa d.Motus proprij,videlicet,ſi tamen legitimis ad inqui-
rendum indicijs præcedentibus promulgatæ fuerint, cum ſic id
quod tacitè inerat exprimatur, & ita videtur per dictum Motum
proprium Pij Quinti, illud eſſe commiſſum,an videlicet præceſſe
rint legitima indicia,non vt Iudici,ſed vt bono viro,vt eſt glo.pla
na in clem.1.in verb.rèperierint. de offic.delega.& tradit Inno.&
ibi poſt eum alij,in c.fi.de præſump.Bar.in l muto.§.1.ff.de tutel.
Bal.in l.non dubium.col.5.verſi.iuxta hoc quæro.C.de legi. & in
l.certum.C.vnde legit.in c.1.col.pen.de re iud.pro quo facit,qđ
112 voluit Inno.in c.prudentiam.de offi.deleg.dicens,ꝙ † ſi Pontifex
mandat,Titium in decem Seio cōdemnari, ſi Seius illa decem ſi-
bi deberi probauerit, valebit quidem ſententia condemnatoria,
etiam ſi nihil probatum fuerit: verba enim illa, ſi probauerit, in
monitionem ſonant,non etiam in conditionem, & hoc dictū In-
no.ſequitur Bal.in l.præſcriptione.col.3.C.ſi contra ius, vel vtil.
publi.& ſequitur etiam prædicta Natt.d.conſi.529.num.26. & ſe-
quen.& Crot.conſi.327.nume.2.3.lib.3. facit etiam quod voluit
113 Rot.deciſ.685.in antiq.& in nou. deciſ.476. ꝙ † ſi directa eſt cō-
miſsio Auditori cum clauſula (ſi reperieris) poſſunt recipi teſtes
etiam parte non citata.& ſequitur Bellam. deciſ.61. Stafil. de li-
ter.gra-



ter.gratiæ,& iuſti.fol.114.Anto.Gabri.d.concluſio.1. de citatio.
num.500.
Quæ opinio ex eo etiam ſuadetur, quia d. Motus proprius Pij
Quarti, & Pij Quinti prohibent Iudicibus, ne bannitos captos
ad eorum defenſionem admittant.quam facultatem Pontifex ſibi
reſeruauit.ad defenſionem autem admitterentur banniti,ſi eorū
citatio requireretur,& eorum iura ſic exaudiri deberent in eo ar
ticulo, an legitima ad inquirendum indicia præceſſerint. & præ-
ſertim,quia ſic videntes proceſſum vellent cōtra teſtes excipere,
& probare deinde exceptiones,quæ teſtes pro informatione exa-
114 minatos omnino repellerent,quod † ergo vna via prohibetur,nō
debet intelligi per aliam viam eſſe permiſſum. cap.cum quid vna
via.de reg.iur.in 6.cum ſimi.
Vt ea etiam ratione ſuadetur, quia d. Motus proprius execu-
tionem concedit,ſi tamen indicia legitima præceſſerint ad inqui
rendum,in eadem re,ideſt circa bannitum ipſum in ſententia cō-
115 demnatum, quo † caſu in executione ſententiæ citatio neceſſaria
non eſt,vt tradit Bar. in l.à Diuo Pio. §.in venditione. vbi etiam
Alex.col.antepen.num.31.ff.de re iud.per text.in l.qui reſtituere.
ff.de rei vendi.& Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verb.execu
tio.& in l.meminerint.C.vnde vi. Bald.in l.ordo. C. de executio.
rei iudic.& in l.1.in fi.C.de iur.& fac.ignor.& latè in repeti. l.ta-
le pactum.§.qui prouocauit.in 10.q.ff.de pac.Ang.in repet.l.1.§.
ſi conuentione.ff.de re iud.Imo.in l.ab executore.in prin.ff de ap
pella.& in l.ſi filio.la 2.vbi nonnulla tradit Bal.ff.ſol.mat.Ant.de
But.Domi.de S.Gemi.Abb.& Fely.in c.ex ratione.de appellatio.
Maran.in ſuo Spec.aureo,in 3.actu prin.num.14.Aſin.in prax.iu
dic.d.c.5.§.7.in 9.limit. nu.1.
116 Sed † ad hæc reſponderi poteſt,videlicet ad d.l.ſed ſi lege. & a-
lia ſupra alleg.iura, vt ſingulariter ſingulis reſpondet Natt. d.con
ſi.529. num.21.& alijs pluribus ſequen.vbi etiam reſpondet ad d.
doctr.Bal.in d.l.neque natales.& in d.l. certum.dic vt per eum.&
per Bello.in d.conſi.70.nume.13.verſ.vnum tantum eſt. vbi poſt
Rom.& Iaſ.in d.l.certum.& Alex.conſi.208.col.1.volu.2.reſtrin-
git dictum Bal.in d.locis quando non tractatur de præiudicio ali
cuius, vt eſt in exemplo ipſius Bald. quando S. Pontifex mandat
conferri beneficium alicui, ſi dignus reperiatur: ſiue enim ſit di-
gnus, vel non, hoc neminem lædit, ſecus autem ſi tractaretur de
præiudicio alicuius,vt per eum poſt prædictos,quos alleg.& ſen-
tit Natt.d.conſi.529.num.22.Ad illud autem quod diximus, di-
cta verba,ſi legitima ad inquirendum indicia pręceſſerunt,potius
ſonare in monitionem, quàm in conditionem, reſpondetur hoc
negan-

negando ex his, quæ ſupra diximus hoc c. num. 30. pro quo pon-
117 deranda eſt etiam illa dictio (tamen) † quæ eſt limitatiua, & reſtrictiua. Bar. in l. 1. in prin. ff. ſi quis ius dic. & in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi initium. ff. de eden. & in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infec. Rui. conſi. 1. num. 12. vol. 4. Tiber. Decia. conſ. 19. num. 24. vol. 1. conſ. 40. num. 32. Rimin. iun. conſ. 452. num. 36. volu. 4. conſ. 300. num. 9. & conſ. 262. num. 1. vol. 3. & ita dicta verba, ſi tamen legitimis indicijs &c. importat conditionem reſtrictiuã:
118 quia † illa dictio (ſi) quæ præcedit, importat conditionem, vt notatur in l. 1. ff. de condi. & demon. Grat. conſ. 43. num. 32. vol. 2. & alibi ſæpe in eius conſ. & alij vbique. Neque verum eſt, ꝙ tacitè hoc inerat, quod Pont. dixit de legitimis indicijs. Nam, tametſi de iure debent præcedere legitima indicia, vt ſupra diximus nume. 59. tamen de conſuetudine leuia etiam ſufficiunt ad formandam inquiſitionem, vt ex Boſſ. ſupra diximus num. 67. adeò quòd Pont. exprimendo de legitimis indicijs, non expreſsit quod tacitè inerat, ſed quod iam per conſuetudinem abrogatum erat, & ita
119 quod ſecundum conſuetudinem non inerat, † merito d. verba nõ
* in monitionem ſonare dicuntur, iuxta doctr. Doct. communem in
120 d. c. fi. de præſump. Et ideo non † obſtat d. doctr. Inno. in d. c. prudentiam. quoniam reſpondetur, ꝙ d. verba, ſi probauerit, ſonãt in monitionem, & non in conditionem. ita reſpondet Nat. d. conſil. 529. num. 27. & ita etiam reſponderi poteſt ad dictam deciſio-
121 nem † Rot. 476. ſonant enim illa verba, ſi reperieris, in monitionem, non in conditionem. Docto. in d. c. fi. de præſump. Vt neque etiam ſecũda hæc, & poſterior opinio illa ratione ſuaderi poteſt, ꝙ per indirectum bannitus ad defenſionem admitteretur, ſi ad diſcuſsionem illius articuli, an legitima præceſſerint indicia, admitteretur, cum ex d. Motu proprio Pij Quinti, ex quo Iudex videre debet, an ſententia exequenda promulgata fuerit legitimis indicijs ad inquirendum præcedentibus, ex eodem proceſſu id perſpici debeat.

Et illa quoque ratio debilis eſſe videtur, quod dictus Motus proprius mandat executionem fieri in eadem re, ideſt contra cõdemnatum, vnde ſine citatione fieri poteſt: nam primo ratio generalis non eſt; ſolum enim procedit in eodem Iudice, qui ſententiam tulit, nõ etiam in eius ſucceſſore, aut alio Iudice alterius fo-
122 ri, vt inferius dicam. Præterea † vera eſt illa concluſio, ꝙ citatio non requiritur, quando executio fieri debet in eadem re, & contra condemnatum, ſi ita ſimpliciter fieri mãdaretur: ſed ſecus eſt, quando in eadem re, & contra condemnatum fieri mandaretur cum aliquali cauſæ cognitione, vt in dicto Motu proprio, cuius tantùm



tantùm reſpectu videtur bannitus audiendus, & ita citandus producto ad hunc effectum proceſſu per procuratorem Fiſcalem. Nã
123 † quando ſimpliciter committitur executio poſt ſententiam, tũc executor non debet citare, quia committitur executio poſt quã de cauſa eſt plenè cognitum, & ita negotium diffinitum per ſententiam: eſt enim iſto caſu merus executor, & non habet cognoſcere de negotio principali, de quo prius cognitum eſt, adeò ꝙ nihil ſupereſt faciendum, præter executionem facti. Imo. in c. paſtoralis. §. quia verò. num. 11. de offi. deleg. & ibi Doct. Bello. d. conſi. 70. nume. 3. Quando verò committitur executio cum aliquali cauſæ cognitione ſecus eſt, quia Princeps non obſtante, ꝙ aliàs fuerit cognitum, vult tamen iterum cognoſci, an legitima præceſſerunt indicia, & ita videtur dediſſe nouam formam Iudici exequenti, vt meritò citatio neceſſaria videatur ad not. per Doct. in d. §. quia verò.

Prout etiam non videtur, ꝙ pro prima opinione locum habeat
124 d. reg. † d. l. nam ita diuus. cum ſimi. pro dicta prima opinione adductis, quia cùm videndum ſit, an legitima præceſſerunt indicia ex eodem proceſſu (Motus enim ille proprius, vt diximus, vult ꝙ ſententia exequatur etiam contra captum infra annum, ſi legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus ſententia promulgata fuerit) non videtur ꝙ banniti lædi poſsint, cum ſolũ inſpiciendum ſit, an legitima ſint indicia, & ita à iure approbata, quæ in proceſſu apparent, & ita de facto certum eſt, ſcilicet ipſorum indiciorum in proceſſu exiſtentium, ius etiam certum eſt, an deinde indicia illa à iure approbata ſint. Et ſi replicaretur, ꝙ etiam ſi quæſtio iuris ſit, tamen citatio requiritur, quia ad offuſcationem illius iuris aliqua defenſio cõpetere põt, vt ſupra diximus. reſpõderi poteſt, ꝙ nihil extrinſecus deduci poteſt ad offuſcationem illius iuris, ſed ex eodemmet proceſſu videndum eſt, an ſententia exequenda legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promulgata fuerit, quod quidem Iudex per ſe ipſum per inſpectionem proceſſus videre poteſt.

125 Conciliari hæc poſſunt ex egregia † doctrina Ang. in l. 1. col. 7. C. de iudic. quam ſequuti ſunt plures, & anteriores etiam poſuerunt, quos congerit Ant. Gabri. d. tit. de citatio. concl. 1. nu. 163.
* qui dicit hanc eſſe magis communem opinio. & Aſin. in prax. iudic. c. 5. §. 7. in 11. limita. Natt. d. conſ. 529. num. 17. vol. 3. Burſat.
* conſ. 269. num. 17. lib. 3. vbi ex alijs dicit hanc eſſe communiorem opinionem, prout etiam communiorem ex alijs dicit Ioſeph. Cumi. ſuper rit. mag. Cur. Reg. Sicil. c. 19. num. 136. & Villalob. poſt Dec. quem alleg. in ſuis commu. opin. in verb. executio. relatus inter

ter communes opin.recens collect.tom.2.lib.7.tit.15.de execu-
tio.rei iudic. nume.103. ꝙ aut executio ſententiæ facienda eſt in
eadem re,& contra condemnatum,& à ſententia non ſit appella-
tum,vel ſit appellatum in caſibus,quibus non licèt,& facienda eſt
per eundem Iudicem,qui eam tulit,& ad executionem ſine cita-
tione proceditur,& tunc poteſt hoc in caſu procedere ſecũda opi
nio. Aut executio ſententiæ in eadem re, & contra condemnatũ
facienda eſt per alium Iudicem,quàm eum, qui eam tulit, ſiue is
ſit ſucceſſor illius Iudicis,qui dictam ſententiam tulit, ſiue alius,
& tunc hoc caſu procedere poteſt prima opinio, ꝙ citatio requi-
ratur. Cuius rei ratio eſt,quia primo caſu conſtat per acta,ſenten
tiam debere executioni mandari,& ita procedit tunc,vt ex quo-
126 dam notorio,& † in notorijs citatio non requiritur.c.cum in tua.
qui matr. accuſ.poſ.l.1.C.qui & aduerſus quos. Sed in altero ca-
ſu Iudici exequenti non conſtat de veritate ſententiæ, nec de vi-
ribus eius,licèt acta videat. Nam inſtrumenta, vt fidem faciant,
debent produci parte præſente,vel citata.l.properandũ. §.ſin au-
tem.in med. C.de iudic. & vult etiam ibi per hoc Angel.quòd ſi
127 † præceſſor in officio dederit licentiam capiendi debitorem,non
procedet ſucceſſor ad capturam,ſi ei oſtendatur d.licentia, quia
non conſtat ei vt Iudici de conceſsione d.licentiæ, niſi pars cite-
tur,quam rationem particulariter aſsignat Ange.in d.l.1.nu.22.
& Natt.d.conſ.529. num.17.& ſeq. qui per hoc ibi conſuluit, ꝙ
128 † quando petitur auxilium brachij ſecularis,quia is,à quo peti-
tur,eſt alius,& diuerſus Iudex,poteſt dicere, ꝙ nõ conſtat ſibi de
129 veritate ſententiæ,niſi parte citata,& dicit,ꝙ propterea † malè lo
quutus eſt Fulgoſ. conſ.183.2.dub.in fi.vbi vult,ꝙ ſucceſſor in of
ficio poteſt parte non citata executionem facere in re petita,quã
primus poterat,quia idem Iudex intelligitur l.proponebatur. &
130 l.mortuo.ff.de iudic.Nam reſpondet Natt. ꝙ † licet ſit idem re-
ſpectu officij,non tamen ſcientiæ,nam alteri abſque citatione de
veritate, & viribus ſententiæ conſtat,quod non eſt in altero.

Sed quòd licèt ſententiæ executio facienda ſit contra condem
natum,vel per eundem Iudicem, qui eam tulit, vel eius ſucceſſo-
rem,vel alium,in propoſito citatio nõ requiratur,& ita cauſæ co-
gnitio pro validitate executionis, ſed ſatis ſit, ꝙ Iudex ex ſe ipſo
ſe informet,an ſententia exequenda promulgata fuerit legitimis
131 ad inquirendum indicijs præcedentibus. facit doctr. † Lapi ma-
gni practici,alleg.61.viſis literis Apoſtolicis. quem ſequitur Io.
Bap.Ferret.conſ.247.num.4.par.2.per plura enim ibi dicit,quòd
quando Pontifex committit in ſuis literis per viam gratiæ, tunc
ſatis eſt, ꝙ executor nominatus pro verificatione contentorum,
ſe in-



ſe informet nemine citato,quia ſuper verificatione huiuſmodi nõ
requiritur ſententia,ad cuius validitatem requiratur aliquorum
132 citatio,cum † ſit donum ſuperioris. Bal.in d.l.nam ita diuus. col.
1.ff.de adop. Dec.conſ.194.in 2.dub.nume.3. & Io.Bap.Ferret. d.
conſ.247.num.4.Cum igitur Pius V.videatur per viam gratiæ cõ
ceſsiſſe,ꝙ ſententia executioni mandetur cõtra bannitum captũ,
ſi legitimis ad inquirendum indicijs præcedentibus promulgata
fuerit,quia poterat,ſi voluiſſet adhærendo d.cõſuetudini,ſeu cor
ruptelæ ſtatus eccleſiaſtici formandi inquiſitiones ex quolibet le
ui indicio,ſtatuere,& mandare ſententias exequendas cõtra ban
nitos captos,vel ita ſimpliciter, vel etiam quamuis ex leuibus ad
inquirendum indicijs præcedentibus promulgatæ fuerint,ſequi-
tur ꝙ citatio non requiritur, nec alia cauſæ cognitio veluti eſſe-
mus in cõtradictorio iudicio,ſed ſatis eſt,ꝙ Iudex ipſe per inſpe-
ctionem proceſſus videat, an legitima præceſſerint indicia ad in-
quirendum per prædicta, cogita. Eſt enim concluſio,quæ plena
periculi eſt, ſi Tirones eſſent iudices, vel aliàs indocti vim iudi-
ciorum non perpendentes,nec an legitima ſint, & à iure approba
ta intelligentes. Quos ideo rectè facturos exiſtimo,ſi Procurato-
res,& Aduocatos banniti capti deſuper extraiudicialiter ſaltem
audirent,& an ita legitima ad inquirendum indicia pręceſſerunt,
ſaltem ita extraiudicialiter facta diſcuſsione cognoſcerent.

133 Et † ſi legitima præceſſerunt indicia ad inquirẽdum, eſt adhuc
quartò conſiderandum, quæ, & qualia ſint indicia,& probatio-
nes:ſi enim leuia eſſent indicia, & non vrgentia,ex quibus ſic ſe-
quuta eſſet ſententia contumacialis,in illius executione ſuperſe-
dendum eſſet,vt conſuluit Io.Bap.Plot.in d.conſ.52.& 72.nu.34.
vbi etiam voluit,ſuperſedendum eſſe nõ obſtante d.ſtatuto Me-
134 diolani non abſimili (vt diximus) d.Motui proprio,quando † ex
vno teſte quamuis de viſu de delicto conſtaret, & dicit Boſsi. in
tract.cauſ.crim.tit.de confeſsis per torturam.num.23.& in tit.de
135 requiren.reis.poſt num.1. ꝙ † Senatus Mediolanenſis illa vtitur
practica,quia quando tales banniti capiuntur, ſi ex qualitate in-
diciorum res clara non ſit,non damnantur,ſed torquentur. & ſe-
quitur hanc opin.Bertazol.conſ.119. nume.23. quinimo per hoc
voluit ibi,ꝙ bannitus ex debilibus indicijs ſi compareat,& teſtes
reuocent eorum dictum,& perſiſtant,ſatis in ſupplementum cen-
ſetur probaſſe ſuam innocentiam.& nouiſsimè idem voluit ex de-
bilibus,ſcilicet indicijs ſententiam non eſſe exequendam,ſed reũ
torquendum,idem Bertazol.conſ.462.poſt num.6.lib.2. et Mar-
cabrun.ab Anguillis conſ.50.col.3.et 4. ex quo etiam colligitur,
quæ,et qualia eſſe debeant hæc indicia,licèt Iul.Cla.lib.5.ſent.§.
Q fi.q.96.

fi.q.96.verſ.ſed nunquid. contradicat, dicens ꝙ ipſe nunquam vidit hoc ſeruari, quod dicit Boſsi. vbi ſupra. nec audiuit ſeruatū fuiſſe: nam niſi talis condemnatus peteret ab ipſo Senatu, ſe admitti ad nouas defenſiones, ſemper ſententia cōtra eum lata executioni mittitur, quamuis ſi poſt admiſsionē ad nouas defenſiones nihil probaret, quod releuaret, non fieret executio, ſi indicia
136 contra eum exiſtentia valde eſſent debilia, † ſed vel torquetur, vel pœna commutatur, & mitigatur. & ſubdit, quod credendum eſt Boſsi. etiam ita intellexiſſe, vt ex ijs colligitur, quę ipſemet dixit in eo. tract. cauſ. crim. tit. de literis Principis &c. in fi.

Sed rationi, & iuri valde conſonum eſt, ꝙ ſi debilia eſſent indicia, ſententia cōtumacialis non exequatur, ſed vel torqueatur cōdemnatus, vel pœna commutetur, quia ſententia illa in abſentem lata ex eo ſuſtinetur, vt ſupra diximus c.1.num.9. quia contumax habetur pro confeſſo, & conuicto ex forma ſtatuti, & ſacrarū Cō-
137 ſtitutionum. Sed † vt quis contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto ex forma ſtatuti, & ita quamuis abſens condemnari poſſit, & condemnatio valeat, & exequi poſsit, requiritur, ꝙ probationes præcedant de iure legitime de delicto, vt per Spec. in tit. de accuſa.3.par.§. fi.verſ.ſed pone A. fuit accuſatus. & Io. And. in addit. Marſi. in l.1.nume.159.C.de rap.virg. & in §. poſt quam. in pract.crim.num.48. Lauren. Syl.conſ.50.num.5.par.1. Ceph.conſi.241.num.65.vol.2.& ibi num.73. dicit non ſufficere indicia, ad quod plures alleg. & dicit communem poſt Dec. quem alleg. & ſequitur prædicta etiam Ruin.conſ.68.num.5.vol.5.& Paſſet.conſi.188.num.1.& ſeq. quem refert Hyp. Bonacoſ. 1.par. comm.opi. crim. in verb. contumax vt poſsit. vbi ex eo dicit communem. plenè Natt.conſ.594.num.1.& alijs ſeq. Fran. Becci.conſ.11. num.7. lib.1. Crau. qui plures alleg.conſ.941.num.26.lib.5. Laur. ab Occa conſ.60.num.3.tom.2.conſ.crim. Et licèt Guid. de Suzar. relatus à Io. And. in d.loco dicat, contrarium ſeruari de facto; dicit tamen Marſi. in d.locis non eſſe ei credendum, nec illud ſeruandum eſſe, ſed quod de iure fit. ſed tenendo d. practicam, de qua teſta-
138 tur Guid. de Suzar. quæ † videtur etiam practica generalis in ſtatu Eccleſiaſtico, ne dicam corruptela, quòd contumax condemnatur abſque plenis probationibus. & de facto non ſeruari, quod conſtet de delicto in ſpecie, ſcilicet, teſtatur Tibe. Deci.conſi.18. num.220. verſ. tertio reſpon.vol.1. qui ita loquitur, vt animaduertimus infra num.142. & ſufficere indicia dixit Afflict. in conſt. pęnam eorum. num.47. hæc tamen de iure intelligenda eſt, dummodo aliàs ſubſint indicia legitima ad inquirēdum, vt dicit Iul. Cla. lib.5.ſent.§.fi.q.44.verſ. quæro nunquid. quamuis non defuerint, qui



qui voluerunt, ꝙ requirantur indicia ad torturam, vt per Natt. qui plures alleg. in d.conſ.594.nume.14.vol.3. quam opin. veriorem eſſe exiſtimat Fran. Becci. d.conſ.11.num.8.lib.1. Vt mirum non ſit, Sum. illum Pont. Pium V. ad prædicta reſpicientem, prout
139 reſpexiſſe cenſendum eſt, quia † Princeps dicitur velle quod ſua iura volūt.§. omnes. in Auth. de iudic. Ang. in l. Antiochenſium. ff. de his quæ fiunt in frau.cred. Calca.conſ.2.in fi. Corn.conſ.168. num.9.& conſ.172.num.1.lib.1. ſtatuiſſe in d. eius Motu proprio, vt ſententia non exequatur contra bannitum captum, niſi legitima præceſſerint indicia ad inquirendū, non ſic contentum quodlibet, & leue (vt conſuetudo admittit) præcedere indicium, ſed legitimum, & ita à iure approbatum, vt ſi plenæ probationes non præcederent, legitima ſaltem indicia præcedant, quæ ſic præceſsiſſe ſufficiet, vt executio ſententiæ fieri poſsit. & voluit ſic Pontifex quoad effectum executionis ſententiæ, viribus vacuare d. generalem practicam, ſeu corruptelam ex quolibet etiam leui indicio formandi inquiſitiones, & exinde proferendi ſententiam contumacialem, vt derogando iuri communi, quo probationes (vt ſupra diximus) præcedere de iure legitime de delicto requiritur,
140 minus † derogare voluerit. Alex.conſ.2.nume.9.lib.1. Dec.conſi. 444.num.15. Pariſ.conſ.95.in prin.vol.1.conſ.66.num.100.vol.3. Rolan. à Valle conſi.21.num.1.cōnſi.63.num.3.vol.1. cum concordan.

Et prædicta, quę diximus de probationibus, & indicijs, quę pręcedere debent inquiſitionem, & ita bannū, & ſententiam, vt executio ſequi poſsit, vera ſunt non ſolū reſpectu delicti, & facti principalis, ſed etiam reſpectu qualitatum, quæ probari debent, præſertim ſi à lege, ſtatuto, vel bannimentis expreſſæ eſſent: aliàs.n. ſi probatæ non eſſent, inquiſitio, & ſucceſsiuè bannum, & ſententia nulla, & inualida eſſet, vt poſt Alex. & alios, quos alleg. conſuluit Pariſ.conſ.171.num.11.& ſeq.vol.4. qui poſt illos voluit, inquiſitionem, & ſucceſsiuè ſententiam formatam, & latam contra aliquem de armata, nō facta probatione de principali, & quod facta fuerit ad damnum, & iniuriam alicuius, iuxta mentem, finem, ac verba bannimentorum, eſſe nullam, vt per eum ibi, qui ſubdit, ꝙ non ſufficeret vnam tantum qualitatem verificari, ſi plures requirerentur.

Si verò vel probationes de iure legitimæ, vel aliàs indicia legitima, & non aliter leuia præceſſerint, ita vt hoc reſpectu ſuperſedendum non ſit. Animaduertendum eſt quinto, an conſtet aliàs de corpore delicti, de quo quomodo tum in vniuerſum, tum in quolibet delicto conſtare dicatur, alibi diffusè docuimus: ſi enim

 non

141 non conſtaret, † ſententia exequi non poſſet, quia in confeſsione ficta illa fundata eſt ex contumacia oriens, quæ nihil operatur, ſi nec confeſsio vera ſufficeret, ſi de corpore delicti non conſtaret, ad condemnandum, & exequendum ſẽtẽtiam, vt ſupra diximus
142 num.9. non † plus enim operari debet ficta hæc confeſsio, & contumacia, quàm vera confeſsio, & probatio, vt in ſpecie inquit Bal. in l.2.§.quod ſi actor.in fi.num.4.verſ.vlterius nota hic, quod ex contumacia.ibi, ſicut ex vera confeſsione non poteſt reus cõdemnari, ita nec ex ficta, quod eſt notatu dignum.& verſ.& facit ad q. quod bannitus habeatur pro cõfeſſo.C.de iuram.propter calumn. dan.Marc.Aſin.conſ.108.nu.21.tom.2.conſ.crim. Boſsi.in tract. cauſ.crim.tit.de banni nullit.col.5.num.5.verſ.nullitas etiã banni.& num.6.verſ.nullitas etiam oſtenditur.& num.7.verſ.item qñ conſtat Iudici.& Io.Bap.Plot.d.conſ.52.& 72.poſt num.32.& nume.34.vbi in indiuiduo tradit, ꝙ ſi non conſtat ex proceſſu de delicto, vt homicidij, furti, latrocinij, vel alterius delicti, ſententia exequi non debet contra bannitum, non obſtante ſtatuto, & decreto Mediolani d. Motui proprio (vt diximus) non abſimili. & in ſpecie animaduertit etiam Foller.in pract.crim.4 par.3.par. in verb.& ſi confitebuntur.num.15.& 25.Burſat.poſt Nat.& Marſi. quos alleg.conſ.225. poſt nu.154.in fi.vol.2. Bertazol.conſ.380. num.2.lib.2.Tib.Deci.conſ.96.num.19.vol.3.& conſ.18.nu.218. vol.1.qui licèt ibi ſubdat nume.220. verſ.tertiò reſpondeo, ꝙ de facto non ſeruatur, loquitur tamen, quod de facto non ſeruatur, quod conſtet de delicto in ſpecie contra certam perſonam, quia procedi poteſt, dummodo conſtet de corpore delicti in genere, vt per eum ibi num.ſeq.aliàs malè loqueretur, quia neceſſe eſt, vt conſtet de corpore delicti in genere antequàm etiam contra contumacem procedatur, quod etiam dixit ante Guliel. Benedic. in c.Raynutius.par.2. verb.mortuo itaque teſtatore. el primo. nume.162.cum alijs, de quibus ſupra hoc c.num.9.& 41.Contumacia enim certitudinem non operatur, nec confeſsionem inducit, ꝙ caſus fuerit perpetratus, ſed conſtito de caſu, qui perpetratus fuit, tunc inducit confeſsionem, quòd abſens de illo caſu delatùs, & contumax caſum illum perpetrauerit, poſtquàm tam ſæpe citatus, & in banno poſitus, comparere non curauit, ita in proprijs terminis dicit Guliel.Benedic.in d.cap.Raynutius.par.2.in verb.mortuo itaque teſtatore.1.nume.163.de teſtam.admonens propterea Iudicem ibi nume. anteced. quòd certus eſſe debeat antequàm ſententiam ferat contra contumacem, quòd delictum verè commiſſum fuerit, vt qui dicitur occiſus, verè occiſus, & mortuus fuerit.

Et ſi



143 Et ſi de delicto conſtaret, ſexto animaduertendum eſt, an † in cęteris ritè proceſſum fuerit, vel aliàs ſententia, & proceſſus ſit va
144 lidus, vel aliàs nullus, quia ritè proceſſum non fuerit: tunc † enim bannum dicitur nullum, & habetur quis pro non bannito d.l.4.§. condemnatum.& ibi Doct.ff.de re iud.Bal.in l.2.nu.2.C.ſi pend. appel.Gram.deciſ.29.num.1.& deciſ.79.num.10.Barthol.Bertazol.conſ.83 num.9.poſt Alex.conſ.77.nu.15.vol.3. & idem Bertazol.conſ.380.num.1.lib 2.& in conſ.233.num.3.lib.1.vbi nu.4.
145 dicit etiam, ꝙ † non ritè bannitus non poteſt dici contumax, nec haberi pro confeſſo.alleg.ad hoc Cur.ſen.conſ.60.col.10. nu.38. Gram.conſ.crim 37.nu.2.& d.deciſ.79.num 10. & latè conſ 1.nume.8.impreſſo poſt deciſ.Foller. qui alios alleg. in pract.crim. in verb.etſi confitebuntur.4.par.3.par.num.6.vbi plures alleg. & ge
146 neraliter † actus nullus nullum operatur iuris poſitiui effectum, vt latiſsimè proſequitur Vant.de nullit.tit.quoties, & intra quod temp.num.26.vſque ad num.53.vbi num.44.propius ad rem no
147 ſtram ex pluribus, quos cumulat, dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, † ꝙ bannitus impune offendi poſsit, occidens eum, qui nulliter bannitus fuerat, non excuſabitur, quominus vel ordinariè, vel extraordinariè puniatur, ſecundum ꝙ banni ſciuerit nullitatem, vel ignoraue rit, vt per eum ibi, qui dicit hanc eſſe communem theoricam ſcribentium, neque ergo Iudex taliter nulliter bannitum occidet. d. l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.& ſupra hoc cap.admonuimus
148 nume.15.& † in terminis Bullæ Pij Secundi, de qua inter conſtit. Marchiæ.lib.4. c.33. & in Bulla Pij Quarti, & Pij Quinti contra homicidas.de exequendis ſententijs capitalibus contra bannitos captos in territorio, à quo banniti ſunt, ꝙ locum non habeat, qñ bannum eſt nullum, ſed ſolum quando bannum, & condemnatio eſt valida, ita ꝙ quando condemnatio nulla eſt, exequi nõ poſsit, conſuluit Corn. conſ.143. vol.2. & huiuſmodi conſtitutiones, & ſtatuta de bannitis, & condemnatis loquentia, intelliguntur de ritè, & rectè bannitis, & condemnatis, vt prędicti ſentiunt, & tradit Alex.conſ.77.num.15.lib.3.Plot.conſ.30.num.61.vol.2.cum alijs infra alleg.num.153.& Rimi.iun.conſ.647.nume.53.vol.6. & loquens de d.Bullis Pij Quarti, & Pij Quinti. Ferran.Gargi.patrocin.33.nume.7.par.1.& tradit etiam Anto.Gomez in l.Tauri 76. poſt num.13.

Et ita primò animaduertendum eſt, an inquiſitio formata fue-
149 rit ſolemniter cum anno, menſe, & loco delicti, cũm † abſque horum expreſsione non valeat inquiſitio.tex.vbi Bar.& Docto.in l. libellorum.ff.de accuſa.Dec.conſ.83.col.1.num.2. col.2. verſ.ſecundo reſpondeo.& col.fi.verſ. nec obſtat.& in l.edita.num 38.C.

Q 3 de eden,

de eden. Alex. conſ. 72. nu. 5. vol. 1. Rui. conſ. 10. vol. 5. Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. glo. & Doct. in c. 2. de libel. oblatio. & alibi plenè diximus. & conſequenter ſententia ex ea lata exequenda nõ
150 eſt, non obſtantibus d. Motibus proprijs, qui † intelligi debẽt, vbi præceſsit inquiſitio ſolemnis, & valida, vt in terminis conſuluit Io. Bapt. Plot. d. conſ. 52. & 72. nu. 15. & poſt alios quos alleg. tradit Carrer. in pract. crim. fol. 15. nume. 11. Foller. in pract. crim. in verb. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. num. 6. qui plures alleg. Rolan. à Valle conſ. 31. nu. 17. vol. 1.

Et non ſolum animaduerti debet, an inquiſitio inepta ſit propter omiſsionem modi, & formæ ſubſtantialis, ſed etiam propter alias ineptitudines, quæ etiam faciunt, quod bannum tunc latum tanquam in contumacem non valeat, nec videtur contumax cõfeſſus delictum, vt per Bal. ad Specul. in tit. de accuſa. 1. par. col. 5. verſ. & no. quod vbi libellus. & ſubdit, ꝙ ſi non valet bannum, ẽt ſubſequens ſententia, quæ fundatur in ipſo banno, eſt ipſo iure nulla, & non meretur executionem, vt per eum ibi, quem ſequitur Marſi. in pract. crim. §. poſtquam. nu. 57. circa med. & in conſ. 82. nu. 36. & Rol. à Valle conſ. 31. nu. 19. vol. 1. ex cuius congeſtis ibi ſatis ſuperque hoc dictum comprobatur.

151 Vt etiam † animaduertendum eſt, an citationes debitę deinde emanauerint, quod diligenter eſſe conſiderãdum, dicit Neuizan. conſ. 60. num. 4. in fi. licet nihil ad hoc alleget. ne aliàs proceſſus,
152 & ſententia nullus, & nulla ſit ex defectu citationis, prout † vitio nullitatis ſubiacerent ob vitium, & defectum huiuſmodi, vt latè ꝑ Vant. in trac. de nullit. tit. de nullit. ex defec. citatio. per totum. & ideo ſententia, quæ hoc defectu debitarum citationum labora-
153 ret, exequenda non eſſet, d. Motu proprio non obſtante, † qui intelligi debet de ritè condemnato, & ſic emanatis, & executis debitis citationibus, vt in terminis etiam tradit Io. Bap. Plot. d. conſi. 52. & 72. num. 28. & alijs ſeq. & Bertazol. conſ. 233. nu. 2. & alijs ſeq. & conſ. 14. nu. 3. lib. 1. qui alios alleg. & latè per eundem Bertazol. conſ. 119. num. 2. & alijs ſeq. & conſ. 146. nume. 6. eo. lib. Foller. in pract. crim. in verb. captis foriudicatis recognoſcantur. nume. 5. Card. Alba. conſ. 8. poſt num. 26. Rui. conſ. 24. num. 6. vol. 4. Marcabrun. ab Anguil. conſ. 50. nu. 111. cum alijs ſupra alleg. nume. 148.

154 Quando enim reus † non eſt legitimè, ac debitè citatus, prout ſecundum formam ſtatuti loci, citari debet, vt per Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 31. verſ. quæro modo. Bertazol. d. conſi. 119. num. 2. &
155 conſ. 462. num. 11. lib. 2. Marcabrun. d. conſ. 50. num. 111. non † poteſt dici contumax, vel pro confeſſo haberi. Cur. ſen. conſ. 60. nume. 38.



me. 38. Gramma. deciſ. 79. num. 10. & conſ. crim. 37. num. 2. & conſi. 1. poſt deciſ. nu. 8. Bertazol. d. conſ. 119. nu. 7. Burſat. poſt Claud. quem alleg. conſ. 225. nume. 165. vol. 2. & idem Bertazol. d. con-
156 ſi. 462. num. 13. Quinimo † bannum, & ſententia, ac totus proceſſus corruit. Boſſ. in tract. cauſar. crim. tit. de citatio. nu. 13. Gram.
* conſ. crim. 71. num. 8. Iul. Clar. ex communi d. q. 31. in prin. Caſſa. in conſuetu. Burgund. verb. des iuſtices, & droictz. rub. 1. §. 7. nu-
157 me. 11. Card. Alban. d. conſ. 8. num. 25. & ſeq. tam † ſi ſtatutum expreſsè diſponeret, proceſſum eſſe nullum, ac & ipſam ſententiam: vlterius enim hoc in caſu quęrendum non eſt. Cur. ſen. d. conſ. 60. num. 38. Marſi. conſ. 117 num. 13. quàm ſi ſtatutum expreſsè bannum, & ſententiam non annullaret, ex quo forma ſeruata non eſt,
158 nec † ita reus legitimè citatus. Bertazol. d. conſ. 119. num. 6. conſi. 146. num. 6. & ſeq. poſt Marſ. conſ. 64. num. 20. & ſeq. & nume. 55. conſ. 26. num. 9. & ſeq. conſ. 97. num. 21. conſ. 130. nume. 15. con-
159 ſi. 133. num. 13. & 33. Boſſ. in d. tit. de citatio. nu. 13. & ſeq. Et † cũ bannum ſit nullum, bannitus non habetur pro cõfeſſo, & bãnitus nulliter pro bannito non habetur. d. l. 4. §. condemnatũ. vbi Docto. ff. de re iud. Gram. deciſ. 29. num. 1. & deciſ. 79. num. 10. Bertazol. d. conſ. 119. num. 8. & conſ. 380. num. 1. lib. 2. & d. conſ. 462. nu
160 me. 14. lib. 10. † quod tanto fortius procederet, ſi nulla citatio præceſsiſſet, quia ſic de contumacia, & ſucceſsiuè de ficta confeſſione ex ſtatuto inducta non appareret. ita Corn. conſ. 17. num. 3. libro 1.

161 Et † ideo ſatis pulchrè, & prudenter loquutus Guliel. Benedic. in c. Raynutius. par. 2. in verb. mortuo itaque teſtatore. 1. nu. 60. admonet Iudicem in proprijs terminis, ꝙ antequàm contra cõtumacem ad executionem procedat, & ipſum confeſſum, & conuictum de crimine habeat, & ab omnibus exceptionibus ipſum excluſum declaret, ſuper omnia animaduertere debeat, vt rectè, & benè ordo edictorum, & citationum ſeruatus fuerit, per l. 4. §. prętor ait. & ibi Bar. ff. de dam. infec. & in l. ad peremptorium. cum ſe-
162 quen. ff. de iudic. aliàs † condemnatio ſequi non poſſet, & ſequuta eſſet ipſo iure nulla, & inualida, cum nihil ex ſolemnibus ſit immutandum, & ſi in ſyllaba deficiatur, in tota cauſa defectum cen-
193 ſetur: ea † enim, quæ ſunt de forma, mutari, ac diminui non poſ-
164 ſunt, vnde ex ficta † & interpretata confeſsione ex cõtumacia ſurgente per inordinatum proceſſum nulla ſequi poteſt ſententia, & ſi ferretur nulla eſſet, vt per eum ibi poſt alios, quos alleg. & ſequitur Gram. dicens hoc eſſe pulchrum, & prudenter dictum, ac prudentem Iudicum admonitionem in d. conſ. 1. nume. 20. & ſeq.
165 poſt deciſ. Et † talis exceptio contra bannum, & ſentẽtiam dubio

Q 4 procul

procul opponi poteſt ex ſen.præalleg.Doct.in d.loc.Anch.cõſ.6.
col.2.Boſsi.in trac.cauſ.crim.tit.de remed.contra bannum. nu.1.
Card.Alb.d.conſ.8.nu.25.Bertazol.d.conſ.119. nu.9.qui etiã vo
166 luit poſt Nell.& Boſſ.per eũ alleg. poſſe † opponi ẽt poſt 30.ann.
quod & voluit idem Bertazol.d.conſ.146.nu.9.& ſeq.& cõſ.233.
nu.5.Et ſi de nullitate& ſtatuto opponi nõ poſſet,iudex tñ ſupple
re debet,denegando executionẽ nõ tanquã cognitor,ſed tanquã
bonus vir,& merus miniſter legis,vt inqt Bal.in cõſ.21.n.2.vol.5.
167 Nec defectus aderit citationis , quãuis procurator fiſcalis in il-
lius termino non comparuerit,nec citati non cõparentis cõtuma
ciã accuſauerit:licèt.n.neutro cõparente citatio dicatur aliàs cir
cũducta.l.poſt edictũ.§.1.ff.de iud.Vant.de nullit.tit.de nullit.ex
168 defect.citatio.nu.111.nec † poſsit quiſpiam tanquã cõtumax cõ-
dẽnari,ſi in termino cadentis citationis contumacia accuſata nõ
fuerit,iuxta no.per Bar.& alios in l.ſi finita.§.Iulianus.col.5.ff.de
dam.infec.per Bal.& alios in l.ſancimus.C.ad Treb.in l.generali-
ter.C.de reb.cred.in l.2.§.quod ſi actor.ff.de iuram. calum. & in
l.2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio.Alex.conſ.92.nu.11.lib.1.
169 Vant.vbi ſup.nu.112.ẽt † ſtante ſtatuto,ꝙ contumax habeatur ꝓ
confeſſo,vt latè per Petr.de Anch.conſ.97. Alex.in d.§. Iulianus.
col.7.Crau.conſ.254.col.2.vol.2.& latè ẽt Laur.Silu.cõſ.100.col.
2.& ſeq.Maſcar.de prob.vol.1.cõcl.449.nu.9.Bru.conſ.115.tom.
2.crim.nu.54.quem refert Bonacoſ. com.opi. verb. contumacia.
relatus inter com.opi.recens collec.tom.2.lib.9.tit.28. de quæſt.
nu.61.&per Afflic. in d.conſti.pœnã eorũ. nu.17. verſ.quarto re-
quiritur.qui dicit,ꝙ ita de generali conſuetudine, maxime mag.
Cur.Vicar.obſeruatur.quem refert Folle.in d.verb.etſi cõfitebũ
170 tur.4.par. 3.par.nu.20.hoc † tñ procedere poſſet,qñ per viã accu
ſationis procederetur,ſecundũ Rebuf.tom.2. cõment. ad Regias
conſt.trac.de contumacia,& defec.gl.1.nu.5.& Tib.Deci.in loco
proximè inferius cit. ſecus verò qñ procederetur ex officio ꝑ viã
inquiſitionis:hoc.n.caſu Iudex, qui tenet locũ accuſationis, ſup-
plet eius vices,& ideo ſufficit,ꝙ de tali cõtumacia ex actis cõſtet,
vt in ſpecie declarat Pau.Caſt.cõſ.33.ſuper primo quæſito. in an-
tiq.col.2.in fi.verſ.cõtra prædicta.& ita ẽt declarat Bar.in d.§.Iu
lianus.Bal.& cęteri in loc.ꝑalleg.& Bar.in alijs ẽt loc.alleg. ꝑ Af-
flic.in d.cõſti.pœnã eorum.nu.17.Tib.Dec.cõſ.18.nu.193.vol.1.
qui dicit,ꝙ d.conſ.33.Pau.Caſt.in antiq.nõ reperijt in nouis, ſed
eſt in no.cõſ.3.nu.18.vol.3.Alex.cõſ.120.nu.8.vol.7. & poſt eum
Folle.in prac.cri.in verb.accuſentur cõtumaciæ.Carauit.ſuꝑ Rit.
mag.Cur.ritu 123.nu.5.qui ſubdit, ꝙ hoc in practica nõ ſeruatur
in Regno,in quo ſemper cõtumacia accuſatur,ſiue ex officio ꝓce
datur,



datur,ſiue ad querelã ad inſtantiam fiſci,aut partis, vt ẽt in Frã-
cia nõ ſeruatur,quia ſicut in ciuilib. ita ẽt in criminalib.procura-
tor fiſcalis,qui ſuccedit loco partis,debet accuſare cõtumaciã,vt
ita ſeruari in eo Regno dicit Rebuf.tom.3.cõmen.ad Regias cõ
ſti.trac.de cõtuma.& defec.glo.1.nu.19. & ex cõſuetudine Italiæ
ita requiri,& ex cõmuni dicit Burſa. cõſ.225.nu.155.in fi.vol.2.
171 Quinimo † ẽt ſi per viã accuſationis ꝓcederetur,hodie nõ ob-
* ſeruatur,ꝙ cõtumacia accuſari debeat, aliàs proceſſus ſit nullus,
ſed ſatis eſt,ꝙ ex actis cõſtet, ꝓut hoc dicit Boſſ.in trac.cauſ.cri.
tit.de bãni nullit.nu.7.in fi.vbi alleg.Nell.& alios idẽ dicentes.&
idem affirmat Iul.Clar.li.5.ſen.§.fi.q.44. verſ.dictũ eſt qđ ex ge-
nerali.vbi ẽt adducit Imo.in l.inter accuſatorẽ.nu.3.ff.de pub.iu
dic.dicentẽ,ꝙ iſta accuſatio cõtumaciæ hodie de facto nõ obſer-
* uatur,& eos ſequutus ita hoc ẽt in caſu reſidet Tib.Dec.d.cõſ.18.
d.nu.193.verſ.ſecũdo reſpondetur.& Gul.Bened. in d.c.Raynu-
172 tius.par.2.in d.verb.mortuo itaq; teſtatore.1.nu.159.dicẽs, † ꝙ in
Frãcia ſeruatur, ꝙ ſi in primo adiornamẽto citatus nõ cõpareat,
procurator fiſcalis tradit petitionẽ cõtra reũ nõ cõparentẽ in vti
litatẽ defectus,ſeu cõtumaciæ continẽtem,deinde proceditur ad
tria alia adiornamenta,& ad cõdemnationẽ ẽt ſi in termino, quo
cõparere citatus debuit,nõ ſit præſens aduerſarius,qui cõtuma-
ciã accuſet.Nã cõtumax hr̃ pro cõfeſſo , ac ſi aduerſarius pręſens
eſſet,& cõtumaciã accuſaret , quia cũ cõfeſsio hæc vigore ſtatuti
procedat,ad eius effectũ præſentia perſonarũ nõ requiritur: talis
enim cõfeſsio æquiparatur confeſsioni ſolẽniter in iudicio factæ
præſente parte,vt ꝑ eum ibi.& dixit Bal.in l.ſi tutor.C.de interd.
matr.& ſequitur Iaſ.in l.properandũ.§.etſi quid.in 2.no. C.de iu
dic.Alex.cõſ.120.col.pen.li.7.& Alb.Bru.de ſtatutis.in verb.cõ-
feſsio.verſ.ſtatutũ dicit,ꝙ ille qui nõ cõparet.Et cõprobatur hoc
vltra eos per tex.in l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.vbi in do-
natione tacita,quæ ibi inducitur à lege nõ eſt neceſſaria præſen-
tia perſonæ,cui donatur,licèt ſecus ſit in donatione,quæ cõtrahi
tur expreſſo cõſenſu partiũ.l.abſenti.cũ ibi no.ff.de donat.et de-
clarat Alex.in l.2.C.de pac.et Lau.Sylu.d.cõſ.90.nu.2.licèt in ca
173 ſu principali teneat cõtrariũ.Sed † certè ſolet ſuper his dari cer-
ta forma in qualibet prouincia,et ciuitate ex ſtatutis,et cõſuetu-
dine,q̃ ſeruãda eſt,vt dicit Iul.Clar.d.q.44.d.verſ. dictũ eſt. in fi.
Et ex forma Aegidian. Conſti. accuſatio,et reputatio cõtumacię
neceſſaria nõ eſt, cũ ex forma d.conſtitutionũ in criminalib.ꝓce
datur ſine figura iudicij.vt li.4.c.1.ita poſt Bar.quẽ alleg.cõſuluit
Neuiz.cõſ.6.nu.8.et eſt ꝑterea expreſſa cõſtitutio.vt d.c.10. li.4.
ꝓut ẽt ex forma d.conſtitutionũ eo loci neceſſariũ non eſt,quòd
ſuper

ſuper huiuſmodi contumacia fiat declaratio per Iudicē, priuſquā
ad vlteriora procedat, nec propterea nullitas banni ex hoc alle-
174 gari poteſt, licèt † de iure fortè neceſſariū eſſet, quòd hæc decla-
ratio fieret, vt per Boer. deciſ. 63. in vlt. verb. qui atteſtatur, quod
* ita requiritur declaratio hæc ex conſuetudine, & ſtylo Curiarū
Franciæ, & plures ad hoc cumulat Foller. in prac. crim. d. verb. etſi
confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 12. Verum qā ſtatutum dictat, ꝙ
contumax ponatur in banno, vt dicitur in d. conſtitutione, neceſ-
ſe non eſt, ꝙ iudex priuſquam ponat in banno, eum contumacē
pronunciet. vt dicit Bal. in l. ſancimus. per glo. ibi. C. ad Treb. quē
refert Afflic. in d. conſt. pœnam eorum. nu. 18. & dicit, ꝙ in Italia
* practica eſt, ꝙ eodem contextu Iudex declarat, & pronunciat ip-
ſum reum contumacem, & illum tanquàm contumacem condem
* nat, quod & dicit Nell. de bannit. 3. par. 1. temp. q. 10. & ita ſerua
* tur in ſtatu Eccleſiaſtico, vt etiam in ſtatu Mediolani, vt atteſta-
tur Iul. Clar. d. q. 44. verſi. ſed nunquid. qui propterea facientes
proceſſum admonet, ꝙ ſequantur conſuetudinem, quæ in loco ſer
uari ſolet, ne erret, prout ita faciendo non errabit (vt ille inquit)
quia ita communiter obſeruare conſuetudinem atteſtatur Nell.
de bannit. 3. par. 1. temp. q. 1. & ſufficere eſſe pronunciatam contu
maciā in ipſa ſentētia voluit ēt Burſat. poſt Iul. Clar. in d. loco, &
Matt. Bru. quos alleg. d. cōſ. 225. poſt nu. 155. ver. 8. nō fuit. vol. 2.
175 Prout † nec defectus citationis quoad examen teſtiū ꝓ infor-
matione Curiæ examinatorum ratio poſt ſententiam haberi de-
bet, vt nec ante executionē, ꝙ parte citata repetiti non fuerint:
Quàmuis. n. de iure in aſſumptione iudiciorum citatio partis re-
quiratur, aliàs teſtes reo non citato examinati nullam contra eū
* fidem facerent ad ſententiam, ſecundum cōmunem Docto. opin.
de qua Blanc. teſtatur in prac. crim. fol. 5. num. 33. & alij etiam te
ſtantur, quos refert Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 11. verſi. quæro. &
* alibi diffuſe diximus. contrarium tā de conſuetudine ſeruatur,
quia teſtes, ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione, ſiue etiam ſuper accu
ſatione ſine citatione partis pro informatione curiæ examinan
tur, vt de conſuetudine plures teſtantur, quos etiam refert Iul.
Clar. in d. loco. quæ quidem practica, vſus, & ſtylus non ſolum eſt
in partibus Lombardiæ, ſed etiam alibi communiter, & in ſtatu
Eccleſiaſtico, in quo de hac practica, & ſtylo dubitandū non eſt,
vt diffuſè alibi ſcripſimus. Et poſtquam ita aſſumptis informatio
nibus, formata inquiſitione reus citatus eſt contumax, fidē qui-
dem faciunt tales atteſtationes, quàmuis parte non citata rece-
ptæ fuerint, & ſuper eis bannum, & ſucceſſiuè ſententia diffini-
tiua condemnatoria ferri poteſt, vt per Iul. Clar. d. q. 11. d. verſic.
item



item quæro. in fi. nec poſtea capto bannito ante executionem te-
ſtes repetendi ſunt, cum etſi fuiſſet admiſſus ad nouas defenſio-
nes, amplius teſtes non repetantur; ex quo enim reus citatus nō
comparuit, habentur illi teſtes pro legitimè examinatis in odiū
eius contumaciæ, nec propterea eorum vlterior repetitio requi-
ritur. ita Iul. Clar. d. lib. 5. ſent. §. fi. q. 45. verſi. cęterùm ſi reus. di *
cens, ꝙ propter hoc fuit grauiter reprehenſus à Senatu Medio-
lani Prætor Valentiæ, qui in cauſa cuiuſdā admiſsi ad nouas de-
fenſiones citauit teſtes ad ſe repetendum, & quia non comparue
runt, eos condemnauit, & male. ita conſuluit Rimin. iun. conſil.
647. nu. 49. vol. 6. dum loquens in caſu executionis ſententiæ cō-
tumacialis capto bannito, & facta iam recognitione, ex eo ſen-
tentiæ nullitatem deducit, quia non fuerāt teſtes informatiui re
petiti parte citata: nec Doctores per eum ibi citati, hoc in caſu
* loquuntur, & ita communiter ſeruatur. adeo quòd contra nō ad-
miſſum ad nouas defenſiones, qui eſſet carceratus, ſola reſtaret
executio, iuxta tradita ſupra cap. 1. ſi aliud non obſtaret, ſine alia
teſtium informatiuorum repetitione per prædicta.
176 Nec † poterit etiam ſententiam impugnari, & executio impe-
diri ex defectu debitæ, & legitimæ executionis ipſius citationis,
licèt domi tantum inquiſiti, & banniti executa fuerit. Quàmuis
enim dicat Marant. in ſuo Specu. fol. 106. nu. 9. prout illum refert
Rolan. à Valle conſi. 47. nu. 18. lib. 2. & ambos Iul. Clar. d. q. 31.
177 lib. 5. ſent. §. fi. verſi. dictum eſt. communem eſſe opin. † quòd ad
* hoc, vt quis poſsit tanquam contumax banniri, citatio ad domū
non ſufficiat, nam ex ea ſolum ficta inducitur contumacia, & re-
quiritur, ꝙ verus ſit contumax, atque ita quod perſonaliter cita-
178 tus fuerit, vt dixerit Corn. conſi. 97. nu. 9. lib. 4. quod † ſtatutum,
quòd contumax habeatur pro confeſſo, ad domi citatum, & ſic
ad fictum contumacem non extenditur; quia ſtatutum eſt exor-
bitans, & contra rationē, & pœnale, quod ad caſum fictū non ex-
tēditur per l. 3. §. hæc verba. ff. de ne geſt. & ibi Bar. & in l. omnes
populi. ff. de iuſt. & iur. not. Io. And. in c. fi. de conſuetud. Bald. in l.
ſi quis ſeruo. C. de furt. Petr. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de
conſt. q. 14. col. 86. pro quibus faciunt, quæ conſuluit Ang. in con
ſi. 195. quorum meminit Alex. in d. l. ait prætor. §. hæc verba. ff. de
179 nego. geſt. quòd † ſtatutum loquens de contumace, de vero, non
etiam de ficto contumace intelligi debeat, & ſequitur Cauenſ. ſu
per Rit. magn. cur. ritu. 120. nu. 1. Rimin. ſen. conſi. 229. num. 15.
vol. 2. Albert. Brun. de ſtatutis. in verb. contumax. verſi. ſtatutum
loquens de contumace. poſt Bal. Alex. Card. & Ang. quos alleg.
180 quibus Gram. conſ. crim. 45. nu. 26. conſuluit, † quòd d. Nico. de
Matthar.

Matthar.& Bal.in l.1.ff.de hæred.inſtit.cuius ſupra meminimus.
cap.1.nu.275.quòd contumax ex ſolo banno,& contumacia tor
queri poſsit,non procedit in ficto contumace, & ſic in citato do
mi, ſed in perſonaliter citato, & ita in vero contumace, & ſequi
videtur prædicta Foller.in d.ver.& ſi confitebũtur.4.par.3. par.
* nu.3.Tamen & de communi teſtatur Alex.in l.4.§. prætor ait.nu
me.3.in fin.ff.de damn.infec.quem refert Boer.in rep.l. conſen-
taneum.nu.104.C.quomodo, & quando Iud. & ambos ſimiliter
181 refert Iul.Clar.d.q.31.d.verſi.dictum eſt.† quòd etiam in crimi-
nalibus ſufficit,quod ad domum citatio intimetur.& ita de con-
* ſuetudine ſeruari dicit Alber.in l.1.nu.22. C.de hæred.inſtit.& in
4.part.ſtat.q.51.intelligendo de domo in qua habitat, & in qua
ſedem conſtituit.quem refert Nel.de bannit.3.par.1.temp. q.3.
vt etiam ita ſeruari teſtatur Blanc.in prac.crim.fol.11. nu.24. &
* particulariter in Regno ita ſeruari atteſtatur Foller. vbi ſupra.
* d.nu.3.in fi.vt etiã ſeruatur in ſtatu eccleſiaſtico, in quo de uſu,
& obſeruantia huiuſmodi dubitandum non eſt Aegidiana Con-
ſtitutione lib.4.cap.10.qua expreſse cauetur, quod vt bannum
ſequi poſsit, citatio fiat perſonaliter, vel ad domum habitatio-
nis, ſiue domicilij citandi, & ita ſufficit citatio ad domum ex vi
182 d.alternatiuę,vel ad domum &c. cuius † ſufficit vnam partem a-
dimpleri.l.in eo quod plus.§. vbi verba, & ibi Dec. & Cagno.ff.
de reg.iur.& habetur in c.in alternatiuis.eod. tit.in 6. Bertazol.
conſi.83.nu.12.cum concord.notis. Ex qua conſtitutione ille ori
tur effectus,quòd licet abſens, & ignorans, ſi eſt poſitus in ban-
no,non habeatur pro confeſſo,tamen quando ſtatutum expreſsè
diſponit,ꝙ ſufficiat citatio ad domum, habetur pro confeſſo, li-
cèt ignorans,quia ex hoc ſtatutum non requirit ſcientiam. ita Al
bert.Brun.dicens hoc eſſe notabile.de ſtatutis.in verb.bannitus.
verſi.ſtatutum,ꝙ quis ponatur. Vt etiam in ſtatu Mediolani ha-
betur forma, ſecundum quam rei abſentes citandi ſunt, tradita
per decretum in nouis conſtitutionibus.tit.de accuſat.c. proce-
dant.vt dicit Iul.Clar.d.q.31.d.verſ.dictum eſt.in fin. dicens, ꝙ
* omnino forma hæc ſeruanda eſt. & de generali conſuetudine de
executione citationis ad domũ, ꝙ etiã in criminalibus ſufficiat,
vt cõtumax quàmuis fictus poſsit poni in banno, teſtatur Gand.
de malefic.rub.de citationibus.nu.4. in fi. quem refert Iul. Clar.
in loco prꝉalleg. & prædicta etiam ſequitur Purpurat. conſi.67.
183 nu.3.lib.1.& † legitima etiam erit executio citationis domi fa-
ctæ, quàmuis prius citandus à nuncio per Ciuitatem perquiſi-
tus non fuerit, an perſonaliter reperiri potuerit. Verũ enim eſt
de iure,quòd diligentia hæc requiritur, & neceſſaria videtur, vt
poſtea



poſtea citatio domi executa citando perſonaliter nõ reperto va-
leat, vt per glo.in c.cauſam.de dolo,& contum.quam dicit com-
* muniter approbari Abb.conſ.83.lib.2.& fuit hoc famoſum, &
notabile d.Inno.in c.ſignificauit. de teſti. quod extollit Abb. in
c.fi.in vlt.verbis.de eo,qui mitt.in poſ.& Dec.conſ.460.col. fin.
Vant.de nullit.tit.de nullit.ex defec.citatio.nu.90.& eſt opi.Bar
* to.in d.l.4.§.prætor ait.ff.de dam.infect.approbata per conſt.Re
gni.citationis literæ.vbi Afflic.in 1.not. Contrarium tamen ſer-
uatur de conſuetudine, ex qua ſufficit, ꝙ nuncius directè ad do-
mum vadat citandi,nulla etiam prius facta illius perquiſitione,
vt tenuit Bal.in d.l.conſentaneum.nu.44. C. quomodo & quan-
* do iud. & ita vbique ſeruari dicit Foller. in prac. crim. in verb.
vel eos verbaliter citari faciat.nu.28.
184 Defectus † autem formæ citationis,quæ à ſtatuto introducta
eſſet,vt quia certo modo citari mandaret, ratio haberi debet ad
impediendam executionem,quàmuis idem ſtatutum poſt tradi-
tam citationis formam,vel in eodem capite,vel in alio in eodem
volumine,aut aliud ſtatutum, ſiue reformatio mãdaret, ꝙ captis
bannitis ſtatim fieret executio, etiam ſi ſolemnitas ſeruata non
ſit.Nam ſiue ſolemnitas ſeruata ſit,ſiue non,in prolatione bãni,
ſed citatio ſecundum modum ſtatuti facta non ſit,ſententia exe-
cutioni mandari minimè poterit. ita poſt Alber. quem refert, &
ſequitur,determinat Nell.de bannit.2.par.2.tempo.q.35.
185 Proat † etiam ratio haberi debet, ſi citatio extra territoriũ ci-
tantis,& bannientis exequuta eſſet contra inquiſitum, & poſtea
bannitum extra territorium exiſtentem, vt ſi à Iudice loci deli-
cti ille citaretur: hoc enim caſu quàmuis ille minimè comparue
rit,non tamen virtute contumaciæ hoc modo contractæ pro con
feſſo habebitur,ſecundum Ant.de But.in c. propoſuiſti. col.2.de
for.compet.refert,& ſequitur Catald.de Syndic.ver.553.adde &
tene menti perpetuò,& tradit Marſ.in tract.de bãnit. in d.verb.
contumaciam.num. 144. vt etiam ſecundum hoc conſuluit idem
Marſ.conſi.82.vt etiam latè conſuluit Corn.conſi.143.col.3.nu-
me.9.& alijs ſeq.vol.1.qui loquitur de executione ſententiæ con
tra bannitum vigore Bullæ Pij II.& concludit, ꝙ ſi ſententia eſt
nulla ex defectu citationis huiuſmodi, nullo modo exequi dẽt,
vt latè ibi per eum.& ſequitur Foller.in d.verb. & ſi confitebun-
tur.4.par.3.par.nu.10.qui ſubdit,quòd ideo cautela eſt, vt à Iu-
dice delinquens citetur, in cuius degit territorio. Marſ. in prac.
crim.§.poſtquàm.nu.65.Foller.in prac.crim.in verb.citẽtur ver-
baliter. Et ad illum Iudicem, in cuius territorio delinquens de-
git,iudex citans dirigit literas, quæ ſubſidiales appellantur, vt
ibi

* ibi illum citari faciat,ſeu permittat, vt hic citandi modus communiter ſeruatur,vt dicit Alber.in l.1.nu.2. ff. de requi.reis. de quo dubitandum non eſt,attenta generali conſuetudine:nullus.n.Iu-
* dex citat extra territoriū ſuum,& ita de facto ſeruatur,vt ex vtroque Iac.de Beluiſ.dicit Iul.Clar.d.q.31.ver.ſed hæc.etiā ſi vtrunque territorium eſſet ſub eodem principe,vt per Iul.Clar.in d.loco.& Michael Graſſ.inter communes opin.recens collect.tom.2.lib.9.tit.4.de requi.reis.nu. 6.

186 Nec † iſta nullitas, quæ prouenit ex defectu citationis tollitur à d.Motu proprio, quāmuis nullitatem reijciat, quoniā nullitas hæc à ſtatuto nō tollitur, quod generaliter nullitatē reijcit. vt not.Calder.conſi.8.in fin.tit.de re iudic.Pet. de Anch. conſil.212.in fi.Ang.conſi.187.circa fin.cum ſimil.vt dicit Dec. in c. ex parte 2.in 8.fallent.de offic.deleg.& idem dixit idem Dec. conſi.681.nu.27.alios alleg.Vant.in trac.de nullit.tit. quis poſsit dicere de nullit.nu.47.& in terminis noſtris Nell. in tract. de bannit.3.par.1.temp.q.2.& ita conſuluit Plot.vbi ſupra.& Bertazo. d.cōſi.233.nu.6.& d.conſi.14.nu.13.lib.1.& d.conſi.119.nu.9.co.lib. poſt Boſſ.in tract.cauſar.crimi.tit.de citatio.nu. 15.

Et licèt de iure,vt contumax habeatur pro confeſſo, & confeſſio ſuum ſortiatur effectum, vt ita etiam executionis, requiri videantur tres citationes, & vna pro omnibus nō ſufficiat propter magnum præiudicium,quod ſequitur Bald.in l.receptitia. C. de conſti.pecu.cum alijs, vt per Foller. in prac.crim.in d. verb. etſi confitebuntur.4.par.3.par. nu. 16.& videtur ſentire glo.in clem.
* 1.in verb.tertio.de vit.& honeſt.cler. quam communiter approbari dicit Alex.in l.contumacia.nu. 12. ff.de re iud. quem refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§ fi.q.31.verſi.quæro modo. Crau.conſi.254.nu.2.lib.2.Rolan.à Valle conſi.68.nu.32.vol.2. Marſ. in trac. de bannit.in verb.contumacia.nu.46. Bertazol.d.conſi.14.nu.6.lib.1.& Tiber.Decian.conſi.18.nu.169.vol.1.& intelligendum eſt,ꝙ
* in vltima citatione apprehēdatur citatus perſonaliter, vt per Cauenſ.qui dicit,ꝙ ita practicatur,ſuper Rit. magn. Cur. ritu 120. ita quòd ſi hę trinæ citationes non præceſſerint, ſentētia exequi non debet,vt in terminis conſuluit Plot.in d.ſæpius alleg. conſil. 72.num.26.tom.2.crim.& conſi.52.vol.1. ſuorum conſi. De con-
* ſuetudine tamen non ſeruatur,vt dicit Vital. de malefic. rub. de citatio.nu.1.quem etiam refert Iul.Clar. in d. loco. & teſtatur ēt
* Tiber.Decia.vbi ſupra. & particulariter in Regno non ſeruatur; vt ex Afflic.dicit Foller.d.nu.16. & variè quidem poſt primam citationem ſecundum conſuetudinem,& ſtatuta locorum,quæ ſeruanda ſunt,vt per Guliel.Benedi.in c.Raynutius.par.2. nu. 152.

& Iul.



& Iul.Clar.d.q.31.& verſi.quæro modo.qui etiā dicit relatis plu-
* ribus,ꝙ poſt primam citationem poteſt reus citari peremptoriè,
* & vnica ſufficit ex communi,& de conſuetudine.vt nec in Ciuitate Aſten.practicatur,ꝙ requiratur tertia citatio,vt dicit Alber. 181
Brun.Aſtenſ.de ſtatutis.in verb. bannitus. verſi.ſtatutū dicit, dū dicit ibi. & ita practicauimus,qđ non ſit neceſſaria tertia citatio. & in crimine hæreſis duæ tm̄ monitiones ſufficiunt aduerſus hæreticum, vt ſit contumax,vt inquit Alphonſ. à Caſtr. de iuſta hęretic.punitio.lib.2.c.1.& videtur,ꝙ vna tātùm ſufficeret, cum in cauſis hæreticæ prauitatis ſummariè ꝓcedatur.c.fi.de hæret. li.6. & vnica citatio in ſummarijs vim habet perēptorij. Bal.in rub.C. comminat.vel epiſto. Roma. in rub.ff. de arbit.Mar. in l. de vnoquoque.nu.134.ff.de re iudic.Lanfran.in clem.ſæpe.in verb.ſimpliciter.nu.8.de verb. ſig. ſed de cōſuetudine in hoc crimine tres 81
fieri monitiones dicit Simanc.Catholic.inſt.c.43.num. 12. prout eum ſecundum Hyſpanam impreſsionem 1552. refert Io. Roias in ſing.fidei.ſing.29.nu. 2. & ſecundum impreſsionem Romanā 1575.eſt tit.14.nu.6.vbi licet dicat hæreticum abſentem ter citādum eſſe,de conſuetudine tamen nihil dicit, niſi dicere velimus, eum eò loci de conſuetudine teſtari,quatenus dicit, quod bis ita factum fuit.& in crimine læſæ maieſtatis vnicam pro omnib. ſufficere tradit Tiber.Decian.d.conſi.18.nu. 164.vol.1.

Prout etiam animaduertendum eſt,an etiam in cęteris vltra citationem bannum contineat,quæ continere debet,videlicet perſonam Iudicis,cauſam,pro qua quis bannitur:nomen, & cognomen illius,qui bannitur:annum,& menſem: ſi enim hæc non contineret eſſet nullum,vt etiam nullum eſſet,ſi certum nō eſſet,nec in ſcriptis,vt poſt Afflict.quem alleg.tradit Foller.in pract.crim. in verb.banniantur.nu.5.& Cyril.in ſum.crim.par.1. titu. ſi reus ius voc.non ierit.§.1.nu.5.Ac etiam nullum eſſet, ſi publicatum non eſſet,vt poſt eundem Afflic. ita etiam firmat idem Foller. in d.loco.nu.3.etſi nomen certum eius,qui bannitur, non eſſet expreſſum,quia bannum latum ſit contra filios Titij nominib. non expreſsis,nullum erit,ſi ex accuſatione,vel inquiſitione comprehendi non poſsit,de quibus filijs dicatur,ſi plures eſſent, vt habetur per Nell.de bannit.1.par.1.temp.q.6.& Foller.in d.verb. banniantur.nu. 35. Nullum etiam erit, ſi à iudice bannum commiſſum non eſſet,nec de cōmiſsione in actis appareret, vt poſt Boſſ. quem alleg.tradit Hiero.Gabri.conſi.167.nu.52.volu.2.Et ideo ſi non valeret bannum, neque ſubſequens ſententia, quæ in ipſo banno fundatur,valet, ſed eſt ipſo iure nulla.Rolan. à Valle conſi.31.nu.19.vol.1. & ſupra diximus. nu.150.

Vt

187 Vt † etiam animaduertendum eſt, an etiam in cæteris ſeruata fuerit forma ſtatutorum loci in banniendo, vel ferēdo bannum, & ſententiam contra delinquentes contumaces: ſi enim ſeruata
188 non fuerit, nec iſto caſu ſententia exequenda eſt: quia † non obſtante d. Motu proprio poſſet bannitus dicere de nullitate, & habere recurſum ad ſuperiorem. Corn. conſi. 17. poſt nu. 2. volu. 1. Curt. ſen. conſi. 59. nu. 10. verſi. licèt enim ex tenore decreti cum ſeq. Cur. iun. conſi. 104. Iaſ. conſi. 44. col. 1. vol. 3. Dec. conſi. 195. Calca. conſi. 218. Rip. in l. 4. §. condemnatum. nu. 14. ff. de re iud. & Io. Bapt. Plot. qui ita etiam in terminis animaduertit d. conſi. 52. & 72. nu. 27. & per diſcurſum. & Bertazol. d. conſi. 233. nu. 6. cō ſi. 14. nu. 2. lib. 1. & conſi. 146. nu. 3. eo. vol. & conſi. 380. poſt num. 3. lib. 2. & antea Barba. in c. 1. car. pen. de reſcript. vbi in terminis
189 noſtris dixit, † quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd Iudex teneatur ſeruare certam formam in banniendo, vel in ferendo bannum contra delinquentes, & alio ſtatuto caueatur, ꝙ ſi Poteſtas capiat bannitum, debeat infra terminum trium dierum facere illum decapitari nulla exceptione, vel defenſione audita, vel admiſſa, & contingat, quod Poteſtas banniuerit aliquem in pœnam capitis, non ſeruata forma ſtatuti, qui deinde captus fuerit per Poteſtatem, qui elapſis tribus diebus vult facere illum decapitare, determinat, ꝙ non poteſt, dicens ſe obtinuiſſe de facto in Ciuitate Bononiæ. & hoc refert, & ſequitur multis Doct. authoritatibus comprobans Marſ. in pract. crim. d. §. vlt. q. nu. 7. & alijs ſeq. & in ſing. 293. vbi dicit hoc eſſe menti tenendum, quia temporibus ſuis nedum ſemel, ſed etiam millies vidit hoc in practica, & conſuluiſſe dicit, pro quodam, qui erat bannitus, & fuit captus, & eum euaſit à pœna mortis: & ſubdit conſilium ſuum fuiſſe ſubſcriptū quaſi ab omnibus Doctoribus Ciuitatis Bononiæ. Quod conſilium reperitur inter conſi. ipſius Marſ. in conſi. 16. vol. 1. & idem Barb. in c. item cum quis. de reſtit. ſpoliat. qui idem dicit conſuluiſſe ſuper ſtatuto Ferrariæ, prout eum refert, & ſequitur Ioſeph Cumi. ſuper Rit. magn. Cur. Regn. Sicil. cap. 16. vbi etiā refert Io. Aloyſ. dicentem in loco per eum ibi alleg. quòd ita fuit iudicatum. & dicit Marſi. in tracta. de bannit. in verb. facti. nume. 13. ꝙ banna de facto lata ſine ordine iudiciario cancellari debent, & nō exequi, quod dicit eſſe perpetuo menti tenendum, & alleg. ad hoc Bald. in c. cum cauſam. col. vlt. de teſt. & idem Marſ. in eo. trac. in verb. iuris ordine. nu. 20. & adeo bannum eſt nullum latum non ſeruata forma ſtatuti, vt ſit etiam nullum, quàmuis errore notarij forma omiſſa fuerit, vt quia non ſit regiſtratum in libro communis, vt debebat ex forma ſtatuti, ſecundum Bald. Angel. Saly. Raph.

Alex.



Alex. & Corn. in l. ambiguitates. C. de teſtam. & idem quoque voluit Bal. in l. vlt. in fi. C. de tempor. appel. & in l. imperator. ad fin. ff. de ſtat. homi. in priore lect. Ang. & Imo. in l. 1. §. vlt. ff. de hæred. inſt. Alber. Brun. de ſtatutis. in verb. bannitus. verſi. bannum non ſeruata forma. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 36. glo. 2. nu. 45. vbi latè
* id ratione comprobat, & communem ex Saly. dicit Bonacoſſ. relatus inter communes opin. recens collect. tom. 2. lib. 9. tit. 33. de ſent. paſſ. nu. 51. vt etiam erit nullum ex defectu formæ ſtatuti, licèt extaret ſtatutum, quod diſponatur ſententiā eſſe exequendā non obſtante quocunque ſtatuto, vt poſt Io. Andr. & Afflic. quos alleg. tradit Io. Petr. Surd. conſi. 99. nu. 21.
190 Et † licèt d. Motus proprij tollere videantur dictionem nullitatis, hæc tamen ex alio ſtatuto proueniens ſublata non videtur: ſtatutū enim tollens omnes exceptiones, & defenſiones nunquā tollere intelligitur exceptiones, vel defenſiones ex alio ſtatuto prouenientes. ita dixit Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. & in l. prætor. §. eritq; differentia. ff. vi bon. rap. Ant. de But. in c. item cum quis. de reſtit. ſpoliat. Io. de Imo. in c. ex par. 2. de offic. deleg. & in l. fi. ff. quib. appel. non lic. Alex. conſi. 165. in fi. verbis. vol. 5. Fran. Aret. conſi. 106. in 3. dub. cum alijs congeſtis ꝑ Marſ. in d. §. vlt. q. nu. 6. & Vant. in trac. de nullit. tit. quis poſ. dicere de nullit. nu. 50. & tradit ēt Barthol. Bertazol. d. cōſi. 233. nu. 11. poſt Marſ. ad propoſitum conſi. 16. nu. 9. & conſi. 74. nu. 16. & tradit ēt
191 Carrer. in prac. cri. fol. 15. nu. 18. vbi voluit, ꝙ † non obſtante ſtatuto non auferente exceptiones, & defenſiones, pōt excipi, ꝙ interfectus erat bannitus, & impunè poterat occidi ex alio ſtatuto, & ſuperſedendum erit in executione ſententiæ, vt per eū ibi. Nec ad rem facit, ſi quis diceret, ꝙ hoc procedere poſſet de exceptione ꝓueniente ex alio Motu proprio, non aūt ex ſtatuto ab inferioribus à Principe condito; nā intelligimus de exceptione, quæ ꝓueniret ex ſtatuto inferiorum à ſuperiore, & Principe confirma
192 to, quod † ob ipſam confirmationē cenſetur effectū ipſius ſuperioris. l. j. §. omnia. C. de vete. iur. enucle. Abba. in c. cū acceſsiſſet. 4. not. de conſtit. Alex. conſi. 123. nu. 17. lib. 4. Marſ. ſing. 567. Cęph. conſi. 571. nu. 68. vol. 4. alias † enim ſine confirmatione nō va
193 leret. iuxta d. c. cum acceſsiſſent. l. fi. C. de teſtam. cum cęteris per Bar. adductis in l. omnes populi. q. 1. ff. de iuſt. & iur. vbi etiā alij, & Cęph. d. conſi. 571. nu. 66. & 69. vbi plures alleg. vol. 4.
194 Animaduertendū ēt † eſt, an proceſſus, & ſententia vitio nullitatis laborent non ſolum ex cauſis prædictis, ſed ēt ex defectu iu
195 riſdictionis, ſiue † ex cauſa, ſiue ex ꝑſona, ſiue ex loco, & tēpore defectus cōtingat. iux. glo. Bar. Iaſ. & Docto. in l. 2. ff. ſi quis in ius



voc.

voc.non ier.& latè proſequitur Vant.in trac.de nullit. tit. de nul-
lit.ex defect.iuriſd.ordin.per totum,& Nell.de bannit.2.par.1.tẽ-
po.per tot. & fauente Deo nos hac in re criminali aliquãdo pro-
196 ſequemur. Cum † enim & proceſſus, & ſententia vitio nullitatis
ſubiaceant ex defectu iuriſdictionis, quæ nullitas prouenienſ ex
defectu iuriſdictionis remota non dicitur à d. Motu proprio qua
* tenus generaliter nullitatem remouet,glo.quam ibi communiter
ſequuntur Doct.in cle.1.de ſequeſtra.poſſ. & fruct. Bald. in l.ge-
neraliter.col.2.C.de epiſco.& cleric.Paul.Caſtr.in l.fi.C.de arb.
Dec.conſi.520.in fi.& conſi.360.cum alijs, vt per Vant. in tract.
de nullit.d.ti.quis poſſ.dice.de nullit.nu.37.& tit.de nullit.& de-
fec.iuriſd.ord.nu.4.Nell.de bannit.d.2.par.1.tempo.q.2. in fin.
cum alijs,vt per Bertazol.conſi.469.nu.6. lib. 2. dubio procul &
hoc reſpectu ſententiæ executio impeditur.d.l.4.§.condemnatũ.
de re iud.& ibi Docto.Bertazol.conſi.14.nu.14.vol.1.& cõſi.51.
nu.3.eod.vol.vbi num.16.dicit etiam poſt Ceph.conſi.241.num.
116.& 118.ſententiam nullam ex defectu iuriſdictionis non eſſe
exequendam, etiam quòd altiorem requireret indaginem. & ſen
tit in ſpecie Marſ.de bannit.in verb.cõtumaciam.nu.155.& Fol-
ler.in prac.crim.in verb.etſi confitebuntur. nu. 24. dicentes poſt
197 Bal.quem allegant, † quòd condemnatus per Iudicem incompe-
tentem etiam ſi per illum capiatur, poteſt ſe tueri nullitate pro-
198 ceſſus, quàmuis fuerit contumax, quia contumax † non videtur
prorogare iuriſdictionem. Inno. in c.innotuit. circa med. de eo,
qui furt.ordin.ſuſcep.Bal.in l.ſi quis ex conſenſu.vol.3. verſi.de-
inde not.C.de epiſco.audien.& in l. 1. ff. de iuriſd.omn. iudic. &
199 optimè facit dictum Bal.in d.c.1.de iud. quòd, qui † non tenetur
comparere, pro confeſſo haberi non poteſt vigore contumaciæ.
200 Et ideo dicit Nell.de bannit.1.par.1.temp. nu.1. quòd, † qui te-
nentur de delicto, ſed de iuriſdictione inquirentis non exiſtunt,
ſiue aliàs ſint exempti,in banno quidem poni non poſſunt:intel-
201 ligens † tamen hoc eſſe verum, ſi iudici bannienti illos eſſe tales
conſtabat, ſecundum not.in l.quæſitum.ff.de re iud.& in l. furio
ſo. & quod habetur per Inno.in c. præterea.de dilatio. & per Do
cto.in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius voc.non ier. per Cyn. in l.
generaliter.C.de epiſc.& cleri.per Bar.in l.non videtur.ff. de iu-
dic.l.cum quædam puella.ff.de iuriſd.omn. iud. & poterit d.ban-
num nullum declarari,vt poſt Bar.in d.l.non videtur. de iud.latè
de banno lato contra exemptum per ſtatutum à iuriſdictione Iu-
dicis tradit Nell.de bannit.2.par.1.tempor.quæſt.2. qui idem ibi
202 concludit.q.3.de banno † lato per Poteſtatem habentem iuriſdi
ctionem limitatã de criminibus puta cõmiſsis ab anno citra à die

introitus



203 introitus ſui officii tantum, quòd † ſcilicet poterit declarari nul-
lum, ſi latum fuerit de crimine commiſſo dudum ante d. tempus
ex defectu iuriſdictionis, vt per eum ibi, quicquid dixerit Bar.d.
conſi.100.contra quem (vt dicit Nell.in d. loco) multi alij tunc
conſuluerunt,& ſubdit ibi Nell.quòd ita pluries obtinuit, & con
ſuluit, & vidit iudicari, licèt etiam quandoque contrarium vide-
rit obſeruari ob criminis immanitatem,& prætextu baliæ, & au-
thoritatis officiali largè conceſſę. & de banno lato per iudicem
laicum contra clericum,quod ſit nullum,late per Gram. deciſio.
29.qui propterea concludit, quod receptator talis clerici banni-
ti non tenetur pœna receptatoris,& late ibi per eum,& de banno
lato contra clericum etiam primæ tonſuræ per Iudicem ſecularẽ
idem conſuluit Alex.de Neuo conſi.56. nu. 1.& ſeq.ſed hoc parũ
prodeſſet clericis primæ tonſuræ: niſi obſeruarent ea, quæ vult
Concilium Tridentinum, Seſsio.23.cap.6 vbi diſponitur, quod
clerici primæ tonſuræ,& in minoribus ordinis cõſtituti,non gau
deant fori priuilegio,niſi beneficium eccleſiaſticum habeant,vel
clericalem habitum,& tonſurã deferentes,alicui eccleſiæ ex man
dato Epiſcopi inſeruiant,vel in ſeminario clericorum,aut in ali-
qua ſchola,vel vniuerſitate de licẽtia Epiſcopi,quaſi in via ad ma
iores ordines ſuſcipiendos verſentur. & de alijs clericis ſine habi
tu,& tonſura incedentibus,an & quando perdant priuilegiũ fo-
ri late idem Alex.de Neuo conſi.59.60.61.& 62.per totũ.& Clar.
lib.5.ſent.§.fi.q.35. Neque obſtabit ſecundum Nell. vt ſupra his
in caſibus, ꝙ aliàs ſtatutum propoſitionem excluderet nullita-
204 tis,tum † quia illam tollere non intelligitur, quæ ab alijs proue-
nit ſtatutis.l.ita nobis pudor.& ibi per Docto.C.de adulter.l. 1.
§.denique,& ibi plenè per Bar.ff quod vi, aut clam cum alijs ſu-
205 pra alleg.tum etiam quia † eam non tollit, quæ procedit ex defe-
ctu iuriſdictionis,ſecundum glo.quæ reputatur ſing.in clem.1.de
ſequeſtr.poſ.& fruct.cum alijs infra alleg.nu.148.& ita clarè ſen-
tit Marſ.ſing.562.& Nell.in d.locis.bannum in d.caſibus vti nul
lum exequendũ non eſſe,& præſertim,quia quando quis eſt exẽ-
ptus à iuriſdictione Iudicis bannientis, comparere non tenetur,
206 & † conſequenter ficta confeſsio non inducitur, vt per eundem
Nell.d.trac.de bannit.3.par.1.temp.q.6. in fin. & ita deficit ſub-
ſtantia,ſeu fundamentum ſententiæ contumacialis, quæ propte-
rea exequenda non eſt.

207 Vt † etiã animaduertendũ eſt,an ex alijs etiam cauſis ſenten-
208 tia vitio nullitatis ſubiaceat;quia † generale eſt,ꝙ ſententia nul-
la non meretur executionem.d.l.4.§.condemnatum.& ibi Doct.
ff.de re iud.& Ceph.conſi.241.nu.27.vol.2. & patet ex ſupra rela

 tis.

* tis.& vbique tradunt Doct.& ꝙ ſententia ſit valida,de cuius exe
cutione ageretur,dicitur eſſe fundamẽtum Motum propriorum,
bullarum,ac ſtatutorum, & conſtitutionũ de executione loquen
tium contra bannitos captos, vt in terminis Bullæ Pij II. conſu-
luit Cor.conſi.143.vbi hoc in ſpecie dicit nu. 11.vol.2. ita ꝙ dẽt
apparere ſententiã eſſe validam,vt per eum ibi. & conſuluit Bur-
ſat.in ſimili ſtatuto,& ad finẽ.in conſi.225.nu.165.vol.2. Vt † ẽt
generale eſt,ꝙ pendente nullitate ſentẽtiæ criminalis non ſit exe
cutio,quæ pœnam contineat irretractabilem , etiam ſi cognitio
talis nullitatis requireret altiorem indaginem,vt diximus,& eſt
* communis opin.de qua teſtatur Iaſ.in l.3.§.ſi ſeruus. nu. 9.ff. de
acqui.poſſ.quem refert Boſſ.in trac.cauſar.crim.tit. de nullit.ad-
uerſ.ſent.nu.4.Iul.Cla.lib.5.ſent.§.fin q.94.ver. ſcias autẽ. & ſe-
210 quitur Nell.de bannit.4.par.1.temp.q. 5. videtur † enim ꝙ pen-
dente cauſa huiuſmodi nullitatis,non calumnioſe bannum ſit ſu-
ſpenſum , vt tenuit Alexand. in d. l.3. §. ſi ſeruus. nume. 7. cuius
* opin.dicit eſſe cõmunem Afflic.par.2.conſtit.Regn.rub.1.nu.15.
& conſequenter non poteſt interea bannitus impunè occidi, vt
* cõiter concludunt Doct.vt dicit Boſſ.in loco ꝑalleg.nu.5. quẽ ẽt
211 refert Iul.Clar.d.ver.ſcias aũt.Cauſas † autem nullitatis ꝑter de-
fectum iuriſdictionis,quæ etiam deduci poſſunt contra ſententiã
poteris colligere vltra cauſas ſupra expreſſas , & relatas in ſupra
alleg.locis ex Vant.de nullit.& ex Iul.Cla.d.eius lib.5.ſent.§.fin.
in diſcurſu materiæ.& Bertazol.cõſi.14.119.146.& alibi ꝑ diſcur
ſum eius conſiliorũ.& Marſ.& alijs alibi occurrente caſu: non eſt
enim noſtri inſtituti,& propoſiti ſingulas enumerare nullitates,
& proſequi,ſed ſatis eſt,ne ſententiam nullã exequaris uel tuam,
vel alterius,aliquas principaliores,& magis ſubſtãtiales indicaſ-
ſe,nempe ex defectu iuriſdictionis, ineptę inquiſitionis, citatio-
nis,ordinis, & formæ non ſeruatę , ac ex notoria iniquitate , &
iniuſtitia,de quibus & per Afflic.in conſtit.pœnam eorũ.in om-
nibus ſuis requiſitis.ad quem ſe remittit Foller. in prac. crim. in
uerb.captis foriudicatis recognoſcantur.nu.5.Et Anto. Gomez.
212 in d.l.Taur.76.poſt nu.13. & † de banno lato ex falſa cauſa, ut ꝑ
delicto cõſumato,cũ ſolùm eſſet attentatũ,non exequendo, ſed
infirmando,& ad irritum deducẽdo,in ſpecie cõſuluit Crau.cõſ.
213 941.nu.24.& alijs ſeq.uol. 5. & † de banno lato ẽt ꝙ in proceſſu
(qui propterea uidendus eſt)pro reo abſente aliquis comparue-
rit, & allegauerit cauſas abſentiæ in facto conſiſtentes, et eas ſe
probaturũ obtulerit , quas tñ Iudex contempſit ad ulteriora ꝓ-
cedẽs,ſimiliter annullando, & nõ exequendo latè tradit Nell.de
bannit.3.par.1.temp.q. 5. de quo alibi Deo fauente latius dice-





mus. Et de banno,& ſententia latis in contumaciam propter fal-
ſas facti allegationes, & falſo factas , quod executionem non me-
reantur,quia nullæ ſunt:& quod propterea impediatur executio,
tradit in terminis Ang.in repet.l.qui Romæ.§.duo fratres.nu. 5.
& 6.ff.de verbo.oblig.& ibi ſequitur Ioã.de Imo.& Mayner. in l.
ſicut pœna.poſt nu.23.ff.de reg.iur.Et ſubdit Ang.in d. loco, qđ
hoc opponi, & probari poteſt corã executore , qui ſi eſt inferior
eo, qui ſententiam tulit,poteſt huius nullitatis querelam admit-
tere ad ſui informationem , probationum verò receptionem ad
ſuperiorem remittere , ſed vide ne obſtent d. Motus proprij , ne
quid fiat inconſulto Principe.
214 Vt etiam † conſiderabis ſeptimo principaliter,an aliàs ex a-
ctis conſtet de iniquitate,& iniuſtitia banni,& ſententiæ:tunc.n.
* communis eſt Doct.ſententia,ꝙ d.bannum, & ſententia non trã
ſeant in rem iudicatam,ſed nulla eſt,& inualida,& de eius nullita
te dici poteſt.vt in c.inter cætera.vbi latè Fely.poſt Abb.col.3.de
re iud.& in c.quoniam cõtra.vbi etiam Fely.nu.25. Dec.nu.36.
de probat.Cur.ſen.conſi.59.nu.28.cum ſeq. vbi loquitur in cauſa
criminali,vbi ex forma ſtatuti non poterat appellari.& conſi.66.
col.3.Curt.Iun.in pluribus conſi.maxime conſi.72.par. 1. conſil.
104.124.170.par.2.Dec.conſi.8.nu.5.Vant.de nullit.tit. de nul-
* lit.ex defectu proceſ.nu.126.& ſeq.Bertazol.dicens eſſe commu-
nem opin.conſi.58.nu.16.lib.1.Io.Botta,conſi.8.nu.29.Cęph.cõ-
ſi.535.nu.37.vol.4.
Neque prædictis,quæ de nullitate diximus, obſtat, quòd con-
feſſio ficta ex contumacia reſultans validat proceſſum inordina-
tum,& nullum,quemadmodum illum validat confeſſio vera , vt
215 ſupra diximus, c.1.nu. 36. Adeò † quòd ſi confeſſio vera ſpontè
facta ſit ſuper proceſſu nullo,adhuc reus ex illa condemnari po-
teſt,vt eſt doctrina Inno.in c.qualiter, & quando. 2. de accuſat.
* quam dicit eſſe communiter approbatam Alexã.in l.inter. ſtipu-
lantem.§.1.circa fin.ff.de verb.oblig.vbi etiam Iaſ.nu.11.idẽ at-
* teſtatur. alios plures de hac communi teſtantes refert Iul. Clar.
lib.5.ſent.§.fi.q.55.verſi. item poſſet. & quod omnes ſequuntur
Inno.in d.c.qualiter & quando,dicit Rim.iun.conſi. 126. nu.14.
vol.2.& plenè ponit Marſ.conſi.46.nu.17.vol.1. Maſcar. de pro-
batio.vol.1.concluſ.357. vbi hoc limitat pluribus modis. ita etiã
ſi confeſſio ficta ſuper proceſſu nullo emanauerit , cum eoſdem
operetur effectus , quos vera operatur , vt diximus d. capitu.1.in
dictis locis.
Nam reſpondetur primo, ꝙ Ang.in conſi. 178. circa fin. quod
eſt duplicatum.conſi.293. loquens de confeſſione vera, dicit, ꝙ

216 tutior via eſt, ꝙ quando confeſsio emanat ſuper proceſſu nullo,
reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij, & de nouo procedatur,
ſubdens, ꝙ ſi ipſe iudicaret, hanc partẽ eligeret, vt ſyndicatorũ
retia effugeret: & quòd ipſe ita Peruſiæ obtinuit in ſyndicatu cu-
iuſdã D. Raynerij Lanfranchi, vt ibi ꝑ eum, quem refer Augu. ad
Ang. de maleſi. in verb. comparuerunt, & confitentur totum. poſt
nu. 5. & Iul. Clar. d. q. 55. d. verſi. itẽ poſſet. qui credit, ꝙ Iudex, q
ita faceret, non erraret. & ſequitur Rimi. iun. d. conſi. 126. nu. 18.
vol. 2. & haberet, vt dicit Rolan. à Valle cõſi. 31. nu. 23. vol. 1. De ũ
à dextris. ꝓut in iudicãdo habere debet, quilibet rectus Iudex,
vt inquit Marſ. in conſ. 46. in fi. & ſequitur Bonacoſſ. in ſuis com.
opin. in verb. confeſsio. relatus inter cõmunes opi. recens collect.
tom. 2. lib. 7. tit. 19. nu. 233. ita ergo tutior via erit etiam in ficta
confeſsione nullitatis proceſſus habere rationem. Quinimo non
deſunt, qui Ang. in d. conſi. 176. intelligãt, ſicq́; eum citent, ꝙ cõ-
feſsio, cæteraq́; inde ſecuta poſt inquiſitionem ineptam ſint nul-
la, veniatq́; reus nihilominus abſoluendus, vt latè proſequitur
Barb. in c. at ſi clerici. de iud. Marſ. conſi. 130. num. 36. vol. 2. Pariſ.
conſi. 163. in fi. vol. 4. Rimin. iun. d. conſi. 126. nu. 19. vol. 2. & latè
Rolan. à Valle conſi. 31. nu. 14. & alijs ſeq. vol. 1.

* Sed, quoniam prædicta prior opinio cõmunis iam eſt in iudi-
cijs, & in ſcholis canonizata, & põt Iudex in iudicando illam in-
trepidè ſequi, abſq; eo, ꝙ timeat ſibi inferri moleſtiam in ſyndica
tu, vt ſubdit Iul. Clar. in d. loco. Secundo reſpondetur, ꝙ hæc cõ-
munis opinio procedit in vera confeſsione, non autem in ficta, q̃
per contumaciam inducitur. Bal. in l. 1. col. fi. verſic. item dicit. C.
de confeſſ. & ibi Ang. Ale. conſi. 127. col. 1. volu. 4. Cur. in tract. de
interroga. & poſitio. verſi. primus effectus. & Guliel. Benedic. in
c. Raynutius. par. 2. in verb. mortuo. itaque teſtatore. nu. 161. de
teſtam. Dec. in c. at ſi clerici. de iud. in 4. not. iuncta 6. limit. & cla-
rius Maria. Soci. in tract. de inſtan. in 27. princ. art. col. 4. verſi. ad-
uerte tamen. vbi dicit, ꝙ ita obtinuit in practica. & ſequitur Ro-
lan. à Valle conſi. 94. poſt nu. 26. vol. 3. & d. conſi. 31. vol. 1. & Gi-
gas in tracta. de crim. læſæ maieſt. tit. quomodo, & per quos, &c.
q. 1. nu. 9. Et Ant. Gomez. in d. l. Taur. 76. poſt nu. 13. & hoc ea ra-
tione ſuadetur, quia conueniens non eſt, ꝙ talis contumacia duo
inducat ſpecialia contra l. 1. C. de dot. ꝓmiſſ. vt induceret, ſi aliud
diceremus. Nam primo confeſsionem induceret, & confeſsionis
authoritatem, per quam validaretur abſq; validitate iudicij, & ẽt
quia, quàmuis confeſsio vera ordinem iudiciarium non exigat,
tñ iuſſus Iudicis, per quem inducitur contumacia, videtur illum
exigere, vt per Soci. & Rolan. à Valle vbi ſupra. Et licèt Bal. in l. 1.

§. quod



§. quod ſi actor. circa fi. C. de iuram. calum. dicat, ꝙ quando libel-
lus eſt ineptus, vel non concludens, vel continens manifeſtã de-
fenſionem rei, tunc reus condẽnari non poteſt, ſiue confeſsio ſit
vera, vel ficta, eius tñ dictum quoad confeſsionem veram poteſt
eſſe dubium per prædicta, ſed quoad fictam confeſsionem verum
* dicit, & non habet in hoc contradictoré, vt dicit Ruin. conſi. 10.
nu. 8. lib. 5. & confirmatur hoc ex his, quæ ibi idem Ruin. dicit.
217 nu. 6. & 7. & ſequitur Maſcard. d. concluſ. 357. in fi. Item† d. com-
munis opinio non procedit, nec locũ habet, quoties nullitas pro-
ceſſus confeſsionem etiam ipſam nullam redderet: tunc. n. confeſ
ſio quamuis vera proceſſum nullum non validat, vt latè per Vãt.
in tract. de nullit. tit. quib. mod. ſent. nullit. repar. nu. 126. per tot.
ita etiam confeſsio ficta proceſſum inordinatum, & nullum non
validat, ſi qñ nullitas eſſet, quæ & ipſam fictam confeſsionẽ nul-
lam redderet, prout tales ſunt nullitates, de quibus ſupra dixi-
218 mus, vt patet ex alleg. in d. locis. Et ita † prædictam communem
non procedere, qñ nullitas ꝓcedit ex defectu iuriſdictionis: hæc
enim nullam reddit ipſam confeſsionem, in ſpecie dicit Ant. Go
* mez. c. 12. delictor. nu. 8. dicens id colligi ex mente oĩum Docto.
& ſequitur Iul. Clar. d. ver. item poſſet. & Foller. in prac. crim. in
verb. & ſi cõfitebunt. nu. 24. in 4. par. 3. par. Rimi. iun. d. cõſi. 126.
nu. 15. vol. 2. poſt ſcribentes in d. c. at ſi clerici. vbi latè Dec. col. j.
& 2. de iud. Soc. conſi. 108. col. fi. vol. 4. Marſ. in prac. crim. §. poſt-
quàm. nu. 12. intelligens Rimin. iun. vbi ſupra. hunc defectum iu-
riſdictionis extare, non tamen ſi Iudex eſt aliàs incompetens, q̃
ſi ſtatutum auferat poteſtatem, & iuriſdictionem Iudici formãdi
inquiſitionem præter formam ab eo traditam, prout etiam quan
do ſtatutum diſponeret, quòd non poſsit inquiri, vel prohibet
poſſe inquiri poſt quinquenniũ: non enim iſtis caſibus confeſsio
nocet, vt per Honof. de Peruſ. to. 1. cõſ. crim. conſ. 28. col. fi. & Iul.
Scarlat. eo. tom. conſi. 112. nu. 23. qui dicit hanc eſſe veriorem, &
* communem opin. quam tenet Bal. in c. fi. de offi. deleg. colu. pen.
& in l. querelam. in fi. C. de falſ. Card. in clem. 1. q. 10. de conſang.
& affin. Maria. in c. de his. & c. qualiter & quando. de accuſatio di
cens ita conſuluiſſe, & obtinuiſſe cum ſimil. vt per Dec. in d. c. at
ſi clerici. nu. 5. & ſequitur etiam Cardin. Alban. tom. 1. Lucubrat.
* in Bar. in l. ſi debitori. de iudic. nu. 2. Fiſcard. ex communi ex Go
meſ. & Iul. Clar. quos alleg. in ſuis commu. opin. in verb. confeſ-
ſio, relatus inter commu. opi. recens collect. tom. 2. lib. 7. titu. 19.
de confeſsis. nu. 60. Prout etiam prædicta communis opin. con-
feſsionem validare proceſſum nullum, non procederet, quando
ideo eſſet nullus proceſſus, quia inquiſitio formata fuerat non

 conſtito

conſtito de corpore delicti: diceretur enim vitium præpoſtera-
tionis, quod per ſubſequentem confeſsionem non purgatur. ita
inter minis conſuluit Ludo. Silueſter Ferrarienſ. inter conſ. Ri-
mi.Sen.conſi.749.nu.3.& ſeq.vol.4. Et quando in contumaciam
proceditur contra abſentem non poteſt dari nullitas proceſſus,
quin detur etiam nullitas fictæ confeſsionis ex contumacia: da-
219 ta † enim nullitate, vel inquiſitionis, vel accuſationis, tūc abſens
pro confeſſo,& conuicto non habetur, vt per Carrer. in prac.cri.
fol.15.nu.11.ubi, ꝙ quando inquiſitio, vel accuſatio valida non
eſt, non habetur quis pro confeſſo,& conuicto, vt per eū ibi poſt
220 alios, quos alleg. qui ita intelligit conſt.pœnam eorum.vt † foriu
dicatus non habeatur pro confeſſo,& conuicto, ſi accuſatio, vel
inquiſitio fuerit inualida, ut per eū ibi.& Afflic.d.conſt. pœnam
eorum.nu.12.& Foller. in prac.crim. in verb. etſi confitebuntur.
4.par.3.par.nu.6.qui plures alleg.cum alijs ſupra alleg.hoc c.nu.
63.& Caſſan.in conſuetu. Burgun. in ver.des iuſtices, & droictz
221 d'icelles.§.7.nu.10.fol.290.Prout † etiam data nullitate proceſ-
ſus, non habetur quis pro confeſſo, quia ritè, vel ſeruatis ſeruan-
dis, vel de iure cōi, vel ex forma conſtitutionum, & ſtatutorum
proceſſum non fuerit, quis non habetur pro cōfeſſo, & conuicto,
cum ut quis habeatur pro confeſſo ex contumacia, & banno ui-
gore ſtatutorū, requiratur, ꝙ ritè & rectè proceſſum fuerit, aliàs
confeſsio ex contumacia,& banno nullis reſultans non operatur
effectum ſuum, ut declarat Bal.in l.error.col.ult.C.de iur. & fac.
ignor.& habetur per Barto.in l.abſentem.ff.de pœn. Afflic. in d.
conſtit.pœnam eorum.Marſ. in pract.crimin.§ poſtquàm. Foll.
in pract.crim.4 par. 3 par.in uerb.etſi confitebuntur. nume.10.
& 24.quod & tradit Carrer. in pract. crim. fol. 14. nume.5. qui
propterea in ea pract.fol.75.num.14. dicit, ꝙ confeſsio ficta non
nocet, quando proceſſus eſt nullus. & Albert. Brun. de ſtatutis.
in uerb.confeſsio.uerſi.ſtatutum dicit, quod confitenti. circa fi.
Et ideo ſatis pulchrè, & prudenter loquutus Guliel. Benedic.in
cap.Raynutius.in uerb.mortuo itaque teſtatore. nu. 160.admo-
222 net † Iudicem, ut antequàm contra contumaciam ad ſententiā
procedat,& ipſum pro confeſſo, & conuicto de crimine habeat,
ſuper omnia animaduertat, ut rectè, & benè ordo edictorum,
223 ſeu citationum ſeruatus,& debitè exequutus fuerit, ex † quo ex
ficta, et interpretata confeſsione ex cōtumacia ſurgente per inor
dinatū proceſſum nulla ſententia ſequi poteſt, et ſi ferretur nul-
la eſſet, ſecundum Bald.ſingul.ad Spec. in tit. de accuſatio. §. et
nota, quòd actio.uerſi.et nota, quod ibi libellus. ita magiſtrali-
ter monet Iudices Guliel. Benedic. quem refert et ſequitur di-
cens



cens pulchrè & prudenter eſſe loquutum. Gram. conſ.1. poſt de-
ciſ.nume.22.& ſequitur etiam Carrer. in pract.crimin. d.fol.15.
num.11.& Folle.ad Guliel.Benedic.in d.loco. ſe remittens in d.
verb.& ſi confitebuntur. d.num.6. Rolan. à Valle qui alios alleg.
d.conſi.94. nu.13. vol.3.

Et ſi aliqua ex prædictis cauſis, vel alijs ſententia vitio nullita-
tis ſubiaceret, poterit nullitas allegari tā ante annum, quàm poſt
annum, quia vſque ad 30.annos nullitas ſentētię proponi poteſt,
vt ſupra diximus num.87.& ſi nullitas ex eo oriretur, ꝙ Iudex ꝓ-
ceſsit per inquiſitionem in caſu à iure, vel ſtatuto non permiſſo,
poteſt reus quandocunque allegare nullitatem proceſſus,& ſen-
tentiæ, quia cùm Iudex tunc non poſsit ſupplere vices accuſato-
ris, deficit vna ex perſonis ſubſtantialibus iudiciorum, ſecundùm
Iaco.But.& Bal.in l.licet.C.de procur.& eundem Bal. in l.2. ff.ſi
quis in ius voc.non ier.in l.fi.C.de except.in l.1.§.ſublata. col.2.
ff.ad Treb.Felyn.in c.inter monaſterium.col.7.de re iudic. Balb.
deciſ.318.relatus inter communes opin.recens collect.tom.2.lib.
7.tit.15.de exec.rei iud.nu.130.

224 Illud † etiam octauò obſeruandum eſt, ꝙ ſi contigiſſet ſenten-
tiam latam fuiſſe contra minorem,& ille captus fuerit, ratio tamē
ætatis habenda eſt, quæ de iure haberi debet, quamuis ſimus poſt
225 ſententiam. Sciendum eſt enim, quod † huiuſmodi ſententiæ ca-
pitales in contumaciam latæ nō alia ratione ſubſtinentur, ac ſub-
ſtineri poſſunt, nec alia ratione exequuntur ſine alio proceſſu, niſi
quia (vt ſupra diximus c.1.nume.9.) ex forma ſtatutorum, & ſa-
crarum conſtitutionum contumax habetur pro confeſſo, & con-
uicto, cum de iure communi ſecus ſit, ſecundum Barto.in l.1.ff.
de requiren.reis.& in l.diuus.ff.de cuſto.& exhib.reor.& in l.in-
ter ſtipulantem.§.1.ff.de verborum oblig.Iul.Clar. lib.5.ſentent.
§.fi.q.96.verſi.quæro nunquid.& alibi vbique Doct.& in ſpecie
226 tradit Natt.conſi.540.num.14.vol.3. Sed † dicta ſtatuta, & con-
ſtitutiones locum non habent in minore, qui ob eius contuma-
ciam pro confeſſo, & conuicto haberi non poteſt, vt patet ex no.
per Pau. Caſtren.in l.vbi exigitur.ff.de eden. cum quo pertran-
ſeunt ibi Alexand. columna 2. verſi. & prædicta. Iaſ. col.fi. verſi.
in glo.2.Alexand.in l.2.col.2.ff.ſi quis in ius vocan. non ier. Iaſ.
in l.ſi quis id quod. col. 9. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Dec.
conſi.34. columna penultima. verſi. vltimò conſiderandum eſt.
Franc. in cap. Nicolao. columna fin. de appellatio. & propriè in
terminis noſtris dixerunt Alber. in l.cum & minores. numero 7.
C.ſi aduerſ. rem iudic. & in tract.ſtat. 3. par. quæſtio. 84. Dyn.
conſil. 38. numero 4. Corne. conſil.198. nume. 2. 3. lib.3. Brun.
in

in 3.par.ſtat.in verb.contumax.num.6.& 22.Aug.Arim.ad Ang.
de malefic.in verb.qui Dominus Iudex videns inquiſitos.num.3.
Io.de Amic.conſ.134.in fi.Marſi.in pract.crimin.§.poſtquam.nu
me.60.& in l.de vnoquoque.num.184.ff.de re iud.& in l.1.nu.11.
ff.de quæſt.& in tract.de bannit.in verb.contumaciam. num.143.
conſ.26.num.9.conſ.48.num.30.& alibi. Rolan.à Valle conſ.68.
num.31.vol.2.& conſ.1.num.8.vol.1. Cauenſ.ſuper rit.mag.Cur.
ritu 120.num.3.qui limitat,niſi expreſsè diceret ſe nolle compa-
rere,vel Iudicem cõtemneret,quia hoc caſu eſſet in dolo expreſ-
ſo.de quo per D.Sfor.Oddum in ſuo tract.de reſti.in integ. par.2.
q.81.art.7.& Alber.Brun.de ſtatutis.in verb.contumax.verb.ſta-
tutum de contumace.Et ita ſententia contra minorem contuma-
cem exequi non poterit,cum ſua virtute careat,quod & ſentit vl-
tra prædictos Foller. in prac.crim. in verb. & ſi confitebuntur. 4.
par.3.par.num.7.verſ.tertiò requiritur.vbi plures ad hoc cumu-
lat,& opinio hæc in ciuitate Ferrariæ ſeruari deberet,ſi cõtra mi-
norem non de loci curatore,& non ſeruatis ſeruandis proceſſum
fuiſſet ex ſtatuto dictæ ciuitatis ſub rubr.quod minor,nume.25.
fol.131.cuius meminit Bertazol.ita in ſpecie animaduertens in
conſ.380.num.3.lib.2.Et ſi aliquis contra tot patrum ſententiam
contendere velit,poſſe minorem contumacem banniri,& condẽ-
nari,vt latè per Natt.conſ.540.541.& 542.vol.3.per tot.& ſimpli
citer cum eo tranſit Ioſeph Ludo.concl.3.commu.concl. verſ.in-
fertur tertio. vt etiam ſimpliciter cum eo trãſit eruditiſsimus D.
Sfortia Oddus in ſuo eruditiſsimo,& locupletiſsimo tract.de re-
ſti.in integ.par.2.q.82.art.8.num.103.poſt Fran.Marc.deciſ.793.
qui alios alleg.& ſequitur etiam Boer.deciſ.63.& Card. Alban.in
lucubrat.in Bar.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.nume.4. ff.
de iureiuran.& copioſè Iaco.Menoch.qui vnà cum Natt.in d.lo-
cis,& vltra eum reſpondet contrarijs,conſ.100.in 12.nullitate.nu
me.120.& alijs plurib.ſeq.lib.1.vt latè etiam Tiberi. Decia. con-
227 ſi.18.nume.176.cum alijs ſeq. vol.1. Illud tamen † verum erit,&
non negabitur,ꝙ poſtea poſt ſententiam ratio minoris ætatis bã-
niti capti haberi debet, vt habetur per Foller.in pract. crimin. in
verb.foriudicetur.num.7.vbi dicit,ꝙ ita paſsim ſeruatur in mag.
Curia Vicariæ,vt non impediatur foriudicatio propter minorem
ætatem,ſed proceditur,& eo comparente,vel capto habetur ea ra
tio ætatis,quæ de iure haberi debet,quamuis etiam eſſemus poſt
terminum à ſtatuto,& conſtitutione præfixum,vt per Rui.conſi.
36.num.4.lib.5.& Menoch. poſt eum,quem refert, de arb.iudic.
228 caſ.268.num.2.& Nell.de bannit.1.q.1.temp.tenet † valere ban-
num,& confeſsionem inde ortam, ſed reſtitutionis in integrum
beneſi-



beneficio ſubiacere.quem ſequitur Foller.in d.verb.& ſi confite-
229 buntur.d.num.7. Et † quod diximus de minore,idem dici poteſt
de muliere,vel ruſtico,vt per Folle.& alios præalleg.in d.loc.Sed
an debeant ij reſtitui in integrum aduerſus contumaciam,& ban
num,vide Sfor.Oddum.d.q.82.2.par.de reſti.in integ.art.7.& 8.
& latè Tibe.Decia. qui de ſententia loquitur lata in contumaciã
contra minorem d.conſ.18. num.240. & alijs ſeq.
230 Et † hodie in ſtatu Eccleſiaſtico ſolùm ratio ætatis haberi de-
bet poſt ſententiam banniti capti,qui nõ exceſſerit decimũquar-
tum annum.Nam,ſi exceſſerit,executio ſententiæ fieri debet, ac
ſi maior eſſet ex expreſſa diſpoſitione d. Motus proprij Pij Quar
231 ti, ſed animaduertendum † eſt, ꝙ d.Motus proprius loquitur de
bannito homicida,expreſsè diſponens, ꝙ minor ætas non proſit
homicidæ, dum tamẽ decimumquartum annum exceſſerit,prout
etiam antea de minore,homicidæ ætate ann.25.dum tamen vige-
ſimum annum attigiſſet,loquebatur Motus proprius Iulij Secun
di inter Marchiæ conſtitutiones,lib.4. c.10. & ideò alium caſum
232 non comprehendit,cum † ſit ille Motus proprius pœnalis, & ita
ſtrictè interpretandus ad Bar.in l.3.§.hæc verba. ff. de neg.geſt.
* Alex.conſ.190.num.6.vol.2.Pariſ.conſ.46.nu.71.vol.1. & ex cõ-
muni Rolan.à Valle conſ.74.num.17.& ſeq.vol.1. Burſat.conſil.
76.num.8.vol.1.& ita reſpectu alterius delicti,pro quo quis eſſet
bannitus,& captus,ea ratio ætatis habenda erit, quæ de iure ha-
233 benda eſt.prout etiam † ſecundum ius commune habenda erit
ratio ætatis in auxiliatore,opem præſtante,exhortantibus,& cõ-
ſulentibus,quamuis homicidis,cum in his locum non habeat di-
ctus Motus proprius de homicida ipſo loquens, vt alibi diximus
ex Ang.in l.is qui opem.num.3.ff.de fur.Anto.de But.& Ioan.de
Imo.in c.1.de homicid.Alex.conſ.140.num.5.vol.2.& Corne.cõ-
ſi.159.num.1.vol.1.vbi loquẽs de Bulla Pij confirmata per Sixtũ
loquente de appellationibus interpoſitis à ſententia contra ho-
micidas,vult non comprehendere præſtãtes auxilium, & fauorẽ.
* & latè Bolog.conſ.35.poſt nume.10.vbi dicit magis communem
234 ſententiam. Et † dicitur d. Motus proprius conformis iuri com-
muni,cum eo iure purgari innocentia crimen homicidij, nõ adul
ta ætate conueniat,vt dicit tex.expreſſus in l.ſi quis te reum.C.ad
legem Corneliam. de ſicca. & ibi illum text. ſummat Bald. quòd
235 † adultus homicida teneatur pœna legis Corneliæ de ſiccarijs, ſi
tamen dolo deliquit.& idem dicit idem Bal.in l.1.C.ſi aduerſ.do
* lum. dicens hanc eſſe communem opin. vt etiam eo communem
dicit Vulpel.conſi.101. nume.12. vbi latè demonſtrat hanc opin.
omnino etiam veram eſſe in adulto,quicquid Gramma.Rolan.&
alij

alij quidam dixerint, quia per eos allegata loquuntur in minore
236 quatuordecim ann. † cui verè propter ætatem indulgendum eſt: ſecus autem eſt in adulto, vt per eum ibi diffusè, qui tandem dicit, ꝙ ita Romæ ſeruatur, vbi ipſe plures iudicauit. Dicit tamen Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integ. par. 2. q. 80. art. 3. num. 33. & 36. non ligari ex d. motu proprio manus Iudicibus, vt nõ poſsint, quando ex miſeratione ætatis aliter eis faciẽdum videretur, etiã pœnam homicidij in minoribus mollire, & commutare. quod æquius arbitratur.

Nec etiam ratio ætatis haberi debet in quibuſdam alijs caſibus, de quibus in conſtitutione S. D. N. Sixti Papæ V. ſub dat. Romæ. Kal. Iul. 1585. contra homicidas, latrones, bannitos, eorumque complices, fautores, & receptatores, ac Barones, & communitates eorum territoria ab illis libera non cuſtodientes, in qua illos voluit propter ætatem excuſari non poſſe, ſi decimumquartũ eorum ætatis annum exceſſerint, qui perduelliones, homicidas, latrones, viarum graſſatores, raptores, incendiarios, ſiccarios, exititios, publicæ quietis perturbatores, armatus facientes, ſtatũ eccleſiaſticum hoſtiliter peragrantes, bannitos licet in contumaciã pro quocunque crimine capitali, & alios ſimiles notorios delinquentes, & homines facinoroſos etiam nondum condemnatos, eorumque fautores, & complices, in ſuo dominio, terris, oppidis, caſtris, fortalitijs, villis, locis, territorijs, ſeu domibus tam in ipſo ſtatu eccleſiaſtico, quàm extra eum cõſiſtentibus receptauerint, ſeu confouerint, aut quod in illis recipiantur, vel confoueantur quoquomodo permiſerint, ſeu ne ij capiantur, impediuerint, vel captos eripuerint, ſeu occultauerint, aut illis poteſtatem, ſeu commoditatem euadendi fecerint, vel carcerem, aut aliam quãcunq; cuſtodiam effregerint, inuaſerint, aut quoquomodo violare tentauerint, ſiue ad hoc homines, vel arma, aliave miniſtrauerint, ſiue aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem palam, vel occulte per ſe, vel alium, ſeu alios quoquomodo, etiam extra territoria, iuriſdictiones, & domos proprias præſtiterint, ſeu præſtari permiſerint, vel etiam quoſcunque iudices, miniſtros, aut executores iuſtitiæ in perquiſitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorum officij libera executione, ſiue in vrbe, ſiue extra vbique locorũ impediuerint, ſiue verberauerint, vel inſequuti fuerint, an cõcuſſerint, ſeu minis, vel aliàs perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, alioſve concitauerint, ſeu talia fieri mandauerint, facientibus adhæſerint, & fauerint, ſeu alicuius Magnatis nomen auxilij cauſa aduerſus curiam, executores, & miniſtros prædictos inuocauerint, ſeu Franchiſias appellauerint, qui omnes ſi decimum-



mumquartum eorum ætatis annum exceſſerint, ex eadem conſtitutione læſæ maieſtatis reatum verum, ac nulla iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurrunt, & Rom. eccleſiæ rebelles fiunt, omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus realibus, & perſonalibus, necnon Ducatibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Dominijs, Vicariatibus, Gubernijs, Locis, Iuriſdictionibus, Dignitatibus etiam eccleſiaſticis, honoribus, iuribus, officijs, penſionibus, beneficijs, fructibus eccleſiaſticis, ac etiam quibuſcunque feudis, & conceſsionibus à Rom. Eccleſia, & à quibuſcunq; alijs eccleſijs obtentis, cęteriſq; etiam immobilibus, mobilibus, & ſe mouẽtibus bonis iuribus, & actionibus eo ipſo priuantur, ſuntque ipſi, & eorum filij ad illa, & quælibet alia, ac quoſcunque actus legitimos exercendos inhabiles, & indigni, nec non à toto ſtatu Eccleſiaſtico vnà cum eorum familijs perpetui exilij pœna damnati, domoſque, ædificia, arces, & fortalitia eorundem demoliri, & ſolo æquari, ſeu alijs Cameræ Apoſtolicæ criminibus aſcribi debent. nec illis etiam patere vnquam debet porta vllius dignitatis eccleſiaſticæ, vel mundanæ.

237 Prout † etiam nono animaduertendum eſt, quod ſi in ſententia exequenda æqualiter in pœnam capitis plures, qui homicidio interfuerunt, condemnati reperiuntur, quorum tamen vnus tantum vulnus intulit, ea illis captis, vel comparentibus ratio haberi de-
238 bet, quæ aliàs de iure habetur. Nam † (vt intelligas) ſi hoc in caſu ex proceſſu non appareat, quis illorum vulnus intulit, & par eſt pœna homicidij, & auxilij ad homicidium, poteſt iudex inquirere vnum de homicidio, & alios de auxilio, vt dicit Ange. in l. ſi in rixa. num. 7. ff. de ſiccar. & ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tract. cau-
239 ſar. crim. tit. de delicto. nume. 24. Quinimo † quando pœnæ ſunt etiam diuerſæ, vt quia pro homicidio pœna capitis, pro auxilio verò pęna pecuniaria imponeretur, vt in Conſtitutione Aegidiana, lib. 4. c. 54. de homicidio, iudices maleficiorum nõ curant, ſed vni ictum, & homicidium, & alijs auxilium, & fauorem imponũt, vt dicit Ang. in d. loco. licèt ſecundùm eum ſalua conſcientia nullum ſit remedium. ſed Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. homicidium. verſ. ſed
* hic. dicit ſemper vidiſſe ſeruari contrarium: vbi enim vnicum eſt vulnus, & quis ex pluribus illud intulerit, ignoratur, ſolent Iudices æqualiter omnes inquirere de homicidio, narrando factum, & dicendo, ꝙ vnus eorum vulnerauit, & alij auxilium pręſtiterũt, neminem pro homicida nominando, & ſi ſint contumaces, omnes in contumaciam in pœnam homicidij condemnantur, prout ita etiam expreſsè declarauit Senatus Mediolanenſis faciendum eſſe,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

eſſe,vt ſubdit Iul.Clar.in d.loco.Cæterum ſi compareāt, vel aliàs
240 capiantur,proceſſus inſpici debet. Et ſi † ex eo appareat,ꝙ homi-
cidium fuit deliberatum,& ex propoſito, dataque opera,omnes
qui homicidio interuenerunt, tenentur pœna ordinaria homici-
dijs,ſiue defunctus ex vnico tantum vulnere,ſiue ex pluribus de-
ceſſerit,& ſiue vnum tantùm vulnus eſſet lætale, cætera verò non
lætalia,& ſiue appareat non omnes vulneraſſe,ſiue ſit dubiū,qui-
nam vulnerauerint,vel ne.vt cenſuit glo.in d.l.ſi in rixa.in fi.ff.ad
legem Corneliam.de ſicca.nec ibi diſſentiunt Bar.& Ange.col.1.
Cyn.& Saly.in l.quoniam.q.vlt.C.ad legem Iul.de vi.Blan.de in-
dic.num.227.Gram.conſi.4.num.7.& conſi.5.num.4.alios recē-
ſet,& comprobat Iac.Menoch.de arbit.iudic.caſu 362.nume.25.
* & alijs ſeq. & hanc eſſe frequentiori Doctorum calculo receptā
ſententiam dicit Placa.lib.1.epithom.delict.c.12.num.1.& ante
* dixit hanc eſſe communem Couar.in repet.cle.ſi furioſus. num.3.
de homicid.quos refert eandem ſequutus opin.Iul.Clar.d.§.ho-
micidium.verſi.alia etiam.quicquid dixerit Plac.in d.loco.ꝙ cō-
241 cluſio † hæc debet intelligi quoad torquendum,non autem quo-
ad condemnandum. Nam omnes condemnandi ſunt,non autem
torquendi, ſecundùm Clar.ibi,hoc in caſu.& Iaco.Menoch. d.ca-
242 ſu 362.d.num.25.& ſeq. Quamuis † idem Iul. Clar. ibi eo in caſu
putet tutiorem eſſe Plac.opin.in quo poteſt eſſe,ꝙ idem homici
dium reſpectu vnius dicatur commiſſum animo deliberato,reſpe
ctu verò alterius ex improuiſo,vt ſi quis ſciens inimicum ſuum ali
cubi eſſe,& deliberans eò accedere ad illum interficiendum ami
cos conuocat ſub prætextu,ꝙ vellet deambulatum ire per Ciuita
tem , & deinde illos nihil tale cogitantes ad locum illum condu-
cat,dictumque ſuum inimicum interficiat, vt quādoque contin-
git,hoc quidem caſu ſi dubium eſſet ſuper ſcientia,tutior eſt d.o-
pinio Plac.ꝙ ſuper ipſa ſcientia torqueantur,& vbi illam negarēt
in pœnam extraordinariam condemnari poterunt, vt inquit Iul.
Clar.vbi ſupra.qui propterea ibi admonet, animaduertendum eſ
143 ſe, † vt ex proceſſu omnino appareat,vt d.communis opinio pro-
cedat, quod certè, vel præſumptiuè omnes fuerint conſcij ipſius
homicidij committendi.

244 Sed † ſi ex proceſſu liquidò non appareat homicidium fuiſſe a-
nimo deliberato,& data opera patratum,ſed benè adſunt aliquæ
ſuſpiciones,& tunc ſtante d.incertitudine pariter omnes torquen
di ſunt ſuper illa qualitate animi deliberati, & vbi nihil fateātur,
tunc debent omnes de ipſo tanquàm ſimplici homicidio in pœ-
nam extraordinariam cōdemnari ratione incertitudinis . ita etiā
dicit Iul.Clar.in loco præalleg.

Sed



245 Quando † verò certò appareat homicidium ex improuiſo, &
in rixa fuiſſe commiſſum,& certum eſt vnum ex pluribus illud cō
miſiſſe,nec tamen conſtat, quis eorum occiderit, tunc omnes de
occiſo puniuntur,non tamen pœna ordinaria homicidij, ſed tan-
tùm pœna extraordinaria,iudicis arbitrio imponenda, vt plures,
qui ita cenſuerunt,recenſet Iaco. Menoch. d.caſu 362. nume. 19.
* & plures qui aſſerunt hanc eſſe communem opin.refert Iul.Clar.
246 in d.§.homicidium.d.verſ.alia etiam.Poterit tamen † & hoc in ca
ſu Iudex reos omnes tormentis ſubijcere, vt inde, ſi fieri poteſt,
veritatem eruat,quorum alter læthale vulnus intulerit , vt tradit
Marſi.in l.1.§.diuus.num.52.ff.ad legem Corne.de ſicca. Plac. d.
c.12.num.12.poſt Dec.in l.fauorabiliores.nume.7. ff. de reg.iur.
247 Iaco.Menoch.d.caſu 362.nume.20.qui ita † putat interpretandā
eſſe ſtatuta vniuerſa Italiæ de pœna homicidij , quemadmodum
ſtatutum Parmenſe interpretatus eſt Alex. conſi.15. lib.1.& Bo-
nonienſe Marſi.conſi.24. & ſtatutum Ferrarienſium Ancha. con-
248 ſi.216. Et † ille præſertim torquēdus erit ex illis,qui alia ſimilia
commiſit.Marſi.qui plura,& propè infinita alleg.in l.1.ff.de quæ-
ſtio.num.41.quem refert & ſequitur Tiber.Decia.conſi.75.nu.8.
249 lib.3.latè Rolan.à Valle conſi.63.num.9.lib.2. Et † ita in effectu
hanc eſſe hoc in caſu,in quo plures interuenerunt,& quis occide
rit ignoratur,habendam rationem etiam poſt ſententiam,licèt in
ea omnes æqualiter in pœnam ordinariam homicidij condemnā
ti eſſent,cenſuit Iul.Clar.in d.§.homicidium.d.verſ.ſed hic.quā-
250 uis † ſi hoc in caſu appareret, quis fuerit principalis author, ſiue
inceptor rixæ, poſſet contra eum ſententia exequi ſecūdùm iuris
rigorem,iuxta tex.in d.l.quoniam multa facinora. C. ad leg.Iul.
de vi pub.is enim capite puniri poteſt, ne maleficium remaneat
impunitum,vt decidit Bonifac.de malefic.rub.de inſultu, & per-
* cuſſio.col.7.verſi.ſunt tamen.& ex communi per eundē Iul.Clar.
d.verſi.alia etiam.in fi.poſt Rolan.à Valle conſi.63.nu.3. & alijs
ſeq. & Iaco.Menoch. qui plures alleg. d.caſu 362. nume.23.licèt
ſubdat Iul.Clar.in d.loco,ꝙ hoc non ſeruatur apud Mediolanen
251 ſes, quia † propter homicidium in rixa commiſſum raro aliquis
* condemnatur ad pœnam mortis. ſed quæ concurere debeant, vt
vt locus ſit diſpoſitioni dictæ l.quoniam, & quod ita author rixæ
puniri poſſit,tradit Petr.Anto.Anguſſo,lib.1.conſi.23.num.5.Et
252 † ſi ſeruaretur d.conſtitutio Aegidiana d.lib.4.c.54.ceſſarent præ
dictæ difficultates.cum ex ea,ſi plures de vno,& eodem homici-
dio culpabiles proponantur, iudex proximiores conſanguineos
occiſi,& accuſatorem,ſi is interuenerit, coram ſe euocari iubere
debet,& ab eis diligenter, & attentè medio iuramento ſciſcitari

debet

debet de qualitate culpæ cuiuſlibet ipſorum, & vtrum ſint culpa-
biles in faciendo,aut præcipi mandando,vel fieri faciendo,aut aſ
ſociando,vel alio auxilio,ſeu fauore per eos,vel maiorem partem
ipſorum præſtito, & ita eligi faciet ex culpabilibus vnum princi-
palem authorem,qui ſolus pœna legitima,& cõfiſcationis, & de-
uaſtationis puniatur,& vnum alium eligi faciet per eoſdẽ de man
dantibus,ſiue fieri facientibus,ſi qui in mandãdo interueniſſent.
Et ſi d.proximiores conſanguinei non reperirentur,vel non elige
rent,ipſe Iudex dictos principales in faciendo,& fieri faciendo fa
cta inueſtigatione (vt ſibi videtur) poterit eligere,& duo tantùm
poſſunt d.pœnis puniri,& non plures pro eodem homicidio,& ſi
nullus reperiatur fieri faciens,ſiue mandans,tunc vnus ſolus pœ-
na prædicta feriri debet. Alij verò culpabiles, qui pro principali-
bus authoribus electi non fuerint,de auxilio,& fauore puniri de-
bent,& aliàs vt latius in d. conſtitutione .

253 Vt etiam † decimò animaduertendum eſt,an iam conſtaret,ꝙ
reus contumax data opera fugatus fuerit, ita ꝙ citatus non com-
paruit non quidem timore delicti,ſeu pœnæ,ſed quia aliàs fugere
coactus fuerit: cùm enim iuſtam cauſam habuerit non reuerten-
di,contumax cenſeri non debet, & conſequenter ex ficta confeſ-
ſione,quæ ex abſentia iuſtè excuſabili non oritur,præſertim ſi ac-
cuſator cauſam fugæ dediſſet, ſententia condemnatoria ferri non
poterat,& lata veluti ipſo iure nulla executionem nõ meretur.ita
ſing. conſuluit Pet.de Ancha.conſi.409. qui loquitur de quodam
254 viro, † qui vxorem verberibus afficiens, ac vulneribus cum cica
tricibus dehoneſtans, & aliàs malè tractans dedit illi cauſam fu-
gæ,quàm,cum apud parentes ſuos ſe retraxiſſet ſęuitiam fugiens,
de furto,adulterio,& alijs criminibus accuſauit, quæ tandem in
contumaciam condemnata fuit,& decidit ibi Pet.de Anch.ſentẽ-
tiam illam ex contumacia,& ficta confeſsione latam ipſo iure eſſe
nullam. Nam cùm ob ſęuitiam viri fuga de Ciuitate per vxorem
non voluntariè arrepta fuerit, ac cum eo ſua culpa contracta ini-
255 micitia,ſtatutum † ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,locum nõ
habet,potius enim metu,& timore mariti,quàm delicti aufugiſſe
cenſetur,vt per eum ibi. quem refert,& ſequitur Dec. conſi.425.
nu.9.vt etiam ſequitur dicens hoc eſſe ſing. Gul.Bened.in c.Ray-
nutius.par.2.in verb.mortuo itaque teſtatore. 1.num.165.qui ẽt
ibi dicit num.ſeq.hinc ſemel fuiſſe obſeruatum, & obtentum, cũ
quidam Bononiæ moram trahens, & ſuſpectam habens vxorem,
eam Ferrariam miſiſſet, fecit eam de furto Bononiæ accuſari, &
in banno in contumaciam poni,quam poſtea Bononiæ reuerſam
confiſſus de ſtatuto bannitos occidi permittente,occidit. ꝙ talis
maritus



maritus priuilegio ſtatuti gaudere non debeat, ſed vt homicida
puniendus, quia ipſe vxorem fugauerat, & fraude condemnare
256 fecit,odiumque cum ea procurauerat,vt per eum ibi,qui idẽ † pu
tat, vbi citatus notoriè haberet locum iudicij ſuſpectum,vel aliàs
non tutum,timens offendi propter potentiam inimicorum.& ſe-
quitur prædicta Foller. in prac. crim.in d. verb. & ſi confitebun-
tur.4.par.3.par. nu.21.

257 Et † illud Vndecimò Iudex ante executionem animaduertat,
an crimen,de quo quis eſt bannitus,& condemnatus, in perſonã
illius cadere poſsit,tunc enim ſi cadere poſsit contumax pro con
feſſo habetur,deque illo crimine condemnari poteſt,ac ſi verè cõ
feſſus fuiſſet, ſecus verò, ſi crimen in perſonam illius cadere non
258 poſsit,vt quia † vxor bannita, & condemnata eſſet pro furto,qui
titulus criminis in eam non cadit.l.manifeſtiſsimi.in fi.C.de fur.
& l.1.ff.rer.amot.& per totum.certè nulla de furto potuit fieri cõ
demnatio,quod vxor cõmittere non potuit, & lata nulla eſt. per
259 tex.in clem.paſtoralis.§. rurſus.de ſenten. & re iud.vbi † ſentẽtia
contra Robertum Regem Siciliæ velut criminis læſæ maieſtatis
reum,& ex contumacia fictè confeſſum per Henricũ Imperatorẽ
lata ea rõne inter cæteras nulla fuit, quia crimen ſibi impoſitum
cõmittere non potuit,quod in non ſubditũ cadere non poteſt.ita
tradit,& iudicem admonet ante ſententiã Guliel.Benedic. in d.
c.Raynutius.in d.verb.mortuo itaque teſtatore.nu.169. qui etiã
260 exemplum ponit † de inquiſito contumace, quòd puellam deflo-
rauerat,& prægnantem reddiderat,& appareret illam eſſe mulie-
rem,vel contumacem caſtratũ eſſe, vel eunuchum. & ſequitur ẽt
prædicta idem Foller.in d.verb.& ſi confitebuntur. 4. par.3. par.
nu.15. In his.n.& ſimilibus caſibus ſententia condemnatoria fie-
ri non poteſt contra tales contumaces,& lata nulla eſt,vt per eos
& conſequenter exequi non poteſt.d.l.4. §. condemnatum. ff. de
re iudi.cum ſimilib.de quibus ſupra per diſcurſum.

261 Et † Duodecimò ſi ſententia lata eſſet cum qualitatibus pœnã
delicti aggrauantibus,animaduertere iudex debet, an illę quali-
tates in proceſſu probatæ appareant: tunc enim,ſi aliud non ob-
ſtet,etiam reſpectu qualitatum probatarum ſententia exequi po
terit;ſecus autem aliàs,quia ſuper illis qualitatibus non probatis
non dicitur contumax habitus pro confeſſo,licèt pro confeſſo ha
bitus fuerit reſpectu delicti principalis, & conſequẽter ſententia
reſpectu qualitatum non probatarum ferri non poterat, vt ſupra
diximus,cap.1.nu.358.& deficiente ita ficta confeſsione, ex qua
validitas ſententiæ in contumaciam latæ dependet,executionem
in ea parte non meretur. cap.cum Paulus.1.q.1. cum ſimil.

S Decimo

262 Decimo tertiò † eſt etiam ante ſententiæ executionem haben
da ratio, vel morbi, vel alterius iuſti impedimenti, propter quod
citatus comparere non potuit: debet enim audiri, ſed tamen pe
tita reſtitutione, quàmuis ſtatutum contumacem pro confeſſo ha
beat, & tanquàm contra confeſſum procedi mandet. ita in termi-
nis ſtatuti Peruſini tradit Bald. in d. l. 1. C. de requi. reis. & in l. 2.
verſi. ſed quæro. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & ſequitur Marſ. cō
ſi. 114. nu. 14. & Io. à Roias in ſing. in fauorem fidei. ſing. 2. nu. 2.
& ſing. 165. nu. 4. vbi & rationem haberi de iuſto impedimento
dicit, quàmuis ſtatutum in certo termino non comparentem ha-
beret pro confeſſo, vt per eū poſt Bal. Paul. Ang. Saly. Iaſ. & Dec.
quos alleg. & tradit etiā Folle. in pract. cri. in verb. foriudicetur,
nu. 8. vbi animaduertit impedimenta allegata impedire foriudica
tionem, & ita ēt ſententiā, quæ fuerunt tēpore citationis, non ea,
quæ ex poſt facto ſuperueniſſent, vt per eum ibi poſt Afflic. in cō-
ſti. pœnā eorum. in 11. requiſito. vt ibi per And. de Iſern. col. 2. &
conſt. edictorum. col. 2. & latè Rui. conſi. 24. nu. 5. lib. 4. vbi loqui
tur de ſententia criminali lata contra illum, qui erat confinatus,
qui citatus ad locum, à quo erat confinatus, comparerere nō po-
tuit, vt per eum ibi, qui declarat, quando hoc procedit.
263 Decimo † quartò animaduertendum eſt, ꝗ ſi bannitus exiſtēs
extra territoriū iudicis bannientis per vim ductus fuerit in eius
territorium, ſententia contra eum executioni mandari non pōt,
ſed in priſtinam libertatem reponi, ac reſtitui debet. ſecundùm
Bal. in auth. item nulla communitas. circa fin. C. de epiſc. & cle-
* ric. Nell. de bannit. 2. par. 2. temp. q. 30. & eſt approbata Doct. ſen
tentia, vt atteſtatur Rolan. à Valle conſi. 60. nu. 9. lib. 2. Iul. Clar.
lib. 5. ſent. §. fi. q. 95. verſic. ſed quid. quem refert Bonacoſ. in ſuis
commu. opin. in verb. exequi. relatus inter communes opin. recēs
collect. tom. 2. lib. 7. tit. 15. de executio. rei iud. nu. 102. Sed tamen
264 † Iul. Clar. ibi hoc intelligit, vt procedat quando ita per vim ca-
pitur, & ducitur à priuatis, ſed ſi extra territorium Iudicis ban-
nientis, & condemnātis à iudice alterius territorij captus fuiſſet,
& ad iudicem bannientem remiſſus, credit, ꝗ poſſet ſentētia exe-
qui: licèt enim Iudices diuerſorum territoriorū, præſertim ſub
* diuerſis principibus exiſtentium hodie ex conſuetudine delin-
quentes, & bannitos inter ſe remittere non teneantur, vt dicit
idem Iul. Clar. ex pluribus in eo §. fin. q. 38. verſic. ſed certè. nihil
tamen prohibet, quominus talis remiſsio fieri poſsit, vt etiam fie
ri videmus, vt ſupra diximus cap. 1. nu. 255. Et ideo Iul. Clar. in
d. verſi. Sed quid. & poſt eum Bonacoſſ. in ſuis com. opin. in verb.
exequi. relatus inter communes opin. recens collect. to. 2. lib. 7.
tit. 15.



265 tit. 15. de executio. rei iudic. nu. 102. in fin. bannitos † admonent,
quòd non confidant de d. communi opin. & ſuper præalleg. per
Rolan. conſi. 60. quia ipſe vidit, & viſum fuit etiam in ſtatu Eccle
ſiaſtico, plures bannitos ita captos, & remiſſos, ductos contra eo-
rum voluntatem in territorium Iudicis bannientis decapitari, &
ſuſpendi. Quinimo Iul. Clar. vt ipſe inquit, recordatur, ꝗ quidam
ſicarij banniti à Ducatu Mediolani, qui traditi fuerunt non à Iu-
dice, ſed à Carcerario loci Viarolæ agri Brixienſis Prætori Cre-
monæ iuſsi fuerunt illico ſuſpendi. licèt ſuperinde per Venetos,
quibus res aliter, quàm ſe habebat, ſignificata fuerat, exclamatū
fuerit. ſed tamen re intellecta acquieuerunt.
266 Decimo quinto † animaduertendum eſt, an aliquis amicus,
vel coniunctus, vel alius tanquàm vnus de populo pro citato cō-
paruerit, & allegauerit aliquas iuſtas cauſas abſentiæ ipſius cita-
ti, qui tunc verè abſens eſſet: tenetur. n. Iudex audire, iuxta not. in
l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de Procurator. etiā ſine aliqua cau
tione rati. glo. in l. exigendi. C. de procurat. & in l. in eo. §. nemo.
* ff. de reg. iur. ex communi Iul. Clar. poſt Ana. & Ang. quos alleg.
267 lib. 5. ſent. §. fi. q. 32. ver. prædicta autem. Et ſi † Iudex parti termi
num ad probandum cauſas impedimentorum, vel impedimenti
allegati non dederit, & ad cōdemnationem proceſſerit, certè ſen
tentia erit ipſo iure nulla: ſecus autem ſi terminus petitus non
fuiſſet. ita poſt Bar. & Nell. per eum relatos, firmat Afflic. in d. cō
ſtit. pœnam eorum. nu. 22. admonens ita Iudicem, vt videat, an ta
lis abſentiæ cauſa, & impedimenti fuerit pro citato allegata, & pe
titus terminus ad illas probandum, & an ſucceſsiuè Iudex termi-
num dederit, vel negauerit, & ſequitur etiam Gigas in tract. de
crimine læſæ maieſt. tit. quomodo in crim. læſæ maieſt. proceda-
tur. q. 18. nu. 7. & ſeq. Bombin. conſi. 68. nume. 12. vbi voluit poſt
Gram. conſi. ciuil. 152. nu. 24. ꝗ allegata iuſta abſentia, nō poteſt
quis banniri, & foriudicari.
268 Decimo ſexto † generaliter animaduertendum eſt, an aliqua
fuerit oppoſita exceptio, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, ipſe
bannitus iudicium ſuſcipere compulſus nō fuiſſet: deberet enim
* audiri, & in executione ſuperſedendum eſſet, vt ex pluribus, & ex
communi ſupra diximus c. 1. nu. 258. & exempla patent ex præ-
dictis, & ex eo quod dicit Nell. de bannit. 1. par. 1. tempo. q. 2. vbi
269 dicit, quod † ſi citatur infans, furioſus, minor, vel quiuis alius,
qui licitè, & iure permittente deliquerit, poterit hoc opponi, &
audiri debet, ac contumacia, & bannum impeditur, vt per eum,
* qui dicit, ſe pluries vidiſſe ita ſeruari. & eum refert, & ſequitur
270 Foller. in d. verb. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 8. & ita † hoc

etiam opponi poterit,vt in ſententiæ executione ſuperſedeatur,
cum ſic ſi à principio oppoſitum fuiſſet,contumaciam ,& bannũ
impediuiſſet per prædicta,etiam quòd bannitus millies confite-
retur ſe eſse illũ,de quo in banno,& ſententia,vt dicit Marſ.ſing.
271 72.latè Rolan.à Valle conſi.60.nu.30.& alijs ſeq.volu. 2. Et † li-
cèt, vt admonuimus d. cap. 1. bannitus captus ex forma Motus
proprij audiri non debeat ad aliquid opponendum, ratio tamen
talis exceptionis , quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, non fuiſſet
bannitus compulſus iudicium ſuſcipere, haberi ſaltem debet, ut
ſuperſedeatur ad effectum conſulendi Principem narrando ei ſta
tum cauſæ,& qualitatis oppoſitæ exceptionis per ea,quæ infra di
ximus.nu.176.

272 Decimo ſeptimo, † ſi teſtis examinatus falſum depoſuerit, &
poſtea citatus non comparuit, & ita contumax effectus fuerit, &
propterea pro confeſſo haberetur,& ita bannitus, & condemna-
tus fuerit,& demum captus , debet vtique ante executionem ad
plura Iudex animaduertere, ex quibus colligitur , an potuerit ꝓ
confeſſo haberi , & ita ſucceſsiuè condemnari, quæ diffusè ponit
Foller in d.ver.& ſi confitebuntur.4.part.3.part.nume.90.& alijs
ſeq. vbi ponit decem & ſeptem requiſita , vt pro confeſſo is teſtis
habeatur,& condemnari poſsit in contumaciam. vti etiã ibi,nu-
mero 45.& alijs pluribus ſeq. plura ponit requiſita , vt ficta con-
feſsio carcerati ex eius fuga è carcere oriens valida ſit. & ex præ-
dictis non mihi ſatis liquet , quid Ioſeph. Ludouic.ſenſerit quo-
ad bannitos in ſuis commu.concluſio. tit. de conſuetudine.con-
cluſio.1. verſic. Infertur 92. licet an ſane ſenſerit ſatis conſtet ex
omnibus prædictis. Quatenus eo loci dicit, quod eſset expediẽs
his noſtris tp̄ibus, quibus ditio maxime eccleſiaſtica infeſtatur à
* bannitis,illã introducere conſuetudinem,& obſeruantiam, qua
fures,& facinoroſi homines abſq; eo, quod formetur inquiſitio,
ſuſpenduntur ſtatim habita confeſsione, vt in Alemania, & Ger-
mania ſeruari, & obſeruantiã hãc annis elapſis in Regno Neapo
litano ſequutum dicit Regiũ illum officialẽ nuncupatũ *il Pancia*,
dum ad conterẽdos bannitos deputatus eſſet : Non.n. ſine aliqua
cauſæ cognitione ad executionem ſententiæ contra bannitũ ca-
ptum procedi poteſt,nec debet,vt patet ex p̄dictis. Et facta præte
rea recognitione perſonæ banniti, quæ neceſsaria eſt, ſola,vt ſu-
pra diximus,c.1.reſtat executio tum de iure, tum de conſuetudi-
ne:ita vt alia obſeruantia ad conterendos bãnitos non egeamus,
quàm ꝙ Sum.Pontifices pro tempore non ſint nimium faciles in
illis paſsim rebanniendis, nec nimium delinquẽtibus indulgeãt,
at facinoroſis hominibus nullo modo, ad quos cõterẽdos neruis
omnibus



omnibus debent incumbere tum ſeueritate pœnæ , tum præmio
erga eos, qui illos vel capiunt, vel occidunt,etiam quod ij,vel ca
pientes,vel occidentes banniti eſſent.Et præmium eſſe ſolet & pe
cuniarium,& rebannitionis aliorum bannitorum pro pari,vel mi
nori delicto,& ipſorum etiam vel capientium , vel occidentium,
ſi ipſi banniti eſſent. Ita enim bannitorum vnio, ex qua profecto
omne malum,dum viribus ita ſuperant curiam,magis tollitur,ac
prorſus euertitur, dum propterea alter alterius auxilio deſtitui-
tur timens euerſionem. Quo vere nullum maius, ac magis pro-
fectò proficuum ad eos conterendos remedium eſſe ſemper do-
cuit,& docebit meo iudicio rerum omnium magiſtra experien-
tia, & præſertim ſi & illud temporum ratione monente addatur
remedium,quod & potẽs eſt ad conterendos bannitos, ſi à Prin- 273
cipe ſtatuatur, quod nullus ſine fide à ſuo ſuperiore, vel deputa-
to ab eo,vel ab vniuerſitate in ſcriptis obtinenda extra ſuos fines
ſe conferat: & quicunque ſine fide huiuſmodi repertus fuerit,de-
tineatur donec legitima fides fiat,quod non eſt is bannitus,& cõ
demnatus. Illud tamen Principi prudentiſsimo, & ſapientiſsimo
conuenire arbitror , quod præmium hoc illis tantum proponat ,
qui eos, vel capiunt,vel occidunt bannitos,qui ante propoſitum
præmium banniti eſſent, ne forte aliquis teſtibus falſis inductis
apud curiam inſtaret ( vt non ſemel accidit ) aliquem banniri, vt
deinde impune illum occidat, & voti ita ſui compos fiat, & præ-
mium etiam ex ſuo delicto conſequatur,quod probant Bar.Bal.
& alij,in l.cum lex.ff.de legi.vbi dicunt,quod ſi fiat ſtatutum, qđ
quilibet bannitus ſoluendo mille extrahatur de banno , non ha-
bet locum in eo , qui fuit bannitus poſt ſtatutum conditum , ſed
intelligitur de bannitis in præteritum.l.2.& Saly. ibi. C.de gene- 274
ral.abolitio,quia ſi ad futuros bannitos traheretur , daret mate-
riam delinquendi. idem tenent Bar.& alij,quos alleg.& ſequitur
Iaſ.in l.pactus ne peteret.§.illud. nume. 3. ff. de pact.qua de re &
Nell.in tract.de bannitis.3.par.2.tempor.q.9.num.10.vbi decla- 275
rat.& late etiam Ang.conſi.67.Marſ.in prac.crim. §. aggredior.
nu.43.Bero.in c.cognoſcẽtes.de conſtit.nu.4.5.& 6. Et latrones 276
tempore Romanorum Principum ſtationarij milites perquire-
bant,qui in verbe præſto erant Pręfecto Vrbi ad tuendam popu-
larium quietem,& ad referendum ei,quod vbiq; ageretur, vt in- 277
quit Vlpian. in l. 1. §. quies quoque. ff. de offic. præfec. Vrb.de
quibus etiam fit mentio in l. ſi quis ſe iniuriam. C. de accuſatio.
qui etiam ſeruos fugitiuos inquirebant. vt in l. 1. §. ſed & in eum.
& l.pen.ff.de ſer.fugit.& aſtabant etiam Pręſidibus in prouincijs. 278
& ibidem probatur. De quibus etiam Tertullian. in Apologeti.
S 3 ſcribit.

ſcribit. Latronibus inueſtigandis per vniuerſas quoque Prouin-
cias militares ſtationes diſponi. De quibus etiam Sueton. intel-
lexiſſe exiſtimat Tiber. Decian. lib. 9. trac. crim. poſt huius noſtri
tract. priorem editionem edito. cap. 29. nu. 24. dum in Vita Octa
ui. Aug. cap. 33. de reformatione exceſſuum per Auguſtum facta
ſic loquitur. Nam & graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuc-
cinti ferro quaſi tuendi ſui cauſa, & rapti per agros viatores ſine
diſcrimine liberi, ſeruique ergaſtulis poſſeſsionem ſupprimeban-
tur: & plurimæ factiones titulo collegij noui ad nullius facino-
ris ſocietatem coibant. Igitur graſſatores diſpoſitis per oppor-
tuna loca ſtationibus inhibuit. & de his habetur etiam in alijs lo
cis, de quibus per Tiber. Decian. vbi ſupra.
273 Ad verba † etiam ſententiæ exequendæ Decimo octauo ani-
maduertendum eſt maximè criminalis, quæ ad vnguem ſecundũ
eius verba exequi debet. vt not. Bar. in l. ſi expreſsim. colu. 2. ff. de
appellatio. & in l. Iulianus. col. 4. ff. de cond. indeb. Bal. in l. ab exe
cutione. col. fin. C. quor. appel. nõ recip. & in c. cum in veſtri. poſt
prin. de elect. Fulgo. in conſi. 140. præſuppoſitis duobus ſtatutis.
col. pe. Tiber. Dec. conſ. 27. nu. 1. & 9. lib. 2. vt ſi quis bannitus fue-
rit, vt excedens confinia prima vice ſi capiatur priuetur, oculo, &
manu, & ſi ſecunda vice exceſſerit, & captus ſit, capite puniatur, ſi
prima quidem vice exceſſerit, & captus aufugerit, & ſecunda vi-
ce excedat, & capiatur, capite plectendus erit, ſecundum verba
ſententiæ, vt conſuluit Decian. in d. loco. vt ſi etiam contigerit, ꝙ
ſententia pœnam certam non contineret, ſed ꝙ bannitus captus
fuerit pro maleficio condemnatus in ære, & perſona, certè ſi de
executione ſententiæ huiuſmodi tractaretur, videtur ꝙ decapita
274 ri poſſet, quia † pœna perſonæ intelligitur in ſuo potiori ſignifi-
catu de pœna mortis, vt not. in Auth. de armis. §. opp. animaduer
tendo tamen, an cauſa, & delictum tantam pœnam mereatur, cũ
ex genere cauſæ genus pœnæ metiendum ſit. arg. l. 1. §. 1. ff. ad Tur
275 pil. Vel Iudex, † qui protulit d. verba, potuerit illa interpretari,
& declarare, cum ſint generalia. arg. l. ab executore. ff. de appel. ita
276 Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. dicens, † quòd ideo Iu-
dices, qui dant bannum in hauere & perſona, item qui recommẽ
dant pro hauere & perſona, poſſunt poſtea declarare, antequàm
277 tamen functi ſint officio ſuo. arg. l. ſi duas. ff. de excuſ. tut. ſed † ꝙ
diffinitiua ſententia debet intelligi in mitiorem partem. l. ſi præ-
ſes. ff. de pę. & not. in l. 2. C. quæ res vend. non poſ. Et Nell. de ban
nit. 2. par. 2. temp. q. 61. credit verum eſſe, quod dictum eſt de re-
278 commẽdatione. quod autem dicitur de ſententia, putat † eſſe ve-
rum, ſi ex forma ſtatuti appareat, quæ pœna perſonæ pro malefi-
ficio,



ficio, pro quo ille captus bãnitus fuit, imponi debeat: tunc. n. pę-
na illa impoſita intelligitur, per not. in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de his qui not. infam. ſi verò maior pœna poterat impo-
ni, vel minor, tunc minor impoſita cenſetur, per d. l. ſi præſes. At
279 † ſi in arbitrio Iudicis pœna eſſet, verbis quidem inhærendũ erit,
* quæ ſic de conſuetudine interpretantur, vt mortem importent,
vt per eum ibi. per not. in d. §. pœna grauior, & in l. hodie. ff. de pę.
280 Poteſt † etiam contingere, ꝙ captus bannitus fuerit in amputa
tione membri, alio non expreſſo, & ita quæreretur, in quo mem-
bro fieri debeat executio. Et licèt videretur de eo membro in-
telligendũ, quod minus diminuit. d. l. ſi præſes. Bal. tamen in d. l.
data opera. C. qui accuſ. non poſ. dixit, quòd is bannitus intelli-
gitur in amputatione manus. alleg. Auth. vt null. iud. §. pen. cum
glo. ſua, Dec. & Io. Bolognet. nu. 70. in l. imperiũ. ff. de iuriſd. om.
iud. quod in dubio credit verum Nell. d. 2. par. 2. temp. q. 62. niſi
ex relatione delicti commiſsi, & alicuius ſtatuti aliud colligere-
tur, vt quia alicui, vel pedem, vel auriculam amputauerit, & ſta-
tuto cauetur, ꝙ amputanti membrum ſimile membrum ampute-
281 tur: tunc † enim ſecundum naturam inquiſitionis banni ſenten-
tia regulabitur, arg. l. non nunquàm. ff. ad Trebel. & quod no. Bar
to. in l. 2. ff. de publ. iud. & quod dixit idem Nell. in loco prælleg.
q. 51. & ſi ſtatutum ſimpliciter diceret de membro, vtique ſi de-
lictum commiſſum eſt ambulando, debet intelligi de pede, ſi lo-
quendo, de lingua, ſi ſcribendo de manu dextera. ſed ſi delictum
cum omni membro commiſsibile eſt, arbitrio Iudicis remitti-
tur, vt per Bal. in l. omnes. nu. 3. C. de delator. lib. 10. Et ex prædi-
cta ratione infertur, quod ſi eſſet maximus pictor, vel muſicus
qui ita eſſet condemnatus, poſſet impetrare, quòd pes ſibi ampu
taretur, quia minoris eſt præiudicij, arg. d. l. ſi præſes. ita Ioã. Bo-
lognet. in d. l. imperium. nu. 70.
282 Et ſi † captus condemnatus fuerit in amputatione manus, nõ
expreſſo in qua manu facienda ſit executio, de manu debiliori, &
in qua reus minus poteſt, intelligi debet. vt dicit glo. in auth. ſed
* nouo iure. in verb. vna. C. de furt. & tenent communiter Docto.
& plures congerit Menoch. in tract. de pręſumptio. lib. 5. præſum
283 ptio. 49. nu. 8. ſemper † enim benignior interpretatio faciẽda eſt,
284 vt dicit Alber. in 3. par. ſtat. q. 60. Et † ideo ſi condemnatus vnam
manum bonam habeat, alteram verò aridam, debet ei manus ari
* da amputari ſecundum communem reſolutionem Docto. de qua
teſtatur Io. And. ad Specu. tit. de pœnis. circa fin. quẽ refert Aug.
Arim. ad Ang. de malefic. in verb. quas ſi non ſoluerit, ampute-
tur ei manus. num. 15. & Alciat. de præſumptio. reg. 3. pſumpt. 45.

nu.15.quam opin.mitiorem dicit Iul.Clar.lib.5. ſent.§.fi. q. 69.
285 verſi. pone quod. qui † tamen credit, quòd ſi manus illa prorſus
eſſet inutilis, aliud fortè dicendum eſſet, ne condemnatio eluſo-
* ria redderetur, cum in hanc ſententiam communiter inclinent
ſcribentes, vt communiter inclinare ſentit Alex. conſi.104.lib.1.
quem refert Iul.Clar.in d.loco.poſt apoſtil.ad Ang.in d.ver.quas
286 ſi non ſoluerit.Et† ſi vnam tantum manum ita condemnatus ha-
beret, executio in illa manu facienda non eſt, ſecundum aliquos,
ne corpus humanum deformetur, ſed pœna commutari debet, vt
hanc opi.tenuit Paul.Caſtr.in d.auth.ſed nouo iure.poſt nu.4. C.
* de ſeru.fugit.& ita dicunt Doct.vt atteſtatur Ana.in cap.1.de ca-
287 lumniat. Sed † contrariam ſententiam, ꝙ immo debeat illa ma-
nus amputari, videtur tenuiſſe Bal.in d. auth.ſed nouo iure. poſt
nu.12.& hanc opi.ſequutum fuit iudicando conſilium Neapolita
num, vt refert Gram.deciſ.94.& ſuper conſt.Regni fol.116.col.2.
vbi dicit, ita fuiſſe executum, quem refert Mantua in l. transfige-
re.nu.123.C.de tranſactio.& Iul.Clar.d.q.69.verſi. ſed quid.qui
tamen dicit, quòd ſi caſus contingeret, potius in contrariam ſen-
tentiam, quæ æquior eſt, & mitior, inclinaret, vel Principem ſaltē
conſuleret, vt ipſe miſericordia motus pœnam iuberet commuta
ri, quod quidem tutius eſt.
288 Poteſt † etiam contingere, quòd captus ſit bannitus, & con-
demnatus in centum, quæ ſi non ſoluerit infra certū tempus, am-
* putetur ei manus: licèt enim conſuetudo obtinuerit (de iure
enim quæſtio hæc difficultate non caret) quòd tales ſententiæ
valeant, & ita practicamus, vt atteſtatur Bal. in l. cum Iudex. in fi.
C.de ſenten.& poſt eum Aug.Arim. ad Ang. de maleſic. in verb.
quas ſi non ſoluerit cum quarto pluri.nu.4.& Iul.Clar.lib.5.ſen.
§.fin.q.93.verſi.quæro.vbi etiam dicit, idem eſſe, ſi dicatur, con-
demno te in centum, quæ ſi non ſolueris infra decē dies, condem
289 no te vt ſoluas quadruplum. Eſt † tamen aduertendum, quòd
vbi non vigeret vel conſuetudo, vel ſtatutum id diſponens, talis
fortè ſententia nō valeret, vt tradit idem Iul.Clar.d.q.93. qui ēt
dicit, ꝙ nec ita iudicaret. Et poterit ēt Iudex, q̄uis condēnatus
in termino non ſoluerit, ommittere pœnam corporalem, & pro
pœna pecuniaria executionem facere, vt tenet Bar.in l. cum duo-
* bus.§.fi.nu.2.ff.pro ſoci.cuius opin.Docto. ſequuntur, & de illa
doctrina multùm exclamant, vt dicit Aug.Arim.ad.Ang.in verb.
quæ ſi non ſoluerit.num. 18. & in facti contingentia ita conſuluit
Corn.conſi.5.lib.3.& ſequitur Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.85.ver
ſic.ſed hic.& Ang.in l.ita ſtipulatus.la grande.ff.de verb.oblig.&
Rom.in.l.1.§.quod poſt operis.col.pen.ff.eo.tit. quamuis cōtra-
rium



rium voluerint Imo.& Docto.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſu-
cap.volētes, ꝙ pœna pecuniaria per lapſum termini dicitur traſ-
fuſa in pœnam corporalem. & ſequitur eos Crot. dicens hoc eſſe
verius conſi.111.num.1.lib. 1.
290 Prout † etiam poteſt contingere, quòd captus ſimpliciter ban-
nitus fuerit, & ita dubitaretur, an in perſona, vel in membro, vel
in pecunia eſſet bannitus. & hanc q. propoſuit Nell. de bannit.3.
par.2.temp.q.63.vbi concludit, ꝙ ſi ante ſententiam banni diffi-
nitiui pœna expreſſa eſt in banno, quod præcedit, quod eſt ſen-
tentia interlocutoria, & eſt comminatorium, vt fieri ſolet, tunc
pœna hæc impoſita cenſetur in ſententia diffinitiua, quæ ſimpli- *
citer lata, pœna non expreſſa, ex præcedenti banno comminato-
rio declaratur.l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verb.oblig. l. pacta
nouiſſima.C.de pact.proprie in l.ait prætor.ff.de re iud.& habe-
tur in l.hæc ſententia.C.de ſent.quæ ſine cert.quant. cum cōcor.
291 ex actis† enim incertitudo declarat. vt latè p Vant.de nullit.tit.
292 de nullit.ex defec.pceſ.nu.103.& ſeq.ſi verò talis expreſsio pœnæ
in bāno non præceſsit, ſed ſimpliciter formato proceſſu factæ fue-
runt citationes, & poſtquàm citatus eſt, habetur pro cōfeſſo, tūc
ſi pro delicto ex forma ſtatuti certa pœna impoſita eſt, illa quidē
in banno expreſſa videtur.l.4.§.ſi ex conuentione, cum ibi not.ff.
293 de re iud. & quod habetur in alijs iuribus ſupra citatis.Et† idem
ſi pœna eſſet arbitraria, & ex cōſuetudine arbitrium declaratum
eſſet, ſecundum quod habetur in d.l.quid ergo. §. pœna grauior.
l.athletas.§.cal. ff.de his qui not. infam. ſicut enim lex tale bānū
declarat, vt dictum eſt, ita etiam conſuetudo.l.de quibus.ff. de le
gib.& quod habetur in l.ſi finita.in prin. ff.de dam. infec. & in l.
dedit.qui ſatiſd.cog.& in l.ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. & ſe- *
quitur prædicta Burſat.conſi.416.nu.8. lib.4.
294 Si verò † nulla eſſet ex conſuetudine pœnæ arbitrariæ facta de-
claratio, tunc tale bannum tanquam incertum, & quod nulla ra-
tione certificari poteſt, non valet, vt in §.curare.& ibi Iaſ.& Doc.
Inſtit.de actio.iuncta l.omnem.ff. de iud. quod tamen ſecundum
Nell.vbi ſupra fortè non procederet, ſi inquiſitio fundata eſſet ſu-
per crimine, ex quo ſecundum formam iuris communis in exiliū
quis poni deberet.tunc enim ita ipſa ſentētia, quàmuis ſimplex,
importaret, vt exul is effectus eſſet.& ita eò loci intelligit Nell.qđ
habetur per glo.& Bal.in c.1.hic finit lex Corn.
295 Poteſt † etiam eſſe, ꝙ is captus bannitus, & condemnatus fue-
rit ſimpliciter in pœnā capitalē, vnde ex ſententia non eſt neceſ-
296 ſariò is vita priuandus. Nam, vt intelligas, pœna† capitalis poteſt
tripliciter conſiderari. Primo modo ſtrictè, ac propriè, cū caput
alicuius

alicuius è media Republica tollitur. Inſt.de publ. iudic.in princ. verſi.publicorum. Secundò pœna capitalis dicitur, quando quis amittit Ciuitatem,ac conſequenter libertatem,vt ſi quis damnetur in metallum, nam & hic pœna capitali plecti videtur. Tertiò eſt pœna capitalis, quando quis deportatur. quæ omnia probat glo.in l.tranſigere.in glo.2.C.de trãſactio.ex tex.in l.2.ff.de pub. iud.in l.edicto.§.rei capitalis.ff.de bon.poſſ.in l.quædã.ff.de pœ. & Anto.de Padil.in d.l.tranſigere.nu.32.Bolognet.nume. 53.latè Bombin.conſ.34.nu.3.Iul.Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.67. in prin.qui
297 dicit,d.glo.in eo, qđ dicit † propriè & ſtrictè pœnam capitalem
* dici vltimum ſupplicium, & ita accipi pro pœna ſanguinis, communiter approbari,vt antea dixerat Gaſpar Valaſc.in rep.l.imperium.nu.99.ff de iuriſd.omn. iud.& alia glo.in l.1.in verb.capita
298 li.C.ne chriſtia.mancip. intelligit pœnam † capitalem pro exilio perpetuo.Ex hoc ergo Doct.colligere videntur,ꝙ in dubio pœna capitalis,qua quis eſt cõdemnatus,vel à lege,vel ab homine, de-
299 bet intelligi de exilio,& non de morte. cum † in pœnarum executione mitiorem ſententiam nos tenere oporteat.d.l.ſi præſes.verſi.mitior.l.interpretatione.ff.de pœn.& ita tenet glo.in d.l. 1. C. ne chriſt.mancip.quam dicit eſſe ſing.& valde notabilem Ioã. de Imo.qui eam ſequitur in l.2.nu.3. ff. de pub.iud.& ſequuntur eã Abb.& alij in c.quantò.de iureiur.& Docto.in cap.at ſi clerici.in prin.de iudi.Ang,Aret.licèt d.glo.mentionem non faciat, Inſti. de iniur.§.in ſumma.nu.4.Fely.alios alleg.d. glo. opinionem approbantes in c.ex literis.nu.21.& Dec.ibi nu.13. de conſtit.idem Fely.in c.qua licet.nu.52. de accuſat. Alciat. qui multos allegat, de præſumptio.reg.3.præſump.45.nu.9.Gozad.in l. 2. nu. 19. C.
* de eden.quam concluſionem dicit eſſe communem Rimin.in d. l.tranſigere.col.4.& Ant. de Padil. ibi nu. 33. qui alios etiam refert,qui de communi teſtantur, vti etiam facit Iul. Clar. d.q. 67. in prin.pro qua opi. ſunt & aliæ ſimil.glo. licèt d. glo.in d.l. 1. C. ne chriſt.mãcip.reputetur ſing.quas recenſet Ant. de Padil. in d. l.tranſigere.d.nu. 33. qui hanc communem traditionem probat ex eleganti tex.quem dicit non omnibus notum in hoc in l. præſenti.C.de his,qui ad eccleſ.confug.ibi,capitali, & vltimi ſuppli
300 cij animaduerſione plectendos. Nam † ſi verbum, capitali animaduerſione, mortem naturalem ſignificaret, fruſtra legiſlator addidiſſet,& vltimi ſupplicij, atque ita eum tex. ante expenderat Fulg.ibi nu. 1. & latè etiam de prædictis Albert. Brun. de ſtatut. in verb.pœna.verſi.pœna capitalis. & Bonacoſſ. cõmu.opi. verb. pœna.relatus inter communes opin.recens collect.to.2.lib. 9.tit. 30.nu.29.& 130.Xuarez.relatus ibid.nume. 33. & 41. & Michael

Graſ.



301 Graſ.ſimiliter ibid. relatus. nume.38.& 141.Et ideo † ſtante ſtatuto,ꝙ quis capite puniatur,de exilio intelligere debemus, vt te
* net Cyn.in l.1.C.de falſ.& eſt communis opin. vt atteſtatur Aug. Arim.ad Ang.de malef.in verb.& ibi caput. poſt nu.32. Mant.in d.l.tanſigere.nu.108.& ſeq.maximè.nu. 116. & ita aliàs obtentũ fuiſſe dicit Io.And.in d. c. quantò. de iureiur. quem refert Aug. Arim.in loco præallega.poſt nu.45. & omnes Iul. Clar.in d.q.67. in prin.Hinc Iaſ.& ex eo Anto.de Padil. in d.l.tranſigere.teſtan-
302 tur prodijſſe practicam † communem Iudicum,& Aſſeſſorum di-
* centium,ad euitandas huiuſmodi ambiguitates, cum fertur ſententia mortis,& ita aliquẽ decapitari debere,ita vt moriatur &c. vel ita ꝙ anima à corpore ſeparetur &c. vt etiã ita inoleuiſſe practicam atteſtatur Mant.in loco præalleg.nu. 117.& Iul.Clar. in d. q.97.in prin.in fi.Alber.Brun. in d. ver. pœna capitalis. de ſtatutis.in verbo,pœna.& Bonacoſ.vbi ſupra,dicto nu.130.

Sed ſi bannitus captus ſimpliciter condemnatus fuerit in pœnam mortis, ſecus dicendum eſſet, quòd ſcilicet vita priuandus eſſet,quàmuis hoc in ſententia dictũ non fuerit. Valde enim hęc differunt inter ſe,quòd ſcilicet de pœna capitali mentio facta ſit, vel de pœna mortis: Nam mortis appellatione de naturali ſemper intelligitur.l.ex ea parte.§.inſulam.& ibi Docto. ff. de verb. oblig.glo.in c.placuit.16.q.1.niſi in caſibus à iure exceptis.Fulg. in l.præſenti.C.de ijs,qui ad eccleſ.confug.Fely.in c.ex literis.de conſtitutio.ver.2.quia.Bal.in c.nonnull.col. 2. de reſcr. per l.fin. C.de ijs,qui ven.ętat.impetrau.Io. Bolognet. in l.imperium.nu. 33.ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.tranſigere.nu.56.C. de tranſactio. vbi dedit reſponſum ad quædam contraria.Alexan. conſi.11.col. 1.vol.1.conſi.139.colu.2.volu.2.Rolan.à Valle de lucro dotis.q. 95.nume.2. & Phanut. de lucro dotis in rub.in ver.per mortem. nu.12.Gallin.in tract.de verb.ſignific.lib.3.cap.20. nume. 33. & Io.Petr.Surd.conſi.90.nu.23.& ſeq.Et ratio differentiæ eſt ſecũdum Io.Bolognet.in d.l.tranſigere.nu. 56. C.de tranſactio. quia licèt mors etiam dupliciter capiatur, pro morte ſcilicet naturali, & ciuili,proprie tamen appellatione mortis non venit mors ciuilis,ſed per quandam conſequentiam.l.ſeruitutum.ff.de reg.iur. cum alijs,de quibus per Franc. Caſtracan. in tract. de ſocietatib. officior.cap.33.nu.14.& cap.30.nu.7.cap.37. nu. 34. ideo in potiori ſignificatu debent intelligi,ſed pœna capitis proprie,etiam ſecundum leges, deportationem, vel aliam eximentem caput à Ciuitate comprehendit, quia caput plerunque capitur ciuiliter. l.hodie. ff. de capit. diminut. quod ſatis placet Ioan. Bolognet. in d.loco.

Vt

303 Vt etiam † poteſt contingere, quòd iudex ſolum factum in ſeñ
tẽtia declarauerit, vt dicendo talem hæreticum, vel criminis læ-
ſæ maieſtatis reum declaramus, aut ſimil. nulla pœna expreſſa. Et
quidem ſufficeret, ita factum declarare, quoniam pœna, vel exe-
cutio ipſo iure ſuccedit, quia talis ſententia incontinenti à lege
certam, & determinatam pœnam contra huiuſmodi delinquẽtes
imponente perficitur. prout eſt tex. in cap. 1. in fi. de homicid. in
6. & in cap. cum ſecundum. §. fi. de hæretic. eo. lib. Vant. in tracta.
de ñullit. tit. de nullit. ex defec. proceſ. nu. 93. qui dicit, quòd hæc
304 † ſententia appellari conſueuit declaratoria, & prius quàm fera-
305 tur, † executio aliqua contra quoſcunque quantumuis crimino
ſos fieri non poteſt, per tex. in d. cap. cum ſecundum. & ponit Fe-
ly. in c. Rodulphus. in verb. ſed declaratoria. de reſcrip. & cap. præ
terea. in prin. de ſponſal. & Alex. conſi. 103. col. penul. verſi. & re-
306 gulariter. lib. 2. & conſi. 124. col. 1. eodem libro. Et ideo † ſi Iudex
per ſuam ſententiam abſque aliqua temporis prçfinitione aliquẽ
relegaret, ſententia iſta valida erit, quia tempus, quod deeſt, à le
ge ſuppletur, iſque ideo relegatus intelligitur per tempus decen-
nij, per tex. in l. ſine præfinitione. & ibi Bar. ff. de pœn. quem pro
ſingu. adducit ad hoc Bald. in l. 1. ff. de poſtulan. & in cap. ex lite-
ris. col. 6. de conſti. ſequitur Iaſ. in l. ait prætor. §. 1. col. fin. ff. de
re iud. & in d. §. curare. Inſtit. de actio. Vant. d. ti. de nullit. ex de-
fec. proceſſ. nu. 95.

307 Quandoque † etiã in banno, & ſententia pœna ſpecificata non
eſt, niſi per relationem ad ſtatutum, vel bannimenta, veluti ſi is
captus bannitus, & condemnatus eſſet in pœnam, vel in banni-
mentis, vel in ſtatuto, & conſtitutione aliqua contentam, tunc pç
na illa exequenda eſt, quæ in d. ſtatuto, aut cõſtitutione, vel ban-
nimentis, ad quæ habita eſt relatio, continetur. Non enim dif-
ferentia facienda eſt, an pœna in ſententia ſpecificata ſit, vel non
ſpecificata, ſi ſe referat ad certa bãnimenta, uel certum ſtatutum,
aut certam conſtitutionem, quia paria ſunt exprimere, vel ad cer
308 tam conſtitutionem, quæ exprimit, ſe referre. Nam † relatum eſt
in referente cum omnibus qualitatibus ſuis. l. ſi prior, & ibi Bal.
ff. ſol. mat. Bar. in l. ſanctio legum col. 4. ff. de pœn. Soci. conſi. 251.
col. 3. vol. 2. & conſi. 27. col. 3. vol. 4. Alex. conſi. 22. colu. 2. volu. 7.
Dec. conſi. 47. col. 2. Rimin. iun. conſi. 19. nu. 42. volu. 1. conſi. 382.
nu. 93. vol. 4. & facit, quod not. Bal. in l. omni. C. de ſacro. eccleſ.
Oldr. conſi. 300. Abb. in c. ſuper Spec. nu. 4. ne cleric. vel monach.
& allegata per Alex. in l. admonendi. ff. de iureiur. & per Fely. in
c. 2. nu. 8. de reſcrip. & quæ allegauit Afflic. in c. 1. de feud. guard.
& in ſpecie ſentit Bar. in d. l. ſanctio legum. ff. de pœ. & clarè, & in
terminis



terminis Afflic. in d. conſt. pœnam eorum. num. 50. in fin. & Vinc.
de Franch. deciſ. Neapolit. 213. nu. 28.

Poteſt etiam contingere, quòd poſt commiſſum delictum qui
poſitus eſt in banno, & eſt cõdemnatus, vt etiam poſt ipſam con-
demnationem clericatum aſſumpſerit, vel religioſus effectus fue-
rit, quo in caſu aſſumpti. ſ. clericatus, vel ingreſſus religionis poſt
delictum, vel poſt condemnationem ea debet à iudice laico habe
ri ratio, an is in fraudem ordinem eccleſiaſticum aſumpſerit,
vel an aliàs ſine aliqua fraude ſuſceperit: licèt enim aliqui ſimpli-
citer dixerint, ꝙ etſi delinquens poſt delictum commiſum cle-
ricatum aſumpſit, aut factus ſit religioſus, à iudice tamen ſecu-
lari puniri non põt, ut per Old. conſi. 4. in fi. qui dicit ita fuiſe iu
dicatum in Curia Aquenſi, nec ita poteſt fieri executio ſententiæ
contra talem bannitum, qui poſtea religioſus effectus fuerit, ut
conſuluit Guid. de Suzar. conſi. 100. nu. 6. inter conſi. diuerſorũ
per Martianeſ. collect. lib. 1. & alij aliter dixerint, variæq; ita fue-
rint Docto. opiniones, vt pleniùs cæteris eas recenſet Ioã. Andr.
in c. vnic. de oblig. ad ratiocin. quas repetit, & diſcutit, & ſuã in-
terponit ſententiam Io. Igne. in l. fideicõmiſſum. nu. 263. & alijs
pluribus ſeq. ff. ad Syllan. & ſequitur Camil. Gallin. lib. 7. de verb.
ſign. cap. 21. qui loquitur, vt etiam loquitur Guid. de Suzar. d. cõ-
ſi. 100. de bannito poſt bannum effecto monacho non occidendo
à priuatis, licèt loco miniſtri iuſtitiæ, vt dicit Fely. in c. quæ in ec-
cleſiarum. ſub nu. 10. de conſtit. & Gallin. in d. loco. nu. 9. habean
tur. Solet tamen diſtingui, an hoc in fraudem factum ſit, vel ſine
fraude, & dolo, vt dicit Illuſtriſimus Card. Alban. in lucubratio.
in Bar. in l. cum quædam puella. nu. 4. ff. de iuriſd. om. iudic. vt &
* alij omnes dicunt. Si enim fraus abſit, is vtiq; liberatur, & pror-
ſus eximitur à iuriſdictione iudicis ſecularis, & ſuo iudici Eccle-
* ſiaſtico puniendus relinqui debet, vt eſt concluſio frequentiori
doctorum calculo recepta, vt atteſtatur Plac. lib. 1. delictor. c. 35.
nu. 1. Iul. Clar. lib 5. ſent. §. fi. q. 36. verſi. ſæpenumero contingit.
Fichard. & Cherian. in eorum commu. opin. in verb. clericus. qui
ſunt relati tom. 1. commu. opi. recens collect. lib. 1. tit. 11. de foro
compet. nu 48. & 49 At ſi fraude & dolo is aſumpſerit ordinem
eccleſiaſticum, vt à iuriſdictione ſeculari ſe eximeret, poteſt à Iu
dice laico coerceri, & puniri, vt tenet, & probat Oldr. d. conſil. 4.
Bar. in l. 1. col. 2. ff. de pœn. Io. And. & alij in d. c. 1. de oblig. ad ra
* tiocin. quorum ſententia communis eſt, vt ait Imo. conſi. 118. &
conſi. 119. nu. 1. Couar. prac. q. cap. 32. poſt num. 4. verſic. ſecunda
concluſio. Plac. d. cap. 35 poſt nu. 1. Viui. lib. 1. com. opi. in verb.
ordo eccleſiaſticus. & eſt opin. 112. relatus ſecundum nouiſſi-
mam

mam editionem d.tom.1.commu.opin.d.lib.1.tit.11. de foro cō pet.nu.32.& lib.3.tit.11.de iuriſd.omn.iud.nu.143. qui alios alleg.Iul.Clar.d.q.36.d.verſi.ſæpenumero.Fichard. & Cherian. in locis præalleg.& Bonacoſſ.& Eman. Xuarez.in eorum com.opin. in verb.clericus, ſimiliter relati d.tom.1.commu.opin. d. tit. 11. de foro compet. nu. 47. & latè Vinc. de Franch. deciſ. Neapolit. 209.nu.2.& alijs ſeq.Non tamen pœna corporali, ſed pecuniaria tantùm, vel confiſcationis bonorum, cum ratione cauſæ tantū, & bonorum, non autem reſpectu perſonæ ſubditus remaneat. Aufrer.in clem.1.reg.1.nu.19.de offic.ordi.Boſſ.in tract.cauſar. crit.de pœn.nu.38.Pract.Corrad.fol.247.verſi.11. fallit. Iul.Clar. in d.verſi.ſæpenumero contingit, qui ita cōmuniter teneri aiūt, vt etiam teſtantur Bonacoſſ.Eman.Xuarez. Fichard.& Cheria.in locis ſupra citatis, & ante eos Io. Igne.poſt Ioā.Andr. Specu. & Boich. quos refert in l.fideicommiſſum.nu.263.ff.ad Syllan.vbi dicit hanc opin.ab omnibus haberi pro indubitata, & omnes in hoc concordare dicit Belluga in ſuo Spec.Princi.rub.11.§. videndum.nu.21.fol.40.quem refert Vinc.de Franch. d.deciſ.209.nume.1.in fi.vt etiam communem eſſe opi.dicit Purpurat.conſi.77. nu.1.lib.1.& patet ex ſcriptis per Socin.in c.pen.de for. compet. intelligens hoc Purpurat.vbi ſupra in clerico rite ordinato: ſecus aliàs, vt late per eū ibi, qui loquitur de nato extra matrimoniū. Quàmuis deberet iudex eccleſiaſticus talem clericum rite ordinatum qui in fraudem ordinem eccleſiaſticum ſuſcepit, degradare, & ita tradere iudici ſeculari etiam corporaliter puniendum: non enim aliter quàm præuia degradatione contra talem clericum per iudicem ſecularem procedi poſſet, vt per Bar. in d.l.1.ff. de pœn.Card.Alban.in d.l.cum quædam puella.nu. 11. Cherian. in loco præalleg.Et ideo, vt ſubdit Card. Alban. eò loci, traditur cautela, vt Epiſcopus degradationem non faciat: hoc enim modo in protectione eccleſiæ remanebit, ſed Iudices ſeculares hāc concluſionem non obſeruant, vt dicit Bar.in d.l.1.ff. de pœn.nu. 3.in fin.quem refert Io. Igne.in d. l. fideicōmiſſum poſt nu.266. ff.ad Syllan.Iul.Clar.d.verſi.ſæpenumero contingit, & Bonacoſſ. vbi ſupra, dicens, ꝙ hodie non attenditur talis degradatio. Nam (vt ait Bar. ibi) ex quo Iudices Eccleſiaſtici plerunque ſolent in hoc ſe præſtare difficiles, ſolent iudices ſeculares abſque hac degradationis ſolemnitate nihilominus eos ad mortem condemnare, & propriam ſententiam exequi, licèt ſecundum eum malè faciant. Quomodo autem Iudex, quando caſus iſte contingeret, ſe gerere debeat, pulchre docuit Ang.de Caſtr.inter conſi. crim. recens collect.tom.2.conſi.37.per totum.vbi docet, quòd Iudex

ſecularis



ſecularis requirat ab epiſcopo licentiam procedendi contra perſonam clerici condemnati, & quòd illum velit degradare, quod ſi epiſcopus concedere noluerit, prout concedere deberet, tunc iudex ſecularis non procedat vlterius, & ad Epiſcopum clericum remittat puniendum, ſi à denegatione appellare noluerit, quod vehemētiſsime conſulit faciendū, ne ſe inuoluat in lite, in qua mors hominis ſequi poſsit, & vt deferat iuriſdictioni eccleſiæ, & ſi appellare voluerit, quod debeat nihilominus ſtatim ipſum clericū remittere ad epiſcopum ab eo detinendum vſque ad euentū cauſæ appellationis, non autem ad puniendum in præiudiciū ſuæ appellationis, vt late per eum ibi.

Ex pluribus autem præſumptionibus fraus hæc, & dolus detegi poterit, quas affert Barba.in tract.de præſtātia Cardin.q.2.nu. 1.ad quem ſe remittit Card.Alban.in d.l.cum quædam puella. & ſi præſumitur, delinquentem in fraudem ſuſcepiſſe clericatum, & ingreſſum fuiſſe religionem, ſi prius de ipſo delicto delatus, & diffamatus eſſet, ſecundum Dyn.in l.Vlpianus. ff. de excuſat. tut. & alios, quos recenſet Viui.d.opin.112.& ita cenſet maior pars interpretum, vt atteſtatur Plac.d.cap.35.nu.1. circa fin. & communem ex eo dicit Viui. in d.loco.& Iul.Clar. d. verſi. ſæpenumero contingit.Fichard. Cherian. & Igne.in d.locis. multò magis hoc locum habere debet in eo, qui fuiſſet iam condemnatus ante ingreſſum religionis, vel clericatus, vt ibi per Iul.Clar. quem refert Cherian.in iam citato loco.& tradit Io.Igne.in d.l.fideicommiſſum.nu.261.ff.ad Syllan.qui ſubdit, quòd hoc in caſu ceſſaret præſumptio fraudis, ſi motu proprio à ſuperiore ad clericatū is promotus fuerit.

Hæc autem, quando quis feciſſet votum clericatus, vel introeundi religionem ante patratum delictum, nullo modo conſiderare oportet: quoniam tunc nullo modo à Iudice laico puniri is poſſet, cum uotum hoc delicti tempus præceſſerit, ſicut concludit Iaſ.in d.l.cum quædam puella.nu.11.ff.de iuriſd.omn. iud. & alij quos recenſet Viui.d. opin. 112. illorum opin. dicens eſſe magis communem, & ꝙ eam ſequūtur omnes Criminaliſtæ varijs in locis, & in practica ſeruari, prout cum caſus contigiſſet in Ciuitate Aquilæ ſeruatum fuiſſe ait: cauſa enim diſcuſſa coram Iudice laico, & allegato voto ante homicidium emiſſo de aſſumendo habitum clericalem, fuit ad Iudicem eccleſiaſticum quidam remiſſus, qui ob homicidium carceratus aufugerat, & aſſumpto habitu clericali iterum in eundem carcerem reductus fuerat, & d.votum non aliter, q̄ eius iuramento probauerat, prout ſufficere Viui.concludit in d.loco, & Senatus Mediolanēſis ad triremes damnauit

nauit

nauit bannitum, qui effectus fuerat religioſus ob emiſſum antepatratum delictum religionis votum, vt refert Gallin. vbi ſupra. nume. 5. Prout etiam eadem conſiderare non oportet, quando reus efficeretur poſt crimen perpetratum per eum de fatribus tertij ordinis: tunc enim non obſtante huiuſmodi habitu ita aſſumpto, & voto ante crimen commiſſum emiſſo, minimè poteſt Iudicis ſecularis forum euitare, vt latè ex cõi per eundem Viui. in d. loco. Quid autem de Iudæo, qui poſt commiſſum delictũ, & poſt bannum, & ſententiã efficitur Chriſtianus, vide Dec. conſi. 130. Rui. conſi. 113. lib. 5. Ferrat. caut. 24. Viui. commu. opin. in verb. accuſari poteſt Iudæus. Iul. Clar. lib. 5. Sent. §. fin. q. 51. ver. vlt. quæro. Tiraq. de pœn. cauſ. 25. per totam. Bonacoſſ. com. opin. in verb. Iudęus. Xuarez in theſaur. recept. ſent. in verb. Iudæus. q ſunt relati inter commu. opin. recens collect. lib. 1. tit. 16. de Iudæis. col. vlt. nu. 54. 55. & concludunt ex communi, vt per eos, poſt alios, quos alleg. poſſe puniri, præſertim ſi in fraudem hoc fecerit, & in homicidio, vt per S. Tho. relatum per Tiraq. d. cauſ. 25. nu. 7. Piè tamen talibus Princeps pœnam indulgeret, vt poſt S. Thom. per eum relatum dicit Tiraq. d. loco.

309 Sunt, † & alia etiam conſideranda, animaduertendaq; antequã Iudex ad ſententiæ executionem decurrat, quæ pro Regnicolis ponit Afflic. in d. conſt. pœnam eorum. vbi ponit multa requiſita, quæ ad validitatem foriudicationis concurrere debent, vt ficta confeſsio valida reſultet, & ſuos ſic poſsit operari effectus, atque ita etiam effectum condemnationis, & executionis, quibus non concurrentibus bannum eſt nullum, vt per Afflic. in d. loco. & Carauit. ſuper rit. magn. cur. vicar. ritu 210. nu. 3. Foller. in prac. cri. in verb. bãniantur. & in verb. foriudicentur, & Cyrill. in ſua ſum. crim. par. 1. tit. ſi reus in ius voc. non ierit. §. 2. col. fin. in princ. Et pro alijs etiam Regionibus ſtatuta habentibus, & cõſtitutiones, quæ pro confeſsis, & conuictis habent cõtumaces. idẽ Afflic. eò loci. & Marſ. in prac. crim. §. poſtquàm. & Foller. in d. verb. & ſi confitebuntur. 4. par. 3. par. nu. 5. vſque ad nu. 26. vt etiam Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius. in d. verb. mortuo itaq; teſtatore. 1. par. 2. nu. 160. & alijs ſeq. qui ſimiliter plura ponit à Iudice animaduertenda antequàm ad condemnationem procedat contra contumacem, tanto magis hæc, & alia, quæ ſupra diximus hoc cap. & quæ ex diſcurſu iſtius tractatus, vt etiam Nell. de bannit. colligi poſſunt, animaduertenda poſt ſententiam ante executionẽ, quanto maius, vt diximus ſupra in præfat. num. 89. oritur præiudiciũ. auth. multo magis. C. de ſacro. eccleſi. c. vbi periculũ. de electio. in 6. ad eos recurre, ſi aliqua ex eorũ dictis è mẽte fortè exciderint.

Viſo



310 Viſo † ergo (vt in ſumma omnia contraham) per Iudicẽ proceſſu, & quòd ita repertum fuerit, conſtare de corpore delicti, ipſumq; bannitũ nõ eſſe innocentẽ, ſed vel legitimas adeſse probationes tam reſpectu delicti, quàm qualitatis illud aggrauantis, vel aliàs legitima vrgere indicia, non debilia, & leuia, riteq; & rectè fuiſſe proceſſum, ipſamq; ſententiam ita vitio nullitatis aliquo ex capite non ſubiacere, nec aliàs illam eſſe iniquam, & iniuſtam tam reſpectu delicti, quàm pœnæ impoſitæ, & latam etiã ſuper delicto, quod in bannitũ cadere poteſt, & contra ipſum bannitum voluntariè contumacem, non etiam ab alio data opera fugatum, neque ad comparendum aliàs impeditũ, & ꝙ aliqua exceptio oppoſita non fuerit, quæ ſi à principio oppoſita fuiſſet, proceſſum, & ſententiam ferri impediuiſſent, vel quòd Iudex petitũ terminum ad probandum cauſas abſentiæ facti non contempſerit, & quòd demum eſt Iudex competens, poterit ad executionẽ deuenire, habita tamen ratione ętatis, prout de iure, & ex forma ſtatutorum, & conſtitutionum haberi debet, vt etiam habita ratione, qui nam inter plures, ſi plures vna ſententia condemnati fuerint pro eodem facto, verè fuerit homicida, vel author, aliàs ſuperſedendum eſſet ex prædictis.

311 Nec † talis bannitus, & condemnatus præſumptione iuris, & de iure, quam pro ſe haberet, poterit ſe tueri, quemadmodum ei non prodeſſet ad impediendam ipſius ſentẽtiæ prolationẽ, quoniam ea non obſtante, poteſt propter fictam confeſsionem ex cõtumacia inductam condemnari: dicta enim ficta confeſsio talẽ tollit præſumptionem, quemadmodum eam tollit vera confeſſio, ſecundum gl. in auth. ſed iam neceſse. C. de donat. ante nupt. nec tunc dicitur admitti probatio contra præſumptionem iuris
312 & de iure, quia confeſsio, † quæ contra talem præſumptionẽ recipitur, nõ dicitur propriè probatio, ſed à probatione releuatio, vt dicit Panor. in rubric. de confeſſ. & de probatio. & ita in proprijs terminis tradit Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius. in verb. mortuo itaque teſtatore. d. nu. 169. & dicit, ꝙ in Regno Franciæ proceditur contra contumacem, etſi Iudici conſtaret pro reo, ꝙ per præſumptionem iuris & de iure tueri ſe poterat, & dixit Bar. in l. abſentem. ff. de pœnis, vt etiam Bar. idem conſuluit in d. conſi. 100. quẽ refert, & ſequitur Nell. de bannit. 3. par. 1. temp. q. 6. Vt nec tueri ſe poſſet bannitus, & condemnatus ex eo, ꝙ ſententia lata eſſet in pœnam, vtputa homicidij ex relatione peritorũ, qui dixerũt, vulnus fuiſſe mortale, ſiue id retulerint ex forma ſtatutorum, & bannimentorum, ſiue ex iuſſu Iudicis, qui illos miſerit ex officio ad inſpiciendum vulnera, ſecundum practicam,

T de

de qua per Blanc.in prac.crim.fol.131.nume.72.quam refert Iul.
Clar.lib.5.ſent.§.homicidium.verſi.ſed pone.de qua nos alibi di
ximus. Nam licèt hoc in caſu ſententia ita lata ex conſilio perito
rum non tranſeat in rem iudicatam, & ideo poſsit quandocunq;
retractari ex conſilio aliorum magis peritorum, vt in ſpecie tra-
* dit Afflic.dicens hanc eſſe cõmunem opin.in 1.par.conſt.regn.
rub.13.num.47.Hæc tamen opinio admittenda non videtur poſt
condemnationem, cum aduerſus ſententiam latam in contuma-
ciam in cauſa criminali ſublatum videatur omne remedium per
dictos Motus proprios,& habetur per Iul. Clar. in d.§. homici-
dium.§.ſed pone. qui dicit, ꝙ apud Mediolanenſes talis opinio
non admitteretur poſt condemnationem, cum aduerſus ſenten-
tiam latam in cauſa criminali ſublatum ſit omne remediũ a con-
ſtitutione illius Ducatus. Et ideo iſte bannitus eget reſtitutio-
ne Principis, & non conſtituto in carceribus audiri non debet,
cum nec ante ſententiam deſuper latam audiri deberet, quod a-
* pud Mediolanenſes ſeruari dicit Iul. Clar. in d. loco. apud quos
(vt ille refert) ita ſeruatur,quia cõſtituto reo in carcere ante ſen-
tentiam auditur ad probandum contrarium per alios magis pe-
ritos,non obſtante relatione iam facta per alios peritos,& citato
fiſco,ac parte offenſa,fit electio peritorum, qui eſſent extra om-
nem ſuſpitionem,& cum magna cauſę cognitione,ne forte,ſi ali-
ter fieret, fiſci intentio deſtrueretur.

313 Vt nec † etiã tueri ſe poterit præſcriptione, vt quia poſt quin-
quaginta annos poſt ſententiam captus fuerit, vel etiam poſt vi-
ginti annos,iuxta l.quærela.C.ad l.Corn.de falſ.l.in cognitione,
vbi poſt gl.aliquid ſcripſit Io.Igne.ff.ad Syllan.l.propter veneni,
circa prin.ff.eo. tit. eò quod ſententia contra eum lata, & de cu-
314 ius executione agitur,eſt conditionalis,quæ impleri, † nec inci-
pere poteſt,niſi poſtquàm in fortiam curiæ perueniſſet: bannitur
enim,& cõdemnatur contumax ita vt ſi deinceps in fortiam Cu-
riæ deueniret, ducatur ad locum iuſtitiæ, & ibi decapitetur, vel
furcis ſuſpendatur,vt poſt alios, quos alleg. tradit Burſat. conſil.
416.nu.8.ver.1.quod bannitus.lib.4.Rimi.iun.conſi.612.nu.17.
vol.6.& ob id tempus nõ incipit antea currere, quàm in fortiam
curiæ peruenerit.arg.l.1.in fi.C. de annal. exceptio.l. cum notiſ-
ſimi.§.in his.C.de præſcrip. 30. ann.ita in terminis tradit Bal. in
l.data opera.col.15.C. qui accuſ. nõ poſ.quem refert,& ſequitur
Foller.in prac.crim.in verb.captis foriudicatis recognoſcantur.
nu.7.vt etiam eum refert,& ſequitur Io ã. Igne.in l. Caius Seius.
nu.29.ff. ad Syllan. qui veram exiſtimat hanc deciſionẽ, non ta-
mẽ illius rationem per Bal.aſsignatam,eò quòd cõtradicit l.1.§.





biduum.ff.quand.appel.ſit.dum ille tex.quærit † de ſententia ſub
conditione lata, an ex tẽpore latę ſententiæ tempus ad appellan
dum currat.& in fin.d.§.dicitur. Et eſt vtile ſtatim tẽpora ad ap-
pellandum computari debere. Igitur tpe præſcribitur non tantũ
quinquaginta annis,ſed viginti etiam,iuxta d.l. quærela. & ideo
putat Ign.Baldi deciſionem eſſe veram, vbi facto rei ſententia Iu
dicis executioni mandari non potuit,quia continuo abſens fuit,
vt per eum ibi,& in l.in cognitione.ff.eo. tit. & ſequitur Nell. de
bannit.2.par.2.temp.q.64.Boſſ.in tract.cauſar.crim.tit. quomo.
proced.p actio.in delict.nu.19.Rimin.iun.in l.1. ff. quod quiſq;
iur.nu.250.qui ſubdit,ꝙ hinc videmus,ſentẽtias criminales,mul
ctas, & alias condemnationes iam diu promulgatas contra reos
tunc abſentes,& contumaces,d.reis poſt dudum tẽporis depre-
henſis,& in carcerem coniectis, aduerſus eos exequi per ſucceſ-
ſores in Magiſtratu,vel mutato Principe, ſub quo latæ fuerant.

Quàmuis ea ratio præſcriptionis, quæ ante accuſationem, vel
inquiſitionem decurriſſet,(quæ ius tollit accuſandi, & inquiren-
di regulariter, ſcilicet quoad omnia delicta,exceptis tribus, vide
licet ſuppoſiti partus,parricidij,& concuſsionis,vt latè per Frãc.
* Balb. in tract.de præſcrip.4.par prin.q.2. Iul. Clar. ex communi
lib.5.ſenten.§.fi.q.51.in prin.Burſat.conſi.225.nu.145. vol.2. &
Foller.in pract.crim.in verb.foriudicetur.nu. 17.& alijs ſeq.) ha
* beri debeat,quæ de iure habenda erit, prout ſeruat magna curia
Vicar.vt dicit Foller.in d.loco.nu.26.in fi.Et quidẽ habẽda erit
ex ſententia Bal.in l.vt vim.col.1.ff.de iuſt.& iur.vbi inquit,ꝙ Iu
dex nunquàm ex capite ſuo debet aliquẽ condemnare,qui defen
ſionem iuris ciuilis, vel municipalis habet, puta præſcriptiones
inductæ à lege, vel ſtatuto; quia paria ſunt punire innocentem,
vel punire nocentẽ, qui damnari non debet, vt quia ſit præſcri-
ptum.& voluit Bero.conſi.167.nu.5.vol.3.ꝙ vbicunq; à lege, vel
à ſtatuto certum tempus eſt ſtatutum ad inquirendum de crimi-
ne,illo tpe elapſo,ius procedendi de eo crimine perit, adeo ꝙ de
ipſo amplius cognoſci non poteſt.l.ob commiſſa.& ibi gl. in verb.
prætendas.ac doct.C.de adult.l.mariti.C.eo.tit.l.vnic. C. vt oẽs
iud.tam ciuil.quàm crim.Dec.in c.at ſi clerici.num. 5.de iud.vbi
confeſsio rei,qui præſcriptione ſtatuti tutus eſt, non præiudicat,
nec ex illa condẽnari põt.& ait Maria. Socin. ita tenere in c.1.de
accuſat,vt refert ſe ita conſuluiſſe, & citat Dec. ꝙ ipſe dum lege-
ret Piſis,vidit originaliter conſiliũ Soc. & cum ſimilis caſus iterũ
accidiſſet,ita iudicatũ fuit, & in facti contingentia ita iudicatum
fuiſſe, & delinquentem in pace dimiſsũ atteſtatur ẽt Iul. Clar.d.
q.51.in prin.quem refert Burſat.d.conſi.225.nu.145.vol.2. qđ &

voluit Bal.in c.fi.col.6.verſ.pone ꝙ maleficiũ. de offi. deleg.quęrit.n.ibi Bal.pone quod maleficium eſt notorium, elapſum tamẽ eſt tempus datum ad inquirendum ſecundum formam ſtatuti, tandem reus maleficium confitetur, vtrum poſsit ex iſta confeſſione condemnari? & decidit,quòd non, quia quoties quis confitetur id, cuius nomine cum aliquo non ſit actio, non valet confeſsio.l.confeſsionibus.ff.de interrog.actio. ſed poſt præſcriptionem ipſo iure accuſatio abolita eſt, immo & ipſum maleficiũ. accuſatio autem eſt abolita quoad publicam iniuriam, maleficium autem quoad priuatam,ita ꝙ nulla actio eſſe poteſt.l.ſi cum exceptione.§.ſatis.ff.quod met.cau.l.ſi vnus.ff. de iniur. confeſsio ergo non valet.quod ait notandum, & plures cumulat Maſcard.de probat.vol.1.concluſ.351.nu.5.& concluſ.357.nu.15.eod. vol.1.
* & hanc eſſe receptam Doct.ſententiã firmat Bero.d. conſi.167. nu.13.vbi ex hoc dicit, ita declarandum tex. in d.c.1.de accuſat. & quod voluit Innoc.in c.qualiter & quando.de accuſat. vbi ꝓbatur,ꝙ ſtante confeſsione delinquentis in iudicio facta,non debet attendi,an ſeruata fuerit forma iudicij, ſeu ſtatuti, quia hoc non procedit, quando reus eſt tutus præſcriptione ſtatuti.& prędicta refert,& ſequitur,& ex Bero.in d.loco. dicit hanc eſſe rece-
* ptam ſententiam Rolan.à Valle.conſil.94.num.9.& alijs ſequen. vol.3.Et ſi hæc procedunt in vera confeſsione, ergo multò magis in ficta,vt aliàs arguit idem Rolan.conſi.31.num. 11.& alijs ſeq. vol.1.& in terminis fictę confeſsionis ita cõſuluit Bal.conſi.245. vol.5.& Bertazol.conſi.276.nu.2.lib. 2. ut etiam ſi hæc procedũt ante condemnationem,ne ſequatur, multo magis procedere debent ante executionem, quæ maius, vt aliàs diximus, infert præiudicium.auth.multo magis.C. de ſacroſ.eccleſ. cum ſimil. quod præſertim procederet, ſi ex forma accuſationis, & inquiſitionis appareret impoſsibilitas accuſandi, & inquirendi, quia non poterat contumax poni in banno, nec condemnari, vt poſt Bald. quem alleg.tradit Albert.Brun.de ſtatutis. in verb. terminus.ver ſicu.ſtatutum dat terminum.

Vt etiam bannitus captus iuuare ſe non poterit cancellatione banni facta à non habente authoritatem,vel ab habente, ſed non ſeruata forma mandati: quàmuis.n.cancellatio tollat,& annullet prorſus diſpoſitionem,& actum cancellatũ. l.ſi præſes. & ibi Bal. C.quomod. & quand. iud. Guid. Pap.conſi.84. nu.4. Tiber.Decian.conſi.91.nu. 16. vol. 3. & ita operetur liberationem ab ipſo banno.l.inductum.C.de ſolutio.per Bal.in l.noſtram.C. de teſti. Ioan.Andr.ad Spec.tit.de accuſatio.verſi. cum bannum. vbi ſubdit, quòd habet vim ſententiæ. & ſequitur etiam in terminis





cancellationis banni.Rimin.ſen.conſi.68.nu.14.vol.1.quando tamen facta eſt à non habente authoritatem, vel ab habente, ſed non iuxta formam mandati,non valet.l.1.ff.de his, quæ in teſtamen.delent.& plenè not. in l.noſtram.C.de teſtam. cum alijs, vt per Bal. qui ita in terminis conſuluit, conſi. 402. lib.1.hinc concludens, bannitum impune offendi, & occidi poſſe, quàmuis à banno cancellatum, ſed nulliter à non habente authoritatem,vel ab habente,ſed non ſeruata forma mandati, vt quia non conſtabat de pace ante cancellationem,vt conſtare oportebat ex forma mandati, & citato ad hoc procuratore fiſcali: ſic enim cancellatione exiſtente nulla, remanet ſubſtantia condemnationis, vt latè per eum ibi. Prout etiam quando facta eſt à Notario habente authoritatem vigore reformationis, ex qua tamen duo tantum cancellari deberent, & ipſe aſſerens ſe facere vigore,ac virtute d. reformationis omnes cancellauit, & ita etiam bannum, de cuius executione ageretur, cum deberet duos tantum cancellare, non prodeſſet, & poſſet nihilominus ſententia exequi: cancellatio enim reſtringitur ad cauſam, propter quam facta fuit, & quoad alios ita pro non facta habetur. vt eſt tex.in l.2. ff. de his quæ in teſtam. delen. & ibi per Barto. in terminis.& per Nell. de bannitis.3.par.2.temp.quæſt.75.nume.75. qui idem dicit, ſi vnus plura haberet banna, & ex aliquibus cancellari deberet, & fuit ex omnibus cancellatus eadem ratione. Et idem dicendum eſt, ſi Notarius deberet vigore gratiæ, vel ſententiæ abſolutoriæ vnũ, vel duos ex pluribus in eadem ſententia bannitis, & condemnatis cancellare, & tamen omnes cancellauerit, aſſerens ſe facere virtute d.gratiæ, vel abſolutionis, vt cauſam huiuſmodi exprimere ſolent Notarij ſententias condemnatorias cancellantes, & proceſſus: reſtringitur enim cãcellatio ad cauſam, propter quã facta fuit,& ita ad eos tantum,qui comprehenduntur vel in gratia,vel in abſolutione. adeo quòd quoad alios cancellatio nulla eſt,& non prodeſt, per prædicta.& ideo Bar.in d.l.2.ff.de his quę in teſtam.delen.dicit, quòd ſi ex pluribus condemnatis vnus ſoluat,& cancelletur,condemnatio poterit nihilominus exequi contra alios, quia cancellatio facta fuit ob ſolutionem vnius, & ad alium non extenditur,ſed ad ſuam cauſam reſtringitur. & ſequitur prædicta Ioan.Petr.Surd.conſi. 16. nu.25. vbi ex alijs etiam id comprobat. vol.1.

Neque etiam ſe iuuare poterit bannitus captus ſaluo conductu rebannitioneq́;, & remiſsione per eum obtentis ab alio, q̃ à Rom.Pont.ex expreſſa diſpoſitione d.motuũ propriorũ Pij IIII. & Pij V. & prædeceſſorum, quibus expreſsè diſponitur, ꝙ tales

ſalui conductus,reductio,reuocatio in patriã, rebannitio, & caſſatio proceſſus, & banni, veluti nulli, & nullæ, nulliusque roboris,vel momenti,non proſint,& poſsint, & debeant illis non obſtantibus ſententiæ executioni demandari,etiam quòd à Legato de latere hæc conceſſa,& indulta fuiſsent. Et ſi ab ipſo Rom.Pôt. bannitus gratiam obtinuiſset, adhuc ei non ſuffragaretur, niſi forma in d. Motibus proprijs expreſſa ſeruata fuerit. & propterea qui in d.conſtitutiones contra homicidas,ac rixoſos, ſeu tumultuarios emanatas inciderit, abſolutioneq́; , vel quamuis gratiam aduerſus illas impetrare voluerit,vt ſubſiſtant,his,vel ſimilibus clauſulis vti omnino debet in clauſula non obſtãtibus &c. in ſupplicatione apponi ſolita,videlicet non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, nec non Pij II.Sixti IIII.Iul.II.Leo.X.Clemẽ.VII.Pij IIII.Pij V.ac quorumcũque aliorũ S. V.prædeceſsorũ,ac S.V.literis cũ quibuſuis verborum clauſulis etiam fortiſsimis, ac derogatariarum derogatorijs,ſub quibuſuis tenoribus, & decretis quomodolibet conceſsis,confirmatis &c.etiam ſi de ijs ſpecialis,& indiuidua,& nõ per clauſulas generales mentio facienda, vel totus tenor inſerendus eſset,etiam ſi in illis expreſsè caueatur, ꝙ ſint ſimiles gratiæ nullæ, niſi per trinas literas cum interuallo certi temporis conceſsæ, ac ſpecificata, & determinata cauſa exprimeretur,q̃ Rom. Pont.induceret ad derogandum literis Sixti præfati,ſeu aliorum Rom.Pont.& ſuis.ita admonet Quintil.Mandoſ.in tract.de ſignatura gratiæ.in verb.Abſolutiones,& Rehabilitationes. verſi.poſtremo aduertendum eſt.fol.83.putans, quòd abſque ijs clauſulis reſcriptum inualidum eſset.Vt nec iuuare ſe poſset, ſi ex alijs etiam cauſis reſcriptum nullum, & inualidum eſset, vt quia impetrans cauſam condemnationis non narrauerit, vel mentionẽ non fecerit alterius gratiæ ob aliud delictum, ſi eam aliàs obtinuit.Io.de Arno.ſing.11.Burſat.cõſi.177.nu.22.& alijs ſeq. lib.2. vbi tria dicit requiri,vt gratia valeat.& Menoch.conſi.185. nu.3. lib.2.vt etiam idem Menoch.poſt alios, quos alleg. tradit de arbitra.iud.caſu 203.num.30. & alijs ſeq. qui tamen admonet poſt eos per ipſum alleg. ꝙ ſi prima gratia non fuit ratione delicti in eadem ſpecie,ſed in diuerſa, debet Iudex ab executione ſuperſedere,& Principem cõſulere,vt per eum ibi,nu.32.vt etiam ſuperſedendum videtur,& Principem eſse conſulendũ, quamuis prius delictum eſset in eodem genere. ita loquuntur Docto. quos ille allegat,ſcilicet Alciat.in cap.cum non ab homine.num. 44 extra de iud.& Couar.lib.1.variar.reſolutio.cap.fin.nu.8.et ſubdit Alciat.in d.loco,quòd parte petente,ſtatui debet terminus, vt Principem





cipem conſulat.Quod etſi æquiſsimum ſit, non putat tamen neceſſarium Couar.in d.loco.cuius contrarium exiſtimat Ant. Sola in eius commentar. in conſtit. antiquas Ducat. Sabaudiæ, & Principatus Pedemont.tit.de indulgen. & remiſsio. & gratijs.gl. 1.nu.9. ſuper tex. car. 72. Decret. ſi ab eodem Principe gratiam reus obtinuiſſet, à quo primam impetrauerat, maximè ſi ab vna ad alteram longũ temporis interuallum non interceſsit, ex not. per Fely.in c.veniens.verſi.quia Papa.de præſcriptio.cum certus vlterius certiorandus non ſit. glo. in c. eum, qui certus.de regu. iur.in 6.Rot.deciſ.48.tit.de citatio.Neuiza.conſi.70. nu.10. Qđ ſi longum temporis interuallum decurriſſet, quum Princeps pluribus implicitus negocijs ne dum aliorum, ſed propriorum etiã immemor præſumatur.c.cęterum.de reſcrip.c.ex parte. 1. de off. deleg.Rip.reſponſ. 174.nu. 8. non ita erit neceſſaria perquiſitio mentis ipſius, vt per eum ibi alias nullitates ex obreptione,& ſubreptione orientes,quæ gratiã reddunt nullam, & inualidam ex alijs intelliges:vix enim finis illarũ reperiri poſſet.& ſi aliàs gratia eſſet valida prodeſſet,licet bannum cancellatum non eſſet, vt plene diximus ſupra, cap. 3.

316 Et † in omnibus prædictis caſibus, & in alijs,quorum rationẽ Iudex habere debet, antequàm ad ſentẽtiæ executionem decurrat,animaduertere debet,ne bannitos abſoluat:non enim abſoluere poteſt,quàmuis etiam de innocentia ſibi conſtaret,vel aliàs de notoria nullitate,aut iniquitate,& iniuſtitia banni, & ſententiæ appareret. Nam cum ſemel per ſententiam functus fuerit officio ſuo,non poteſt amplius manum apponere, quod clarum eſt in prædictis,& alijs ſimilibus caſibus,vt per Boſſ. in trac. cauſar. * crim.tit.de remed.contra bannum.nu.2.& in fi.verb. & communem dicit Ant.Gomez.cap.8.delict.nu.4. quẽ poſt Iul. Clar. quẽ alleg.refert Fichard.in ſuis commun.opinio.in verb. executio.relatus inter communes opinio.recens collect.tom.2. lib.7. tit.15. de execut.rei iud.nu.21.& dicit Io.Igne.in q.An Rex Frãciæ &c. nu.124.id generale eſſe in omnibus. & ſupra diximus hoc cap.nume.47.& idem reſpondit Ruin.conſi.21.nu.2.lib. 4. & tradit Iac. Menoch.de arbitr.iud.q.92.nu.5. quàmuis hoc intelligat eſſe eorum Natt.conſi.444. in fin. vbi ſententia lata eſt ex veris probationibus,& tranſiuit in rem iudicatam, verùm ſi lata ſit ex fictis probationibus, & in caſibus in quibus ſententia non tranſiuit in rem iudicatam, tunc à Principe eius retractatio petenda non eſt, ſed ſatis eſt,ꝙ à Iudice petatur,vt per Domi. in c.venerabilis. §. porrò.col.2.de ſenten.excom.in 6.& Fely.in cap. lator. 7. declarat.de re iudic. Sed tutius eſt conſulere Principem, præſertim in

ſtatu Eccleſiaſtico,in quo virtute d.Motus proprij Pij IIII.ſentẽtia, quamuis in contumaciam tranſit poſt certum tempus in rem iudicatam. & tollit præterea bannito capto defenſionem,quo in caſu nec nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis allegari poteſt,vt per Bal.in l.reos. ver. venio ad quartum. C. de accuſatio. nu.28.quem refert,& ſequitur Ant. Gabriel.lib. 6. commu. concluſio.tit.de ſtatutis.concluſ.3.nu.22.in 6.limit. niſi ipſo iure iuriſdictio denegaretur, vel radicitus Iudex nullam habuit iuriſdictionem,hoc enim in caſu nullitas hæc allegari poſſet, vt per Bal. in d.loco,& in l.1.nume.8.verſicu.vltimo noto.C.ſi à non compe
317 ten. iud. Prout † nec debet ſententiam exequi, ſed debet ſuperſedere, & cõſulere Principem, narrando ei ſtatum cauſæ, proceſſus,& condemnationis,qui prouidebit aliquãdo reſcribẽdo bannitum admittendum eſſe ad nouas defenſiones, præſertim ſi eſſet capitaliter bannitus. aliquando pœnam minuet capitalem, & in mitiorem pœnam illam commutabit modo ad triremes condemnando, & modo in pœnam pecuniariam,iuxta criminis, de quo ille eſt bannitus,& indiciorum, quæ contra illum ex proceſſu laborant,efficaciam, & qualitatem. ita inquiunt Boſſ. d.tit.de remed. contra bannum. poſt nu.1.& Io. Bapt. Plot. d. conſil.72.
* poſt nu.28.35.& 36.tom.2.conſi.crim.& d.conſ.52.vol.1.eius cõſiliorum, & videmus quotidie obſeruari,& Principem conſulendum eſſe in huiuſmodi caſibus,tex.eſt,& Docto.in l.diui fratres. ff.de pœn. quem tex. pro ſing. alleg. Abb.in c.2.de purgat. vulg. & bonus text.in d.cap.2. & ibi Inno. per quem dicit Bald. in l.1. ad fin. C. de confeſſ. quod per nouam notitiam innocentiæ rei etiam confeſsi, ac etiam condemnati in executione ſuperſederi debet. & ideo dicit idem Bald.in l.addictos.propè fin.C.de epi-
318 ſco. audien. quod † tunc omnimodo debet executor executionem differre corporalem per l.1.§.fi.ff.de quæſtio.vbi etiam Bar. dicit,quòd Principi reſcribi debet, vel alij habenti iura Principis per illum tex.prout etiam Angel.& Saly. in l.à diuo Pio. col. antepenul.ff.de re iudic. tenent, quòd Iudex videns ſententiam iniuſtam exequi eam non debeat, & prædicta etiam ſequitur pręcitatorum Docto. authoritate in d.locis Felyn. in c. conſanguinei.numero 4. de re iudica. vt etiam ſequitur Ioan. Ign. in d.diſput. An Rex Franciæ. poſt d. nume. 124. vbi allegat ad hoc Bar. in pluribus locis.
319 Et ſi † conſilium hoc ſignificãdi Principi ſtatum cauſæ,& proceſſus obſeruandum eſt antequàm ſententia feratur,ſi Iudici notum eſſet, Meuium puta homicidij, vel alterius capitalis criminis reum poſtulatum innocentem eſſe, quàmuis aliàs crimen duob.

vel



vel tribus teſtibus probatum eſſet, quia fortè qua nocte id facinus admiſſum eſt,Iudex ipſe, & Meuius pernoctauerãt inſomnes ad chartas pictas,vel ad aleam ludendo, quod non raro accidit, vel cum fœmina pernoctauerat, quæ illius homicidij rea dicebatur.Nam poteſt Iudex hoc in caſu contra veritatem, & innocentiam ſibi; vt priuato tamen, & ex particulari eius ſcientia notã talem reum ſine peccato damnare,vt tenet S.Thom.2.2.q. 67.artic.2.& 2.2.q.64.art.3.ad tertiũ.Alex.de Ales.par.3.q.40. mẽbr. 6.art.2.Richar.q.26.art.3.Dom.Sotus.lib.5. de iuſt.& iur. q. 1. qui refert idem tenere etiam Petr. de Tarentaſia.Barto. & alij in l.illicitas.ff.de offi.præſid.alios tum Legiſtas, tum Canoniſtas,& Theologos recenſet Couar.d.cap.1.lib.1. variar. reſolutio. poſt nu.6.ver.6.eadem opinio. ex quibus, & his, qui ab eis citantur,
* conſtat hanc ſententiam magis communem eſſe, vt ſcribunt eam ſequuti plures,quos recenſet idem Couar.vbi ſupra, qui expreſſim etiam ex Caiet.Silueſter.& Do.Soto.teſtatur hanc opi.Theo
* logis frequentiori calculo probatam eſſe, vt ẽt ex eiſdem eſſe cõmunem,receptiſsimãq; Theologorum opinionem,& ꝙ etiam eſt communis opinio tam Legiſtarum,quàm Canoniſtarum teſtatur Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap.14.poſt nu.4.ver. & talem cauſam, quàmuis ipſe eam non probet ſequutus opinionẽ Accurſ. Hugo. Calder. Abb.Sum.Angelic. & Nicol de Lyra in locis per eum ibi alleg.qui hoc in caſu ſenſerunt, quòd potius debeat Iudex munere, & officio Magiſtratus abſtinere, aut deſiſtere,quàm talem innocentem ſententia ſua ad mortem damnare, & priorem opi. nouiſsimè ſequitur Maſcard. poſt hæc ſcripta editus de probatio. vol.2.concluſ.948. nu. 11. & 17. & Fichard. dicens commu-
* nem relatus inter communes opinio. recens collect. to.2. lib.9.
320 titu.1.de public. iudic.nume. 15. Licèt ſatius † eſſet, teſtium falſitatem diligenter inquirere, & præter hoc quamlibet tentare viam, vt innocens eius teſtimonio abſoluatur, hoc ipſum Principi, vel Reipublicæ ſignificando: forſan enim Princeps Iudicis aſſertioni eius probitate perpenſa publicè omnibus cognita, fidẽ adhibebit: ita inquit Couar.d.cap.1.lib.1.var.reſolutio.poſt nu-
321 me.9.verſi. ſeptimo ſunt qui. tenetur † enim quilibet etiam non requiſitus ſubuenire proximo, ne damnum vel in bonis, vel in corpore iniquè patiatur,veritatem denunciando ei, qui prodeſſe poſsit, vt per Couar.in d.loco.qui ad hoc alleg.S.Tho.2.2.q. 70. artic.1.& ibi Caieta.& tex.quem dicit optimum in cap.noli timere. 11. quæſt.3. & in cap. intimauit. vbi Abb. & Felyn.de teſtib. Dom. Sot. in tract.de ſecret. tegen. vel detegen.membr.2. q. 7. Nauar.in cap.inter verba.11.q.3.corrolar.63. Quantò magis obſeruandum

ſeruandum

ſeruandum erit poſt ſententiam antequàm exequatur, cum ma-
ius ex executione, quàm ex ſententia (vt aliàs diximus) oriatur
præiudicium, vt cautius etiam ſic agendum ſit. cap. vbi periculũ.
de electio. in 6. cum ſimil. Et licèt poſt ſententiam Iudex ſufful-
322 tus ſit authoritate rei iudicatæ, † quæ pro veritate habetur. l. res
iudicata. & ibi Cagno. ff. de reg. iur. l. ingenuum. ff. de ſtat. homin.
& ibi Bal. not. Vaſ. d. cap. 14. poſt d. num. 4. verſi. quid dicendum.
lib. 1. controuerſ. illuſtr. & veritati præualet, etiam quæ ſatis no-
ta ſit ipſi executori. cap. paſtoralis. §. quia verò, de offic. deleg. &
ibi Doct. Couar. d. cap. 1. lib. 1. variar. reſolut. poſt nu. 4. ver. Quar
to vlterius. tamen & ante ſententiam ſuffultus eſt probationibus,
323 ex quibus † vt iudici ſibi notis, non ex his, quæ priuatim ex par-
ticulari ſcientia perceperit, ſententiam dicere debet. glo. in c. 1.
de offi. ordin. cum alijs cumulatis per Couar. in d. loco. d. verſi. 6.
eadem opinio.

324 Et ſi † apud Principem Iudex obtinere non valeat huius inno
centis abſolutionem, nec aliud ſit huic innocentiæ tutum refu-
gium, poterit Iudex abſque animę periculo, ac tenebitur ex pro-
batis ſententiam ferre, vt ſentit præter alios S. Thom. 2. 2. q. 64.
art. 6. ad 3. & Caietan. 2. 2. q. 67. art. 2. ad fin. & Couar. d. c. 1. lib. 1.
325 variar. reſolut. d. nu. 9. in fi. & iam † latam ſententiam ita etiam po
terit exequi, quàmuis iniuſtam, & tenebitur, ſi Princeps ſenten-
tiam omnino exequendam reſcriberet. Bar. in l. à diuo Pio. §. ſen
tentiam Romæ. col. 2. de re iud. Ant. de Butr. & Imo. in d. c. 1. de
offic. ord. Fely. in d. c. cognouimus. nu. 6. de ſent. & re iud. Boſſ. in
326 trac. cauſar. crim. tit. de homicid. nu. 96. † prout etiã ſi Princeps
nihil reſcriberet, poteſt, & tenetur Iudex ſententiam exequi, ut
per Alex. in l. à diuo Pio. col. vlt. ver. vlt. Ang. ff. de re iudi. quem
refert & ſequitur Boſſ. in d. tit. de homicid. nu. 99.

327 Quinimò † in tantum tenetur Iudex exequi mandatum Prin-
cipis, quod obediendum eſt, etiam ſi Officiali mandaret, vt ali-
quem ſine proceſſu, & ſine cauſæ cognitione ſuſpendi faceret, aut
aliter morti traderet: poterit enim Officialis tale mandatũ exe-
qui licitè, & ſine peccato, vt tradit Cy. in l. reſcripta. C. de precib.
Imper. offeren. quem plures ſequuntur, quos recenſet Fely. eum
etiam ſequutus in cap. quæ in eccleſiarum. nu. 82. de conſti. & cõ-
* muniter à Doct. approbatur, vt teſtatur Cagnol. in l. velle nõ cre-
ditur. nu. 15. in fi. ff. de reg. iur. quem refert Iul. Clar. lib. 5. ſent. §.
fin. q. 60. ver. ſolet dubitari. circa fin. cuius ratio eſt duplex ſecun
328 dùm Cyn. in d. loco. Prima, quia † Princeps lex eſt animata in ter
ris, §. fi. in Auth. de conſuli. Secunda ratio eſt, quia præſumuntur
329 acta † per Principem legitimè facta. duas alias rationes, & ratio-
nem



nem rationis aſsignat Io. Igne. in d. q. An Rex Franciæ, nu. 126.
& ſeq. prima, & ita tertia ratio eſt fortè magis concludens, quia
330 non eſt, † qui dicat ipſi Principi, cur ita facis. c. quàmuis. de pœ-
nit. diſt. 3. & eum repetit Bal. in prælud. feud. omnes in cap. quan-
to. de translat. prælat. & in cap. propoſuit. de conceſ. præben. Ti-
ber. Decian. conſi. 8. nu. 74. vol. 1. ſecunda, & ita quarta ratio, eſt,
quia error Principis ius facit. l. 3. §. fi. ff. de adim. leg. de quo in l.
1. ff. de conſt. Prin. §. ſed & quod Principi. Inſt. de iur. natur. gen.
et ciuil. et huius rationis ratio ſecundum Io. Igne. vbi ſupra. eſt,
quæ ponitur per glo. in §. furtiuarum. in gl. 1. Inſt. de vſucap. quã
331 ſumpſit ex dicto Iuuenalis, ſic † volo, ſic iubeo, nec inferiori cõ-
petit authoritas diſcutiendi de ratione: ſufficit enim dicere, ita
332 vult Princeps, quia ratio erit in eius mente retenta, quæ † iuſta
præſumitur, vt dicunt Aret. et alij in l. 1. in prin. ff. de acquiren.
poſſ. tex. in l. dubium non eſt. C. de repud. in l. humanum. C. de le
333 gi. ſubdit † tamen Io. Igne. in d. loco. quod non videtur ſibi vera
prædicta deciſio Cyn. quia hoc in caſu iniuſti mandati Principis
(de quo Cyn. loquitur, qui differt ab aliã ſuperiori quæſtione de
Iudice non exequente, ſed ſuperſedente, quando videt ſententiã
iniuſtam, vt animaduertit Boſſ. ne erres, in d. tit. de homicid. nu-
me. 97.) non eſt illicò procedendum ad executionem, ſed ſuperſe
dere Iudex debet, & Principi reſcribere, et ſecundam expectare
iuſsionem, per tex. in l. ſi vindicari, C. de pœn. quæ canonizata
eſt in cap. cum apud Teſsalonicam. 2. q. 3. de quo etiam in cap. ſi
quando. vbi plenè per Fely. de reſcrip. ad idem tex. in §. ſi ꝗs au-
tem. in auth. de mandat. princip. et ibi not. glo. Foller. in conſtit.
item quando literæ. nu. 5. Tib. Decia. in trac. crim. lib. 7. c. 42. ſub
nu. 14. poſt Gigan. de crim. læſæ maieſtat. tit. qualiter proceda-
tur. q. 16. vbi pluribus comprobat, quod communiter teneri di-
* cit Carrer. in prac. crim. fol. 152. nu. 13. ſecundùm Lugdunen. im-
preſsio. quem refert Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fin. q. 97. verſi. item
eſt differenda. & in d. q. 60. verſi. ſolet dubitari. vbi refert etiam
Taeg. dicentem hanc opin. videri magis communem. vt ille di-
* xit in prac. crim. c. 10. nu. 38. & communem etiam dicit ex Car-
* rer. & Iul. Clar. in d. locis Fichard. in ſuis com. opin. in verb. exe-
cutio. relatus inter communes opin. recens collect. tom. 2. lib. 7. ti
tu. 15. de executio. rei iud. nu. 19. quam opin. ſequutus eſt etiam
Ang. in Auth. de mandat. Princip. nu. 1. dicens per illum tex. ꝙ li-
334 cèt ſtatutum † dicat, ꝙ Officialis ſub pœna mille debeat citò de-
capitari facere bannitum, qui in eius fortiam venit, poteſt tamẽ,
& debet executionem differre. & refert, & ſequitur Paris de Put.
de ſindic. in verb. de exceſsibus conſiliariorum. nu. 11. Vnde glo.
in d.

335 in d.Auth.de mad.Princ.in §.deinde,in verb.nuncians.† inuehit
contra eos, qui reclamare non audent contra litteras Papæ, aut
Imperatoris iniuſtas,dicens,quòd tantum abeſt,q̃ reſcribendo,
& reclamando legi,& Principi deſeruiant,quod maximè ſeruiũt,
vt per eam ibi.cui eſt ſimilis glo.in §.fin.in Auth. vt determin.ſit
numer.cleri.in verb.contradicere. vt etiam contra tales exequen
tes talia mandata Principum, & non reſcribentes inuehit Ioan.
Igne.vbi ſupra.& Paris de Put.in d. verb. de exceſsibus Conſilia-
riorum.quem refert Carrer.in pract.crim.d.fol.152.num.13. vbi
336 alios etiam alleg.Crau.conſi.749.nu.25.lib.5.Sed † Boſſ.in d.ti-
tu.de homicid.nu.98.intelligit veram d. deciſ. Cyn. quando Iu-
dex eſſet dubius,an iuſte,vel iniuſte Princeps hoc mandaret,& ta
men bene conſiderando qualitatem perſonę,& cætera omnia,ma
gis inclinat,ut mandatum ſit iuſtum,quàm aliter, prout inclina-
re bebet, q̃ mandatum iuſtum ſit, quando eſſet inſtructus virum
illum decapitandum, ſeu aliter morti tradendum eſse malę con-
ditionis,& manu promptum; aliter ipſe Boſs.arbitratur,q̃ debe-
ret ſuperſederi,& Principi reſcribi,vt ſi ille morti iuſsu Principis
tradendus vir eſset integræ vitæ, & nullo modo poſset in mentē
Iudicis venire,ut ille mortem mereatur: debet enim Iudex ſic a-
nimum ſuum inclinare, quòd mandatum iuſtum ſit, vt per eum
ibi,qui dicit hoc colligi ex dictis per Fely.in d.c.quæ in eccleſia-
rum.verſi. quinta concluſio. & in verſi.recipit. & ſatis idem ſen-
337 tire videtur Io.Igne.in d. loco. dum dicit † expectandam eſse ſe-
cundam iuſsionem, quando Iudici non apparet cauſa, propter
quam mori debeat iuſsus per Principem ad mortē tradi, de quo
338 etiam Fely.in d.verſ.recipit.Sed quicquid ſit, † dicit Iul. Clar.d.
q.60.uer.ſolet dubitari.circa fin.q̃ ipſe non daret amico ſuo tale
conſilium ſuperſedendi,ac differendi, & Principi reſcribendi, &
multo magis quando Princeps eſset iratus, ne ei contingeret id
quod contigit Prætori Variſij,qui vt refert Boſs.in d. tit. de ho-
micid.nu.98. in fin. ſuſpenſus fuit iuſsu Ducis Galeatij Sfortiæ,
quia ille non ſtatim ſuſpendi fecerat quendam hominem, quem
Dux ipſe ſuſpendi mandauerat,quod quandoque Tiranni facere
ſolēt,vt dicit in propoſito Carrer.in prac.crim.d.fol.152. nu.29.
339 vnde infert, quòd † ratione iſtius imminentis periculi exequen-
do, & occidendo Officialis excuſatur, vt per eum ibi poſt alios,
340 quos alleg. Et tamen † iuſto Principi moleſtum eſse non debet,
quòd eius iuſsa, quæ iudici,cui iniunguntur,non iuſta uidentur,
executioni demãdata non fuerint,ut dicit Giga.in trac.de crim.
læſæ maieſta.tit.qualiter in crim.læſę maieſt.proced. q. 16.nu.9.
341 referens † quod de Antiocho tertio Aſiæ Rege ſcribitur:is enim
omnibus



omnibus Regni ſui Vrbibus ſcripſiſſe traditur, quod ſi quid lite-
ris,quæ eius nomine ſcriberentur, eſſet, quod legibus aduerſari
videretur, crederēt ignaro ſe eiuſmodi litteras ſcriptas fuiſſe,&
propterea eis non parerent,& refert ex Gigan.etiam Andr.Gail.
pract.obſeruat.lib.2.obſeruat.58.num.10. Vanderan.in tract.de
priuileg.creditor.cap.1.in fi.Idem in Regno Franciæ iniunctum
eſſe omnibus Seneſchallis, vt ſi aliquæ literę regię præſententur,
quæ contra rationem eſſe videantur, vel contra ordinationem cu
riæ,vel contra arreſta magiſtratuum,non ſtatim pareant eis, ſed
per eos Rex conſulatur,& interea contenta in literis remaneant
in ſuſpenſo, & ſecunda iuſsio expectetur poſt Aufre. in Arreſt.
182.meminit Rebuf.in comentar.ad conſt.Gallic.tom.2.tract.de
reſcriptis.artic. 2. glo. vlt. in fin.& hac de re etiam idem Rebuf.
ibid.artic.1.glo. 5.quò loci docet etiam qualiter hoc in caſu Prin
cipi reſcribendum ſit.Alia in eandem rem affert Petr.Gregor.de
iuris arte c.9.nu. 19. vt etiã plura adfert Couar. pract. obſeruat.
35.poſt nu.4. vſque in fin. vbi an liceat quandoque ſuperſedere,
vt in Hiſpania in executione literarum apoſtolicarum, quæ falſi-
bus præcibus in publicum diſpendum impetrantur,latè explicat.
342 Nec † dici poteſt officialem non bene facere, ſi pro honore ſu-
perioris non exequitur ipſius mandatum, vt pulchrè dixit Bald.
in l.fin.poſt nu.6.C.de negoc.geſt.quē in ꝓpoſito allegat Gram.
vot.32.nu.25.dicens etiam eſſe tex.in cap.cum teneamur.de prę-
343 ben. vbi cauetur, † quòd ſi iuſta ſubeſt cauſa non adimplendi
mandatum ſuperioris, æquanimiter ſuperior ſuſtinere debet.vt
ibi ſi pro eo mandatum noſtrum non duxeris exequendum, &
344 refert Gram.vbi ſupra, quod cum † ipſe præſciuiſſet obſiſtere in-
dignatæ voluntati Illuſtriſsimi Cardinalis Columnæ Locumte-
345 nentis generalis in Regno, qui præceperat,† quòd quidam tor-
queretur ſine indicijs, aſſerens ſe habere conſcientiam informa-
tam,illum homicidio interfuiſſe,quod tantum abfuit, quòd Car
dinalis ille Illuſtriſsimus fuerit indignatus, quòd maxima bene-
uolentia eum proſequutus fuerit, quia ſciuit furorem executio-
nis iuſtitiæ pro beneficio Reipub.temperare rationibus, de qui-
bus latè ibi per eum,de quibus etiam latè per Rolan. à Valle,cõ
ſil. 12.vol.3.Deciſ.Pedemont.79.Burſat.conſi.201. nu. 94. vol.2.
Vt ſatis iuſtè Andr.de Iſern.in cap.1.§.fin. de capi. qui iur.vend.
in vlt.addi.& relatus per Gram.d.vot.32.poſt d.nu.25. impreca-
346 tus † fuerit,quòd Deus diſsipet iſtos Officiales,qui Principi con
tra veritatem,& iuſtitiam complacere uolunt,& obſequi. Proptę
347 rea † ſanum eſſe conſilium Iudicis reputat Giga.vbi ſupra.ſuper-
ſedere, & reſcribere expectando ſecundam iuſsionem,tum,quia
vt inquit

vt inquit Iuuenal.ad hoc etiam relatus à Io.Igne.in d.q.An Rex
Franciæ.nu.125.& Marſ.in trac.de bannit.in verb.expectatur.nu
348 me.17.nulla † vnquàm de morte hominis cunctatio ſera eſt. tum
349 † quia vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum.d.c. vbi
350 periculum. de electio. in 6. & præſertim † quia conſilium hoc re-
ſcribendi, quando mandatur quod iniuſtum nobis videtur, à ſa-
cris canonibus introductum, vel comprobatū eſt. vt in cap. ſi qñ.
351 de reſcrip.& ibi latè Fely.& ſubdit Gig. in d.loco, hoc † fieri de-
bere à Iudice, cui ita ſcribitur, tam ſi cauſæ cognitionem habet,
quàm ſi eſt executor, qui cauſæ cognitionē non habet. præſertim
352 † ſi conſtaret de innocentia rei, contra quem ſcribitur: tunc enim
omnino ſuperſedendum eſt ſecundùm eum poſt Bald.in d.l. ad-
dictos.C.de epiſc.audien. circa fin.verſi. dicit etiā Inno. cū alijs,
de quibus ſupra nu.39.& in præfatio.nu.60. quod verum eſt, ſi e-
353 uidenter de innocentia conſtaret: nam ſententia, † quæ notoriā
continet iniquitatē, aut intollerabilem errorē habet, nec ab exe-
cutore exequenda eſt, quia iuſtè non poteſt, nec tenetur eā exe-
qui, vt tradit Curt.iun.& Purpur.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.
omn.iud.col.fi.Fely.in c.at ſi clerici.de iud.col.3.not.in d.§.quia
verò.d. c. paſtoralis. de offic. deleg. Afflic.in proem.conſt. poſt
Mundi machinam.nu.55.Anch.conſi.382.col.penul. Couar. d.c.
1.lib.1.variar.reſolutio.nu.10.vbi alleg.etiā Caietan.2. 2. q. 67.
art.2.ad fin.& dicit eſſe tex.optimum in c.inter cęteras. de re iu-
dica. Nauar.in manual.confeſſario.cap.25.nu.14. dicēs poſt Ale-
* xan. quem alleg.& glo.in d.§.quia verò. quam dicit receptam, ꝙ
354 † Iudex peccat, qui ſententiam ſuperioris exequitur, ſciens eſſe
nullam, & irritam, ſiue quia errorem contineat intolerabilem,
ſiue manifeſtam iniuſtitiam, & ſententiam iniuſtam non eſſe exe
quendam, dicit etiam Ang. in l.à diuo Pio.in prin. & ibi Alex.in
fin.de re iudic.Vezzin. inter cōmunes opin. recens collect. tom.
2.lib. 7.tit.15.de executio.rei iud.nu.75.de quo etiam Iaſ. in §.ſi
minus.colum. 6.Inſt. de actio.
355 Admoneturque † propterea ſuperiores vti publicæ perſonæ
facientes mandata Magiſtratibus, & Iudicibus, vt aliquem mori
faciant non obſtantib. aliquibus in contrariū facientibus, quia
tales in foro conſcientiæ tenētur, & pœna l. 1.ff.de ſicar.vt admo-
net eos Marſ.ibi nu.111.& Rolan.à Valle d. cōſi.12.nu. 84. vol.3.
356 Prout † etiam admonentur Iudices, & Rectores talia mandata
exequentes, ſi iniuſta fuerint, quia ſimiliter pœna d.l.1. tenētur;
ſi mori de iure ille non debebat, vt ēt admonent ijdem Marſ.&
357 Rolan.à Valle in d.locis.qui ſubdunt, ꝙ † non excuſantur præ-
textu illius mandati: qm̄ mandatum iniuſtum ſuperioris, ſubdi-
tum



tum illud exequentem non excuſat.l.meminerint. vbi omnes.C.
vnde vi,& latè hac de re Ant. Galeat. Maluaſ.conſi. 83.nu. 10. &
385 alijs ſeq.lib.1. Quàmuis † à pœna ordinaria eos excuſari, non ēt
extraordinaria velit Iac. Menoch. de arbitr. iud. caſ.354. tam ſi
mandatum iniuſtum ſit ipſius Principis, quàm inferioris a Prin-
cipe, ut in magiſtratu, ut per eum ibi.nu.8.& nu.23. vbi etiam di-
359 cit eſſe rationem, quia † in hoc Iudice ita exequente dolus ceſ-
ſat, & ita pœna ordinaria, vt latè per eum ibi, qui ita intelligit gl.
Bal.& Floria.in l.liber homo.la 2.ff.ad l. aquil. vbi ſcribunt, illū
360 † excuſari, qui iuſſu Magiſtratus aliquem quæſtionibus ſubiecit;
vt etiā intelligit, quæ ſimilia tradit Iaſ.in conſi. 236. col.1. lib.1.
& quod tradit Catald. in trac. ſyndic. q.120. quem ſequutus eſt
361 Iul.Clar.d.lib.5.ſenten.§.fi.q.60.verſi.ſolet. inquit ille † quòd ſi
Collateralis, ſeu Miles, Prætoris illius mandato iniuſtè aliquem
morti tradiderit, excuſatur. ita ēt intelligit latè tradita ꝑ Gram.
d.deciſ.36.nu.81. vbi inquit, quod ſi Magiſtratus iuſsit aliquem
362 decapitari, militem, hoc eſt executorem excuſari. hæc † etiā in-
telligens ipſe Menoch. vbi ſupra. quando Magiſtratus, & Iudex
vti publicæ perſonæ, & iuxta munus ſuum hæc iuberent, & man-
darent. At contra ſi tanquā priuati iuberent, ut adnotarunt an-
tea Dec.in d.l.non videtur.§ qui iuſſu.in fi.& ibi Cagno.nu.1.de
reg.iur.& idem reſpondit Crau.conſi.319.nu.11.lib.2. Vnde Ro
lan.a Valle d.conſi.12.nu.96. & alijs ſeq. lib. 3. ſimul admonens
& ſuperiores ita mandantes, & Iudices ita exequentes, primùm
363 † Principes, & ſuperiores admonet, vt curent Conſiliarios, & Iu-
dices ætate prouectos, prout ſenem (vt hoc illi addam) non iuue-
nem eſſe oportet bonum Iudicem, ut ſcripſit Plato lib. 3. de Re-
pub.fortè ex Daniel.c.13.cum (vt plurimis placuit) ſacros Biblio
rum libros, & maximè Moyſis legerit, & maiori ex parte teſtatus
fuerit.& aduertit Tiraq. de iure primog.in præfatio.nu. 172.no-
biles, timentes Deum, prudentes, peritos in legibus, rectos, iuſti-
tiæ deditos habere, qui remoto omni timore audeant ipſis dice-
re, quæ iuſtitia patitur: hoc enim modo eorū conſulent conſcien
tiæ, ſemen ſuum augebunt, dominia, & principatus conſeruabūt,
364 ac ſubditos fideles habebunt. Subinde † Iudices, & Magiſtratus
admonet, ꝙ diſcant amplecti, quod æquum, & iuſtum eſt, nec ue-
lint ſe meliores videri, quàm ipſe leges, ac omni ſtudio iram ui-
tare timorem, munera, & fauorem, quorū occaſione iudicia uel
ſubuertuntur, uel ad tempus debitum prætermittuntur, & ſi hæc
obſeruabunt, ueri, rĕcti, & iuſti Iudices, ac miniſtri Dei appella-
buntur, & eorum animæ in alio ſæculo detrimentum non patien
tur: ſin autem, reminiſcantur ſe Deum in teſtem habere, qui eos
in

in damnatione perpetua conſtituet, bonaque eorum ad tertiam generationem tranſire non permittet.

Sunt & præter hoc remedium conſulendi Principem, alia etiã prodita remedia, quibus Iudex certò ſciens innocentiam rei, eas
365 poſſit euadere anguſtias, in quas † hac in re ex eo concluditur, quòd ſi ſententiam ferat iuxta allegata, & probata, & ita etiã exequatur, innocens ille peribit, ipſeque iudex apud Deũ opt. max. iniquitatis reus erit, ſi verò illum ſententia abſolutum reliquerit, tenebitur, punieturque in ſyndicatu, quaſi ob gratiam fecerit, vel pecunia turpiter corruptus: Nec enim ei notitiam illius
396 rei particularem profitenti fides adhibetur. Sunt † enim, qui Iudici conſulant, vt cauſam ſuperiori remittat, & à iudicandi munere abſtineat potius, ſi id commodè fieri poteſt, quàm innocentẽ condemnet, quod conſilium dedit D. Thom. 2.2.q.64.artic.6.ad tertium. Silueſtr. in ſum. in verb. iudex. 2.q.5.& communẽ dicit
* Imo. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg. & ex eo communem dicit Fichard. relatus inter communes opin. recens collect. tom.2.lib.9.tit.1.de public.iud.nu.15.quam ẽt ſequitur Pet. Gregor. lib.48. Syntagmat. iuris vniuerſi. cap.9.num.6. Quod tamen non videtur ſatis tutum eſſe, cum ab alio Iudice ex eiuſdem actis innocẽs damnabitur ex huius Iudicis remiſſione, nec Iudex hic
* liber eſt à reatu cauſam dans morti innocentis: perinde enim eſt ſic ſuperiori remittere, ac ſupplicio offerre. Etſi poteſt ſententia ferri ex his, quæ Iudici, vt Iudici probata ſunt, vt ſupra firmauimus, non debet is Iudex aliter à munere iudicandi abſtinere, q̃ vt innocenti ſubueniat, qui quidem effectus nequaquam ſic ſequitur ex remiſſione cauſæ ad ſuperiorem. adeo quòd remediũ hoc non ſolum non videtur ſatis cautum eſſe, ſed immo inane, vt Caiet. exiſtimat. 2.2.q.68.art.2. Dom. Sot. d.4.q.art.2. de iuſt. & iur. Couar. d. cap.1. lib.1. variar. reſolut. poſt numero 9. verſiculo ſeptimo ſunt.

367 Sunt † & alij, qui opinantur Iudicem debere pronunciare, ſibi de cauſa non liquere, hoc ipſum iuramento aſſeuerantem, iuxta tex. in l. ſi de meis. §. vlt. ff. de arbit. & eſt conſilium Auli Gelij, lib.14. noct. Acti. c.2. Ang. in l. nõ quemadmodum. ff. de iud. & in
368 hac ſpecie ita conſuluit Alcia. d.c.1. de offi. ord. nu. 91. a quo† diſſentit Couar. in d.c.1. lib.1. Variar. reſolutio. d. ver.7. ſunt qui. eo,
369 ꝙ tex. † in d.l. ſi de meis. §. vlt. præfatum conſiliũ probet in eo Iudice, qui intra certum diem iudicare, & cauſam diffinire cogitur, cum tamen eo die nondum ei liqueat, quid in ea controuerſia iuſtè diffiniri poſſit, quod poteſt varijs ex cauſis contingere, & maxime cum inter duos controuertitur de aliqua re, quæ per eorũ

neminem



neminẽ poſſidetur, ita vt neuter nec verè actor ſit, nec verè reus, & intra diem præſignatam minime liquidum eſt, ad quem eorũ
370 res illa pertineat. † graue ſiquidem eſt, vt in re dubia certa proferatur ſententia. cap. graue. 11.q.3. Anch. conſi.64. Alex. conſi.39. col.2. lib.5. Dec. conſi.524. nu.9. Fran. Becci. conſi.67. nu.8. deinde ſubdit Couar. vbi ſupra. quòd ipſe non videt, quo pacto Iudex hic poſſit iurare ſibi non liquere: ſiue enim conſideremus publicam, ſiue priuatã ſcientiam, certus eſt, quid in ea, quæ tractatur
371 cauſa, verum ſit. Sed & apud Iuriſconſultum † in l. Pomponius. ff. de re iud. (vt etiam conſiderat in d. loco Couar.) Iudex Ordinarius, qui iurat ſibi non liquere, à iudicandi neceſſitate immunis eſt, nec iudicare tenetur, nec ſententiã in ea controuerſia dictat, cum Collegas habeat, quibus id muneris eo recuſante incumbit.

372 Sunt † etiam alij, qui illud dant remedium, vt ad iam cauſam diffiniendam alium (ſi ei liceat) ſubſtituat, vt communẽ ex Imo.
* quem alleg. dicit Fichard. relatus inter d. cõmunes opin. d. to.2. lib.9. tit.1. de public. iud. num.15. Quod remedium lugubre dicit Vaſq. d. cap.14. nu.1. lib.1. controuerſ. illuſtr. quia innocens ille ſub iudice ſubſtituto eius innocentiæ inſcio veriſimiliter peribit. facit quod diximus ſupra eo in caſu, in quo cauſam Iudex remitteret ſuperiori.

373 Iidem † conſulentes aiunt, ꝙ iudex potius debet officium, munuſq; ſuũ deſerere, & Magiſtratui cedere, quàm innocentẽ dam-
374 nare. Quin † alij aiunt teneri potius omnium ſuorum bonorum diſpendium facere, quàm innocẽtem damnare, vt per Accurſ. Hugo. Calder. Silueſtr. & alios relatos per Vaſq. d. cap.14. lib.1. controuerſ. Illuſtr. col.6. poſt prin. qui & eos ſequitur, quod Dom. Soto. d.q.4. art.2. de iuſt. & iur. nimis durum viſum eſt, ac multò improbabilius, tum quòd remedium hoc inutile eſt, tum præcipuè,
375 quòd † nemo tenetur tam ingenti ſuo incommodo damnum, qđ ipſe non dedit, in fratre cauere: quid enim ſi iudex ille non haberet aliunde, vnde victum quæreret, bis ſtultè faceret, quia nec illum ſaluaret, & ſeipſum illuderet. Et ſi Iudici liceret dimittere officium, nulla profectò eſſet quæſtio hæc, quia cum quicunque poſſet officium ſuum dimittere, ſemper in promptu eſſet reme-
376 dium hoc, vt inquit Sot. in d. loco. qui etiã animaduertit, ꝙ † licèt Silueſtr. in Summ. in verb. Iudex. 2. viſus ſit tenere opi. S. Tho. d. quæſt. 67. ſupra relatam, id tamen non optima fide fuiſſe: ait enim quòd Iudex tenetur innocentẽ damnare, & occidere, quando neque ipſum potuerit ſuperiori remittere, neque ſuum officium dimittere, hoc etenim ſecundùm eum S. Thom. nuſquam dixit, vt ibi per eum.

V Satius

377 Satius † ergo erit, teſtium falſitatem diligenter inquirere, vt ſupra diximus. nu. 320. ex Couar. qui hoc dicit in d.cap.1.lib.1. variar.reſolut.d.verſi.7.ſunt qui.& Silueſtr.in Sum.in d. verb.Iudex.2.nu.5.& Sot.d.4.q.artic. 2.de iuſti.& iur. Sed Couar.& Silueſtr.non aperiunt,quibus vijs Iudex teſtium falſitatem detegere poſsit.aperit autem Sot. in d.loco: dicit enim quòd quemadmodum Iudex ſcit innocentiam rei, ita etiam ſcire poterit,quib.

378 vijs poterit falſitatem teſtium detegere, & ꝙ † ob id poterit Iudex teſtes inſtantius interrogare, diſtrictiuſque ſcrutari horam, & locum, & formam illa vtens nimirum prudentia, qua Daniel presbyterorum iniquitatem deprehendit,vt Suſannæ innocentiã patefaceret, quamuis illorum teſtimonio conuicta videretur, vt habetur Daniel.cap.13. per Bald.poſt glo.in l.teſtium. nume.13. C.de teſti. Aret.conſi.71.colum.5.Iac. Aegid.in tract. de teſtibus. nu.29.& Io.de Turre Crem. in cap.nihilominus.3.q.9.& alibi di-

379 ximus. Sed † remedium hoc proderit quidem ante ſententiam, prout loquuntur prædicti Docto.ſed banno iam ſequuto,& ſententia,non video quomodo ſine gratia Principis prodeſſe poſsit, cum non amplius de veritate criminis inquiratur, ſed ſola reſtat poſt ſententiam executio, vt ſupra diximus ex communi, cap. 1. * num. 230. & dicit Iul. Clar lib.5.ſent.quæſt. 96. verſic. ſed nun-

380 quid. quòd † cum ex diſpoſitione ſtatutorum bannitus in contumaciam habeatur pro confeſſo, & conuicto,ſupinus eſſet Iudex, qui poſt ſententiam vlterius inquireret, quod præſertim verum eſt ſtantibus dictis Motibus proprijs Summ. Pont. Pij IIII. & Pij V.

381 Et † præter hoc remedium inquirendi teſtium falſitatẽ debet etiam Iudex quamlibet aliam tentare viam, ne innocens condẽnetur, vt etiam dicit Couar.& Sot. in d. locis. debet enim tentare viam, vt innocens eius teſtimonio abſoluatur hoc ipſum Principi, & Reipublicæ ſignificans, vt per Couar.in d. loco. & ſupra diximus.num.320.quod & voluit Sot vbi ſupra, qui ait, ꝙ deberet Iudex, ſi profuturum cerneret, in tempus exuere perſonam

382 Iudicis, & coram ſuperiore perſonam agere teſtis. Quin † etiam (ſubdit idem Sot.eò loci) ſi citra ſcandalum, optimaque diſsimulatione id fieri poſſet, liceret ei carceres apertos ſecretò dimittere,vt innocens ſe in pedes conferret.

383 Et † ſi ſimiliter apud Principẽ Iudex obtinere nõ valeat huius innocentis abſolutionem,nec aliud ſit huic innocentiæ tutum refugium, poterit Iudex ita in vltimas concluſus anguſtias abſque animæ periculo, ac tenebitur, eã cauſam ex allegatis,& probatis diffinire,ẽt in cauſa mortis nimirum, ꝙ potius eſt morti adiudi-





candus innocens,quàm deferenda teſtimonia publica, vt eſt opinio S.Thom.d.q.67.art.2.& q.64.art.3.ad tertium.à Theologis, * Legiſtis,& Canoniſtis frequẽtiori calculo approbata, vt ſupra diximus.nu.319.& de qua teſtantur Sot.& Couar.vbi ſupra, qui ita cũ hac receptiori opinione reſident poſt alios, quos alleg.in hac difficili quæſtione,vt ẽt pluribus congeſtis hanc eſſe magis receptam opi.dicit Iac.Menoch.conſi.92.nu.80.lib.1.& ſequitur etiã Vmber.locat.in oper.inquiſitor.in verb. Iudex. verſi. ſed vt rem

384 ipſam.vbi per hoc pulchrè, & concludentiſsimè oſtendit, † non poſſe Iudicem laicum,cum hæreticus traditur puniendus,aliquo modo ſuperſedere,eo quòd dicat, ſe ſcire illum de hæreſi damnatum eſſe innocentem. Aut enim (inquit) hoc ſcit per probationes legitimas,puta per teſtium examinationem, aut per aliquod aliud ſibi priuatè cognitum. ſi primo modo, ille probationes cõram ipſo factæ nullius ſunt valoris, veluti factæ coram Iudice incompetente,cum ipſe non poſsit de hoc crimine directè, vel indirectè cognoſcere:ſi ſecundo modo,non iuxta cognita ſibi vt priuatæ perſonæ, ſed ſecundùm allegata,& probata,& ſecundùm leges, & iura, vti publica perſona procedere debet. præterea, aut vult procedere vt Iudex, & debet quàmuis incompetens iudicare ſecundùm iura; iura autem præcipiunt Iudicem laicum hæreticum ſibi traditum debere punire: aut vt executor, & executoris limites excederet, ſi cribrare, & rurſus examinare vellet iam acta coram eccleſiaſtico, quod non licet,vt latiùs ibi per eum.

385 Nec † te ita in vltimas concluſum anguſtias illud moueat, vt adhuc ſuperſedendum putes, ꝙ à pietate ſumitur argumentum: quoniam videtur animus extimeſcere innocentem morti adiudicare. Hoc enim non perſuadet (vt conſiderat Sot. vbi ſupra) ꝙ eius cauſa deferendæ ſint leges, deferendaq; ſint teſtimonia pu-

386 blica,ac deferenda publica tranquillitas: eſt † enim lex omnis humana quantumuis iuſta nihil aliud (ſubdit Sot.) quàm cribrum expurgandi tritici,quæ nequit. Sic exactè iuſta, & iniuſta diſcernere,quin cum purgaminibus nonnulla quandoque decidãt grana, ſed ſolum perſuadet, & ſubmonet Iudicem, ꝙ quàm maximam adhibeat diligentiam, & curam in ipſius innocentis tutelam.ita Sot.vbi ſupra in fin.d. 4. q. qui propterea admonet Iudicem,vt talem adhibeat diligentiam,vt & admonet Couar. vbi ſupra. & ſupra ſatis admonuimus.

387 Prædictas † autẽ anguſtias ſupremus Iudex,ad quem eſset miſſer delatus, quem ſcit eſſe innocentem, accuſatus tñ de grauiſsimo crimine,adeò vt citra graue ſcandalũ nequeat illum uita donare faciliùs euitabit.multo.n.plura is ſupremus Iudex habet re-

media : nam poſſet teſtes vrgentius deterrere, poſſetque excogi-
tare alias vias, quibus innoxium à tanto periculo poſſet eripere,
388 præſertim † cum poſsit etiam damnato ad mortem vitam conce-
dere. latè Pariſ.conſi.1.nu.1.& alijs ſeq.vol.4. ita etiã Sot. d.4.q.
col.4.in fi. Quinimo ipſe ſupremus Iudex, qui in ditione ſua po-
teſtatem habet condendi,& abrogandi legem, poteſt ex ſua con-
ſcientia, ẽt ſi iudiciales adeſſent contrariæ probationes, ſententiã
ferre : quandoquidem non probationes teſtium, qui ſæpe corrũ-
pi ſolent, non inſtrumentorum, quæ nõ ſemel falsò conficiuntur,
ſed ſola ipſa inſpecta veritate, quam ipſe nouit, iudicare poteſt,&
debet. ita Cy.Bar.& alij in l.1.in fi. C. vt quæ deſunt Aduoc. par.
iud.ſuppl. Fely.in d.c.paſtoralis.§.quia verò nu.23.verſi.ſecundo
389 limita. de offi.deleg. qui† in ſpecie aſſerit, hoc procedere in quo-
uis Domino, cuius dictum in ſuo territorio legis loco eſt. hanc
quoque ſententiam probauit Caiet.d.q.67.artic.2.in 2.2. & hos
ſequutus eſt Couar.d.c.1.lib.1.variar.reſolut.nu.7.ad fi.ver.Prin
ceps tamen, quibus accedũt Dec.in conſi. pen.nu. 16.& Menoch.
d.conſi.92.nu.81.qui alios etiam alleg. & dicit hanc eſse receptã
* ſententiam, vt eam etiã ſequitur poſt plures, quos alleg. Maſchar.
390 d.concluſ.948.nu.6.vol. 2. de probatio. Immo † & qui Principis
vices gerit ſecundùm conſcientiam probationibus reiectis iudi-
care poteſt,& debet, vt cenſuit Guid. Pap.q.29. qui teſtatur ita in
conſilio Delphinatus obſeruatum fuiſse. illũ ſequuti ſunt Gram.
deciſ.62.nu.32. Alciat.d.cap.1.num. 89. de offic.ordin. Neuizan.
conſi.67.nu.18. Rolan.à Valle conſ.70.num.23. hoc ſequutus eſt
Menoch.d.conſi.92.nu. 82. dicens etiam eſſe receptam aſsertio-
* nem. etſi à Guid. Pap. diſsentiat ſolus (inquit Menoch.) † Co-
391 uar.d.c.1.nu.7.ver. tertium etiam. verùm ſolus nõ eſt Couar. qui
diſsentiat à Guid.Pap. à quo diſsentit etiam Gacheran. deciſ.1.
Pedemont.nu.43.oſtendens etiam Bar.per ipſum Guid. alleg.nõ
dicere, id quod illum allegat, ſed cõtrarium, vt ibi per eum, vt ẽt
videtur diſsentire à Guid.Pap. Maſchar. d.concluſ.948.nu.8.qua
tenus ſimpliciter tamen reſidet in opin. Couar. à Guid.Pap. diſ-
ſentientis. Cõſuluit tamẽ eo caſu Caiet. d.art.2.d.q.67. vt † Prin
392 ceps palàm teſtetur,& publicè propriam, & priuatam ſcientiam
manifeſtet, quo populo ſatisfaciat. & refert Couar. d.c.1.verſi.ter
393 tium etiam. qui addit,† Principem hac in ſpecie æquiſsimè face-
re, ſi reum ex probationibus nocentem, verè tamen ab eo crimi-
ne liberũ ex propria ſcientia abſoluerit, reum autem, ex proceſſu
innocentem itidem immunẽ à pœna iudicauerit, etiã ſi Princeps
ſciat priuatim verè deliquiſse, niſi delictũ ita atrox, ac pernicio-
ſum eſset, vt maximè cõueniat Reip. eius authorẽ publicè puniri.

Sed



Sed eſt adhuc hac in re obſeruandum, antequam Iudex ita in
vltimas concluſus anguſtias ex probationibus damnet, & occi-
394 dat innocentem. Primò † à quo Principe is Iudex conſtitutus
fuerit : ſi enim à Principe iuſtum dominij titulum non habente
conſtitutus fuerit, non poterit aliquem condemnare ad mortẽ,
vel membrorum mutilationem:& condemnando, vt homicida te
395 netur. quia † nullus poteſt alium iudicare, niſi legitimam habe at
poteſtatem ordinariam, vel delegatam ſuper illum, ſecundum S.
396 Thom.2.2.q.68.art.1. Item geſta† per tirannum nulla ſunt, ſecũ-
dùm Inno.& Ant.de But.in c.nihil.de electio.& in c.in literis, de
reſtit.ſpoliat.tex.in l.decernimus.C.de ſacroſ.eccleſ. & ita Iudi-
397 cem admonet, dicens† ita ſub tali Principe iudicare, eſſe peccatũ
mortale. F.Alex.de Arioſt.in ſum. confeſſo. lib. 3. in verb. ſtatus
Iudicum.verſi. ſi Iudex conſtitutus.

398 Secundò † an Motu proprio literæ Principis hac in re emana-
399 uerint : tunc.n.ſecunda iuſsio expectanda non eſt, quoniã † Mo-
tus proprius,& ſecunda iuſsio æquiparantur, vt not. Bal. in l.nec
damnoſa.C.de precib.imper.offeren. qđ dictũ pro ſing.not.Ro.
in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr. 3. fallent. Alex.in l.1.in princ.ff.
quod quiſque iur.refert,& ſequitur Dec.in d.c.ſi quã,col. 1.in fin.
de reſcrip.& Giga.in d.tract.de crim.læſæ maieſt. d.q.16.in fin.

400 Tertiò † illud potiſsimum à Iudice Chriſtiano obſeruandum
& attendendum eſt, ne contra conſcientiam agat: contra conſcien-
tiam autem aget, ſi ipſe crederet, exiſtimaret, aut dubitaret, ſe
non poſſe, licet ſuffultum prædicta receptiori doctorum,& Theo
logorum opinione ferre ſententiam ex probationibus contra pri
uatam eius ſcientiam, & nequaquam quidem poterit ita ſenten-
401 tiam proferre : immo † peccaret mortaliter palam agens contra
propriæ conſcientiæ dictamen: ꝙ ſi contra Iudex crederet, & opi
naretur, ſe poſſe iuſte ferre ſententiã ex probationibus, quàmuis
vt priuatus contrarium cognouerit, hac quidem opinione p̃miſ-
ſa, poterit prædictam receptiorem ſententiam Doct.& Theologo
rum ſequens, ſententiam ferre ex probationibus abſque vllo vi-
tio, vel culpa. quod fatentur Hoſtien.& Ioan. Imo.in d.c.paſtora
lis.§.quia verò.nu. 7. Hadria. in quolibet. 2.ad fin. Nauar.in c.ſi
quis autem.de pœnit.diſt.7.nu.128.Couar.d.cap. 1. lib.1. variar.
reſolut.poſt nume.6.verſi. non obſtant, quæ in prioris. vbi alios
402 remiſsiuè alleg.& dicit, quòd omnino ita fatendum eſt,† nulli Iu
dicum vſquam licere ita contra conſcientiam iudicare, nec huius
concluſionis contrarium S. Thom. nec quemquam alium ex do-
403 ctis aſſerere, ita declarans (ne erres) aliud † eſſe, Iudicem ferre
* ſententiam ex his, quæ vt Iudex ſcit, etiam ſi vt priuatus contra-

 rium

rium cognouerit, aliud eſſe, Iudicem ferre ſententiā contra con-
ſcientiam, & propriæ conſcientiæ dictamen, quando Iudex cre-
dit, exiſtimat, aut dubitat, ſe non poſſe ferre ſententiam ex proba
tionibus contra priuatam eius ſcientiam, vt primo caſu ſine vi-
tio, & culpa ſententiam ferre poſsit: ſecundo autem nequaquam,
404 vt per eum ibi, niſi † hanc conſcientiam deponat. vt per Siluestr.
in ſum. in d. verbo Iudex. el 2.
405 Nullo † autem modo ab executione eſt ſuperſedendū, nec illa
differenda eſt, quando bannitus nocens ex proceſſu appareret:
406 poſtquàm † enim crimen ſemel detectum eſt, Iudex ſtatim de-
bet iuris ſententiam proferre, ne fortè ſupplicandi Principi oc-
caſio præbeatur, vt dicit tex. in l. cum reis. C. de pœn. l. conſtitu-
tiones. ff. de appellat. l. hi autem omnes. ff. de iniuſt. rup. & irrit. te-
ſtam. l. 1. C. de cuſto. reor. de hoc in c. fęlicis. vbi pulchrè Pet. de
Anch. in 16. & 17. not. de pœn. in 6. Io. Igne. qui ita admonet in l.
407 neceſſarios. §. non aliàs. nu. 147. ff. ad Syll. & ſubdit, ꝙ † non eſt a-
lioqui conſultum Reipublicæ, ſi poſt detectum crimen Iudices in
cohercendis criminibus ſupini, aut remiſsi eſſent. d. l. addictos.
C. de epiſco. audien. l. 1. C. de ſtatu. & imag. d. c. fœlicis. l. 1. ff. de
iuſt. & iur. Inſt. in proęm. ibi, calumniantiū iniquitates expellat.
l. 1. §. quies. ff. de offic. præfec. Vrb. l. congruit. ff. de offic. præſid.
Quinimo nec ſi iam ſupplicatio porrecta eſſet Principi, & rei
exitus penderet, an Princeps gratiam ſit facturus, vel ne, ſuperſe-
* dendum eſt: neque enim interim executio impeditur, vt commu
niter concludunt doct. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. nu. 27. & ſeq.
ff. de re iud. & in l. 1. nu. 4. C. de precib. Imper. offeren. Card. in c.
ex literis. in 8. opp. in fi. vbi & Bellamer. nu. 9. de reſtit. in integr.
Benintend. deciſ. 85. nu. 12. & nouiſsimè, ac prudenter prædictos
ſequutus eruditiſsimus D. Sfortia Oddus in ſuo locupletiſsimo,
& eruditiſsimo trac. de reſtit. in integr. par. 2. q. 100. art. 1. num. 3.
* vbi de cōmuni teſtatur, & limitat duobus modis. primo niſi ex-
pectaretur reſtitutio à Principe per viam iuſtitiæ: ſecundo reſpe-
ctu offenſionis, quæ à priuato poſſet inferri: pendente enim peti-
tione huius reſtitutionis gratiæ interim impunè bannitus offen-
di non poterit, vt per eum ibi ex communi.
408 Quod † præſertim obſeruandum eſt, quando executionis dila
tio tumultum in populo moueret, vt probat l. qui eodē. vbi Marſ.
nu. 2. ff ad l. Corn. de ſicar. Iac. Menoch. de arbitr. iud. q. 98. nu. 4.
409 item & aduerſus eos, qui enormia commiſerunt, quorum † cala-
mitati Iudices illachrimari non debent. iuxta l. obſeruandum. ff.
410 de offic. præſid. & † cum tales non puniuntur, publica lętitia tur-
411 batur, iuxta l. nemo. & ibi Bal. C. de epiſc. audien. & † ira Dei in

nos



nos prouocatur, à quo pro delictorum punitione venia ſperatur,
ac populi incolumitas procuratur. l. pronunciari. C. de ferijs. cū
vulg. & ita admonet ēt Gram. deciſ. 36. nu. 1. & Ang. in d. l. cū reis.
in fi. C. de pœn. quem refert Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. q. 97. in fi.
& reprehendit Iudices, qui reis gratificantes differunt pœnæ exe-
cutionem, vt illi gratiam habere poſsint, & dicit quod malè fa-
412 ciunt, quia † amicus Dei eſt, qui interficit inimicos Dei. & refert
413 idem Clar. eo. lib. & §. q. 59. verſi. ſcias etiam. ꝙ † Senatus Medio-
lanenſis condemnauit ad triremes per decennium quendam Iu-
dicem, qui cōdemnati pro furto ad furcas, corruptus ſupplicium
diſtulerat. Et dum malos Iudex percutit, in eo quod mali ſunt,
miniſter Dei eſt, vt dicit D. Hiero. ſuper Ezechiel. lib. 4. & idem
ſuper Hierem. homicidas (inquit) ſacrilegos, venenarios punire,
non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, & ſuper Eſaia.
414 dicit, non † eſt crudelis, qui crudeles iugulat, ſed crudelis ideo vo
415 catur, quia crudelis patientibus eſſe videtur. Nam † ſuſpenſus la-
tro patibulo crudelem ſemper Iudicē putat: Nā paſsimus quiſq;
aſperrimè rectorem patitur. Et dicitur in Epiſt. 1. ad Cæſarem ſe-
ruum de repub. contra illud Catonis.
Quod meritò pateris patienter ferre memento. de quo plenè
416 25. q. 5. per tot. Tamen † nulla maior æquitas in Natura, quàm ho
417 minem exterminare crimino ſum, † qui homo nō eſt, ſed bellua,
quæ ſe armat contra naturā, vt pulchrè dicit Bal. in c. ſuper hoc.
in fi. de renunciat. & latè proſequitur Guliel. Benedic. in c. Ray-
nutius. par. 2. in d. verb. mortuo itaque teſtatore. 1. nu. 10. de teſta
418 men. Nec † tamen in morte hominis glorietur Iudex, vt aliqui fa
ciunt, homicida enim eſt. c. miles. c. cum miniſter. 23. q. 5. Guliel.
Bened. in d. loco. nume. 97.
419 Suis † tamen loco, & tempore congruis ſententia executioni
mandari debet, vt expreſsè dicitur in 2. Motu proprio Pij V. in
calce huius tract. impreſſo. quod dicendum eſt ēt quod d. Motus
420 proprius vel aliud ſtatutum, & conſtitutio † mandaret, ꝙ captis
bannitis incontinenti ſententia executioni mādetur: ex cauſa. n.
421 † dictio illa (incontinenti) & ſimiles temporis interualla reci-
piunt, vt in terminis tradit Nell. de bannitis. 2. par. 2. temp. q. 66.
quæ eſt q̄ſtio vltima d. partis. vbi plura iura ad hoc alleg. & diffu-
422 sè tractat illā q. † an ſtante ſtatuto, ꝙ contra condemnatū captū
incontinenti fieri debeat executio lapſis trib. diebus poſt captu-
rā, & captus ſit condēnatus in pœnā mille, quos ſi ſoluere nō po-
terit, amputetur ſibi caput, & intra d. tres dies ſolutio facta non
fuerit, an incontinenti lapſis d. tribus diebus fieri dēat executio.
423 Quàmuis † ſint multi caſus, in q̄bus ſententiæ capitalis cōtra.

V 4 etiam

etiam nocentem latę executio differri debet, de quibus per Marſ.
in pract.crim. §. opportunè. ad quem ſe remittit Foller. in pract.
crim. in verb. pœnis debitis feriatur. nu. 7. & per Iul. Clar. lib. 5.
ſenten. §. fin. q. 97. per totam. & Anto. Gomez c. 13. delict. nu. 36.
vbi ponit octo caſus. & Iaco. Menoch. de arbit. iudi. quæſt. 98. in
424 fi. Vt ne † ſumatur ſupplicium condemnati, qui poſt condemna
tionem furioſus effectus eſſet, executio differenda eſt, ſecundùm
communem opin. de qua teſtatur Vaſq. contro. Illuſtr. c. 96. poſt
nu. 9. Plac. c. 29. poſt nu. 7. lib. 1. epithom. delic. Iul. Clar. lib. 5. ſen.
§. fi. q. 60. verſi. ſed quæro. latè Michael Graſſ. relatus inter com-
munes opin. recens collect. tom. 2. tit. 30. de pœnis, nu. 125. qua de
re latè And. Tiraq. de pœn. cauſ. 3. nu. 4. & alijs ſeq. & Ioſeph. Lu-
do. deciſ. Peruſin. 77. per totam, par. 2. qui aliorum tamē ſequitur
opinionē, qui contra Bal. receptam ſententiam cenſuerunt, non
eſſe ſuperſedendum, quos recenſet, & etiam ſequitur Duen. reg.
259. Cauti tamen Iudices eſſe debent, ne ementito furore delu-
dantur, vt ſupplicium differatur, vt admonet idem Ioſeph. Ludo.
in d. loco. nu. 14. Quomodo autem intelligendum ſit, an hæc de-
mentia ficta ſit, vel vera, docuimus in pract. interrogan. reor. lib.
3. cap. 2. nu. 43. & alijs ſeq.
425 Ac † ne etiam ſumatur ſupplicium de muliere prægnante, exe-
cutionem differre oportet, vt eſt text. in l. prægnantis. ff. de pœn.
cùm qua concordat conſtitutio Regni, cuius meminit Foller. in
fragment. poſt pract. crimin. rub. de calumniatoribus. nu. 105. &
ita ſeruauit Senatus Mediolanenſis non ſolū in pœna vltimi ſup-
plicij, ſed in quacunque alia pœna corporali, vt dicit Iul. Clar. d.
q. 97. verſi. differtur. Vezzin. commun. opin. verb. ſententia capita
lis. relatus inter communes opinio. recens collect. tomo 2. lib. 9.
tit. 30. de pœnis. nu. 96. Anto. Gomez. d. cap. 13. delict. nume. 37.
& refert Aelianus lib. 5. var. hiſtor. capitu. 18. Iudicij exemplum
Areopagitarum, qui cum mulierem ueneficam damnaſſent mor-
te, non prius eam interemerūt, quàm partu liberaretur, & admo
net Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuerſi, parte 3. cap. 32. nu. 3.
& tradit Nell. de bannit. ſecunda parte, ſecundi tempo. quæſ. 45.
qui propterea etiam ibi concludit, ꝙ quemadmodum à Iudice
426 fieri non debet executio ſententiæ contra prægnantem, ita † etiā
nec à priuato fieri debet, qui propterea eam impunè occidere
non poteſt, vt per eum. & ideo etiam tortura mulieri prægnanti
inferri non poteſt, vt alibi diffuſè diximus. Et ſi mulier hæc ad
mortem naturalem condemnata eſſet, ſtatim poteſt fieri execu-
tio poſt partum, nec aliquod tempus conualeſcentiæ expectan-
dum eſt, ſi tamen reperiatur nutrix pro filio nato, aliàs ſuperſe-
dendum



dendum eſt, vt etiam ſuperſedendum eſſet, ſi non ad mortem, ſed
ad aliam pœnam corporalem condēnata eſſet, donec ſcilicet fiat
fortis, & in ea valetudine, vt poſsit eam ſine periculo mortis pa-
* ti. ita tenēt & declarant Dy. Bar. & communiter Doct. in d. l. præ-
gnantis. & in l. Imperator. 2. ff. de ſtat. homin. & Anto. Gomez. di-
cto cap. 13. delict. numero 37. & ſæpe etiam ſeruantur damnati
poſt condemnationem, & pœna differtur, vt ab ijs in alios quæ-
ſtio habeatur. l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœn. & admonet Pet.
Gregor. d. cap. 28. nu. 4.
427 Et † cautela, de qua Cyn. in l. 1. not. 2. C. de bon. proſcript. qđ
ad differendam executionem contra nocentem compareat ali-
quis tertius poſt ſequutam condemnationem, & dicat reum con-
demnatum ſibi eſſe obligatum ad reddendum rationem alicuius
mercaturæ, negociationis, vel adminiſtrationis, vel huiuſmodi:
nam differri deberet executio, donec ratio reddita eſſet, vt per
* eum ibi, & Cępo. caut. 5. & Marſ. qui alios alleg. in d. §. opportu-
ne. nu. 2. de conſuetudine non ſeruatur, quia non expectata hu-
iuſmodi redditione rationis, ſententiæ capitales executioni de-
mandantur, vt ita ſeruari atteſtantur ſcribentes in d. l. 1. & in ſpe-
cie Ang. & Imo. prout illos refert Ang. de malefic. in verb. & ibi
caput. numero 31. alios de conſuetudine hac atteſtantes refert
Iul. Clar. d. q. 97. verſi. 1. qui tamen credit, non eſſe denegandam
breuem dilationem, vt bidui, vel tridui, vbi appareret, illam non
peti in fraudem differendæ, aut vitandæ executionis, nec timor
ſubeſſet, quòd condemnatus vel poſſet de carcere euadere, vel
alterius ſcandali, modò ille tertius talem rationē ſibi reddi prius
petere non potuiſſet, atque ex eo, quòd non redderetur, aliquod
irreparabile præiudicium pati poſſet: nemo enim ex aliena cul-
pa damnum pati debet. iuribus vulg. & ſequitur Ant. Gomez. d.
428 cap. 13. delictor. nume. 36. verſi. ſecundus caſus. Prout † difficile
etiam eſſet in practica obtinere, vt ex eo differatur ſententiæ ca-
pitalis executio, quòd reus, contra quem lata eſt ſententia, aliū
de aliquo crimine accuſauit, donec ſcilicet iudicium accuſatio-
nis ab eo cęptæ perficeretur, vt differendam eſſe executionem
* hoc in caſu tenent omnes communiter, vt dicit Imo. & Ange. in
l. is qui reus. ille nume. 24. hic nu. 17. ff. de public. iudic. & præſer-
tim difficile eſſet id obtinere, ſi ſuſpicio eſſet, quòd in fraudem
talis accuſatio inſtituta fuiſſet, vt dicit Iul. Clar. d. q. 97. verſi. eſt
etiam. quem refert Fichard. in ſuis commu. opin. in verb. execu-
tio. relatus inter communes opin. recens collect. to. 2. lib. 7. tit.
15. de executio. rei iudic. nu. 106. Vt nec differēda eſſet executio,
licet condemnatus diceret, & aſſereret, ſe aliquid habere reue-
landum

landum Principi tangens eius perſonam, ſtatum, & ſalutem, text. eſt ſing. in iure, in l. ſi quis forte. ff. de pœn. & ibi Bar. Albe. Ange. probatur etiam in l. cum reis. C. eo. tit. & tradit etiam Anto. Gomez. d. cap. 13. nu. 35. vbi tamen Xuarez in addit. caute hac in re ſe iudices gerere debere, tum exiſtimat, tum monet, quia nonnulli aliquando vere id affirmare poſſunt, vt per eum ibi.

At ſi contingeret, quòd dum condemnatus duceretur ad ſupplicium, ei obuiam fieret Cardinalis ipſe, & pileum apposuerit in capite eius, ſententia non poſſet exequi, quinimo ille liberatur. ita Alber. Bal. Paul. de Caſt. Saly. & alij omnes in l. addictos. C. de appellatio. alios plures refert Tiraq. in tract. de pœnis. cauſ. 55. per tot. quibus addo Card. Alban. in lucubrat. in Bar. in l. ſeruus. nu. 2. & ſeq. ff. de leg. j. qui ſubtiliſsimè, ac doctiſsimè remouet, & penitus tollit ſolita naturali facundia ſua omnia contraria, & plaſnum facit, iſtam eſſe communem opin. & ita eum laudat nunquã certè ſatis laudatum. Viui. com. opin. 126. in princ. relatus inter communes opin. recens collect. tom. 2. lib. 9. tit. 33. col. 1. verſi. ſimiliter. qui alios etiã ad hoc allegat. Si vero contigeret, laqueum frangi, an propterea damnatus, & ita ad ſupplicium ductus, liberari debeat, & ita in executione ſit ſuperſedendum. diximus ſupra in præfatio. nu. 58. & alijs ſeq. Et quando Meretrix in virum peteret condemnatum ad mortem, an ille ita liberetur ad petitionem iſtius, uide Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 98. num. 6. Viui. com. opin. 126. Bellacom. com. opin. verb. quis ad mortem. ambos relatos inter communes opin. recens collect. tom. 2. lib. 9. titu. 33. de ſent. paſſ. ille nu. 1. hic nu. 10. Anto. Gomez. d. c. 13. delict. poſt nu. 36. verſi. Quintus caſus. & Bonacoſſ. in commu. opin. in verb. executio. ſimiliter relatus inter d. commu. opin. tom. 1. lib. 1. titu. 14. de his, qui ad eccleſ. cõfug. nu. 6. quo loci ex Claro in d. loco. vt ſolet, ponit etiam de eo, qui dum ad patibulum duceretur cõfugit ad Sacramentum Euchariſtiæ per clericum portatum, vel ad Eccleſiam, vel beruarij cum eo per Eccleſiam tranſeunt ad patibulum illum ducentes.

429 Sed † ſi contigerit, quòd condẽnatus eſſet peritiſsimus, & inſignis in arte ſua, ſuſpenditur executio, immo reuocatur ſententia, & imponitur mitior pœna cõſulto Principe, & non aliàs. tex. eſt ſin. in l. ad beſtias. ff. de pœn. & ad hoc not. & commendat ibi Dyn. Bart. Alber. & Ang. prout & alij reputant ſing. quos refert Ant. Gomez. d. cap. 13. delict. poſt d. num. 36. verſi. tertius caſus. Rom. in ſing. 725. & ibi adden. alios citant. Prouetiã ſi ille decapitandus, aut furcis ſuſpendendus, aut aliter morti tradendus nolit pœnitere, aut peccata ſua confiteri, in executione ſuperſedendum



dendum eſt, donec illum pœniteat, & peccata ſua ipſe confiteatur: omni enim ſtudio Iudex id pro ſalute animæ illius curare tenetur, vt eſt tex. in l. Archigerõtes. C. de epiſc. audien. & dicit Caſſan. ſuper conſtitu. Burgun. fol. 219. nu. 125. ꝙ in hoc nemo facit dubium, licèt ſubdat, ꝙ contrarium vidit obſeruari. idẽ putat obſeruandum eſſe Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 97. ver. depone. ſcilicet ſuperſedendum eſſe ab executione per aliquod ſpacium temporis, vbi non eſſet periculum in mora, cum ſalus vnius animæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt, videatur cæteris omnibus rebus anteponenda, ita tamen, vt propter talem dilationem non differatur

430 in alium diem executio. Et † interea Iudex adhibitis etiam viris religioſis, & Deum timentibus, debet illum hortari ad pœniten-

431 tiam. & ſubdit Iul. Clar. ibi, ꝙ † ipſe non auderet conſulere Iudicibus inferioribus, vt vltra illud tempus inconſulto Principe executionem differrent. multa enim poſſent interea contingere & Reipublicæ damnoſa, & Iudicibus ipſis periculoſa, vt aliquando in facto (inquit Clar.) experientia docuit. & prædicta obſeruare

432 debet Iudex etiam † ꝙ Princeps eidem reſcriberet, vt aliquem reum incontinenti (vt dicit Motus proprius Pij V. contra homicidas & facinoroſos homines) aut nulla interiecta mora morti tradat, debet tamen adhuc ſemper Iudex illi concedere competens ſpacium temporis, ſi ſua peccata velit ſacerdoti confiteri, vt ſubdit vbi ſupra Iul. Clar. putans malè facere Iudicem, & Deum, & proximum grauiter offendere, ſi id denegaret, etſi pœnitere noluerit impœnitens luet pœnam delicti morte. vt per Caſſan. vbi ſu-

433 pra. Sed † quoad ſanctiſsimę Euchariſtiæ Sacramentũ in pleriſq; Regionibus non ſeruatur, ꝙ capitaliter condemnatis detur, vt in Ducatu Mediolani, vt dicit Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. q. 99. verſi. ſed quæro. vt neque & in Gallia, neque in Hiſpania, vt ex alijs dicit idem Iul. Clar. eo loci. quàmuis Eccleſia aliàs permittat illud eis communicari, vt eſt tex. in c. quæſitum. 13. q. 2. & ita tenent communiter Doct. vt atteſtatur ex Anto. Gomez. quẽ alleg. Iul. Clar. in d. loco. Bellacom. com. opin. relatus inter com. opin. recens collect. tom. 2. lib. 9. tit. 33. de ſent. paſſ. nu. 13. Et hunc laudabilẽ morem ſequuntur pleræq; Rom. Imperij Ciuitates, alijq; pij, deuotiq; Magiſtratus, vt dicit Iodoc. in prac. crim. cap. 152. nu. 4. quẽ

434 etiam refert Iul. Clar. vbi ſupra, qui ſubdit, † ꝙ vbi condemnatis capitaliter datur ſanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramentum, non deberent eo die, quo communicant, propter illius reuerentiam vltimo affici ſupplicio, ſed nihil allegat. hoc autem antea dixerat Hoſt. in ſum. de immunit. eccleſ. col. 8. quem ſequi videtur Ant. Corſet. in ſing. incip. Cardinalis. & ibi an hoc ſeruetur Bononiæ. & ſe-

& ſequitur etiam Aeneas de Falco.ad Abb.in c.ſanè. de celebrat.
Miſſar.& ita intelligas Arno.ſoliloq.81. Bonacoſſ. relatum inter
communes opin.recens collect.tom.2.lib.7.titu.15. de execut.rei
iud.nu.13.& Franc.Marc.deciſ.102.par.Bellacom.relatum inter
* d.communes opin. in loco ſupra citato. Qua de re latè per Na-
uar.poſt primam huius tract.editionem editum conſi.16.de pœ-
435 nit.& remiſſ.par. 2. Extrema † autem vnctio dari non debet capi-
taliter condemnatis,vt dicunt Doct. vt atteſtatur Gomez. Arias
* ſuper 2.lege Tauri.num.76.& ita in practica obſeruatur, vt dicit
Iul.Clar.d.verſi.ſed quæro. & tradit etiam Afflic. in conſt. termi
num vitæ.nu.7.& Bonacoſſ.vbi ſupra.

436 Et † ideo quando condemnatio eſt capitalis, laudabilis eſt con
ſuetudo, ꝙ talis ſententia intimetur condemnato nocte antece-
denti per virum religioſum, ac etiam illos de confraternitate,
qui de more curã hanc habent,qui accõmodatis verbis reo mor-
tem denunciant, illumq; hortantur ad patientiam, & pœniten-
tiam peccatorum ſuorum, & ſacramenta Eccleſiæ ſuſcipienda.
437 Et † vbi ſupplicium in alium diem differendum eſſet, mittuntur
* alij etiam viri religioſi, qui eum confortentur, prout etiam ſer-
uari atteſtantur Paris de Pute.& Marſ.quos refert Iul. Clar. lib.
5.ſenten.§.fi.q.99.in princ.vbi etiam refert Iodoc. qui hanc lau-
* dabilem conſuetudinem, in qua dicit omnes ferè conuenire, val
de eleganter exornat.in pract.crimin.cap.150. nu.3. Sed conſue-
tudo cuiuſcunque Prouinciæ attendenda eſt,vt dicit Iul. Clar. in
dicto loco. & prædicta etiam ſequitur Bonacoſſ. in ſuis commu.
opin.in verb.executio.relatus inter communes opin. recens col-
lect.tom.2.lib.7.tit.15.de execut. rei iud.nu.13.

Et his peractis,executio ſententiæ capitalis amplius differen-
da non eſt, ſed ſine alia mora de reo, & nocente ſupplicium ſumi
438 debet, præterquàm † tamen in die feriato in honorem Dei, vel
Sanctorum,& qui pro feſtis ſeruantur, quia ſcilicet ceſſatur ab o-
peribus manualibus in toto populo. licèt enim peccatum nõ eſ-
ſet his diebus ſententiam ſanguinis executioni demandare: hor-
rendum tamen eſt,& miſerabile ſpectaculũ,& à quo propter Dei
* reuerentiam eſt omnino abſtinendum,prout dicunt Docto.om-
nes in c.j.de ferijs.vt dicit Aug.Arim.ad Ang.de malefi. in verb.
439 inchoata facta.poſt num.12. Quàmuis † in enormiſsimis delictis
* executio capitalis etiam in diebus feriatis fieri ſoleat, vt ſeruari
de facto atteſtatur Marc.deciſ.409.nu. 2. & poſt eum Iul. Clar.d.
q.97.verſi.quæro etiam.quem refert Bonacoſ.vbi ſupra. nu.107.
Dixit tamen Iul. Clar. eo loci, quod ipſe nunquam vidit exequi
ſententiam aliquam criminalem, in qua pœna ſanguinis impo-
neretur,



neretur, ſed ſemper vidit executionem in alium diem non feria-
tum differri, & ſubdit, quòd ita ſeruant Iudices Deum timentes.
440 In alijs † autem diebus quàmuis in vtilitatem hominum feriatis,
conſuetudo obtinuit, indiſtinctè fieri poſſe executionem ſenten-
tiarum criminalium etiam capitalium, vt teſtatur Iul. Clar.in d.
loco. licèt de iure communi, neque in his diebus facienda eſſet,
vt videtur tex.in l.ſi feriatis.ff.de ferijs.& in l.cuſtodias.ff. de pu-
blic.iudic.

441 Et † fieri quidem debet executio iuſtitiæ in loco conſueto, &
* deputato, vt probat tex.in l.pen.ff.de iuſt.& iur.& ibi cõmuniter
Doct.vt dicit Anto. Gomez.c.13.delict. poſt nu. 35. vt regulari-
* ter obſeruatur,præterquàm in famoſis latronibus: illi enim in lo
co vbi ſunt graſſati ſuſpendendi ſunt,vt dicit tex.in l. capitalium.
442 §.famoſos.ff.de pœ. Quàmuis † aliqui etiam in non famoſos eri-
gi furcas faciunt in loco, in quo furtum commiſſum eſt,vt ſæpius
ſe vidiſſe atteſtatur Maria. in repet.c.qualiter,& quando nu.260.
& dicit Bal.in l.1.C.de nili ager.non rumpen.in primis verbis, ꝙ
ita fit in multis locis,prout etiam dicit Ang. de malefic. in verb.
vſque ad locum. ſe feciſſe obſeruari Peruſiæ,quod tamen non pla
cet Aug.Arim.in apoſtil.ad eum,nec Iul.Clar.d.q.99. verſi.item
quæro.niſi eſſet enormiſsimum delictum. Ant.Gomez. ex cõmu-
ni.d.c.13.delictor. nu. 35. & ſubdit ibi Iul. Clar. quod apud Me-
443 diolanenſes non vidit vnquã obſeruari,niſi † in graſſatoribus via-
rum, qui iuſſi fuerunt ſuſpendi in loco delicti. Sed Boſ. in tract.
cauſar.cri.tit.de executio. ſent. dicit, ꝙ ita ſæpe fieri vidit maxi-
me tempore Regis Gallorum,quo tempore ipſe Iul. Clar. vt ipſe
inquit in d.loco natus non erat. & apud nos per Gubernatorem
iuſſus fuit ſuſpendi in muro horti Monaſterij monialium fur,qui
per illum locum ad furandum in d.hortum ingreſſus fuit. Vt etiã
talis executio fieri debet publice,& de die, & non de nocte, vt ſi-
bi ſit ſupplicium,& alijs exemplum, vt per eundem Ant. Gomez
d.cap.13.delict.poſt d.nu.35. dicentem eſſe tex. in l. capitalium.
§.famoſos.ff.de pœn.licet quandoque viſum fuerit & de nocte, &
priuatim factam fuiſſe executionem,quia habita ratione loci,tẽ-
poris,& perſonarum caput intra carcerem, & de nocte amputatũ
fuit,quamuis poſtea publico in loco illud cum cadauere repoſitũ
fuerit,vt alijs eſſet exemplum.

444 Et † in ea quidem pœna fieri debet executio, in qua quis eſt
condemnatus,nec permittendum, quòd ipſe bannitus eligat qua
litatem mortis: Iudex enim inferior à Principe non poteſt dam-
nato ad mortem concedere arbitrium eligendi qualitatem mor-
tis,vt dixit Rom.ſing.131. quæro an iudex.allegans ad hoc text.
quem

quem dicit non eſſe alibi in l.aut damnum.in princip.& ibi glo.ff. de pœn.& idem firmat Bal.in l.1.nume.4.C.qui ad libert.peruen. non poſſ.& ſequitur Marſil.de bannit.in verb.mortui.nume.118. Quàmuis viderim interdum, vt ratio familiæ haberetur, concedi gratiam damnatum ad furcas decapitari.

445 Et † ſi pluribus pœnis captus bannitus, & condemnatus reperiretur, ſi quidem ſunt pœnæ pecuniariæ, omnes exequendæ ſunt, niſi vna alteram abſorbeat, vt quia bonorum confiſcatio ſuperuenerit, vt per Iul.Clar.d.q.99.verſicul.vltimo quæro. Si verò ſunt pœnæ corporales, & inter ſe compatibiles, vt quia ex vna ſententia fuit condemnatus in amputationem membri, & ex alia in pœnam mortis, omnes etiam exequendæ ſunt, ita tamen vt à minori, ſcilicet ab amputatione membri incipiatur, & deinde vltimum ſupplicium inferatur. non autem è conuerſo, vt videtur colligi ex gloſ.in l.omnes.in gloſ.fin.& ibi tradit Ang. & Bald.C.de delator. lib. 10. quæ gloſ. vt dicit Iul. Clar. in d. loco. reputatur ſingularis, & ideo ſecundum eos in d.locis, ſi quis eſt condemnatus in pœnam amputationis manus ex aliquo delicto, poſtea eſt condemnatus ex alio in amputatione capitis, prius manus, deinde caput amputari debet: duas enim is condemnatus pœnas pati debet, & non niſi vnam pateretur, ſi poſt capitis amputationem manus amputaretur: quia poſt capitis amputationem manum amputare pœna non eſt. quod & voluit Paul. Caſtr. in auth. Sed nouo iure.num.4.C.de ſeru.fugit.quod procedit etiam, quod ignoretur, quæ pœna prius fuerit impoſita, vt quia mures corroſerunt annos Domini, & indictionem vnius condemnationis.ita Bald.in d.l.omnes.nume.1. Sed ſi ſunt incompatibiles inter ſe, quia omnes ſunt capitales, & nemo poteſt niſi ſemel mori, in arbitrio eſt

* Iudicis exequi, quam pœnam maluerit. & ita ſeruat communis conſuetudo, de qua teſtatur Ang. in l. nunquam plura.nume.2.ff. de priuat.delict.& in l.1.§.fin.ff.nil nouar. appellat.pend. quem refert Ana.in cap.fina.nume.10. de colluſio. deteg. ſequitur Iul. Clar.d.verſic.vltimo quæro.qui ſubdit ex d.gloſſ.in d.l.aut damnum.& Rom.in d.ſing.131. quod hoc in caſu †

446 Iudex non poteſt dare electionem reo, & quòd ideo, ſi quis eſt condemnatus pro homicidio in amputatione capitis, & pro furto ad furcas, non debet fieri executio, vt prius ſuſpendatur, deinde caput amputetur, ſed Iudex elegit quam pœnam vult exequi, & illa ſola infertur. & videtur, quòd decapitationem debeat eligere, quia minor eſt pœna, vt per Bald.in d.l.omnes.nume.2.quem refert, & ſequitur Io. de Ana.in d.cap.fin.colum.10.de colluſio.& Dec.in conſ.65.nume.4.vbi per hoc conſuluit, quòd bannitus pro homicidio in pœnam



nam capitis poſſit à banno liberari per eum, qui interfecit bannitum pro furto in pœnam furcarum, ſtante ſtatuto, quòd occidens bannitum poſſit alium bannitum rebannire, dummodo nō ſit bannitus pro maiori crimine, quamuis Socin. in eodem caſu contrarium conſuluerit, reſpondens ad rationes Dec. in cōſ.157. volum.2.& eum ſequutus eſt Bero. in c. at ſi clerici. de iudic. ſed fuit ſecundum conſilium Dec.iudicatum, vt dicit ipſemet Dec.in d.cap.at ſi clerici.nume.60. pro quo vide etiam Crau.in tract.de antiq.temp.4.par.nume.27.& 28.fol.390.& ſeq.& Blanc.in Prac.

447 crim.fol.59.nume.133. Si tamen † plures eſſent condemnationes contra aliquem in vna, eademque ſententia prolatæ, tunc ſuo ordine exequendæ ſunt, prout videmus plerunque eos forcipibus candentibus laniari, deinde manum amputari, & poſtea decapitari, & ſucceſsiuè etiam in fruſtra ſcindi, licèt tales pœnæ nō ſint niſi in atrociſsimis delictis imponendæ: minus enim quàm fieri poteſt ſæuiendum eſt in humana corpora ſalua tamen ſemper iuſtitia, vt inquit Iul.Clar.in d.ſæpius alleg. verſic.vltimo quæro.

448 Poſſet † tamen Iudex pœnam impoſitam commutare, ſi illius capax bannitus non eſſet, vt ſi ex forma ſtatuti propter falſum teſtimonium quis condemnatus fuerit in pœnam amputationis dexteræ, & is manum dexteram non haberet, vel illam haberet aridā,

* poteſt iudicis officio pœna illa in aliam cōmutari, vt dicunt Doc. vt atteſtantur Bald.& Ana.per Iul.Clar.relati. d.q.85. verſic.non omitto. qui dicit, ita etiam vidiſſe quandoque per Senatum Mediolanenſem iuſſum fuſtigari quendam pro delatione armorum

449 prohibitorum, cum † eſſet gibboſus, nec propterea poſſit affici pœna edicti, quę erat trium ictuum funis, vt etiam dicit ſæpiſsimè vidiſſe mutari ex hac cauſa ictus funis in fuſtigationem, vel alligationem ad cathenam infamem, vel exilium, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, & latè hac de re per Menoch. de arbitr.iudic. caſ.4.9.nu. & plurib. ſeq.& per Io.Ant.de Nigr.in cōſt.regni. Ad hoc volentes.num.41.& ſeqq.vbi plures hac de re ponit quæſtiones. Prout etiam ſi de executione ſententiæ in pœnam amputationis manus ageretur, poſſet Iudex diſpenſare, ſi delinquens eſſet ita puer, & ſenex, ꝙ ſtatim veriſimiliter moreretur, tamen, ſi nolit, non tenetur, nec appellari poteſt, vt poſt Bald. Alex.& Io. de Ana.quos alleg.tradit Albert.Brun. de ſtatutis in verb. pœna.

450 verſic.ſi ſtatutum imponit. Quàmuis † non liceat Iudici inferiori hoc facere inconſulto ſuperiore, vt ſubdit Iul.Clar. in dicto loco. dicens, quòd in Ducatu Mediolani, non liceret Iudici inferiori hoc facere inconſulto Senatu, etiam ſi arbitrium haberet. latè Menoch.de arbitr.Iudic. quæſtio.96.

Et

451 Et † ſi flammis ex ſententia bannitus comburendus eſſet, vt in
crimine hæreſis, Sodomiæ, & falſi, & in alijs, de quibus per Iul.
* Clar.lib.5.ſent.§.fi.q.68.vtique vſus obtinuit, vt prius ſtrangule-
tur, quàm comburatur, quem refert Bonacoſ.relatus inter d. cō-
munes opin.recens collect.tom.2.lib.7.tit.15.nu.14. vt ita apud
Chriſtianos ſeruari atteſtatur Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap.
* 10.nu.9.in fin. quem refert Iul.Clar.d.q.99.ver.vnum tamen. vbi
etiam refert Simanc.dicentem hoc obſeruari etiam in relapſis ve
rè pœnitentibus.& hoc ad euitandum periculum, ne propter len-
tum, & atrox genus mortis condemnatus in deſperationem indu
catur.& ſi caſus contingeret, ita omnino ſeruandum eſt, vt dicit
Iul.Clar.d.ver.vnum tamē. quicquid dixerit Corſet. in ſuis ſing.
452 in verb.pœna.vno † tantum caſu excepto, ſcilicet, quando damna
tus propter hæreſim nollet pœnitere, neq; ad catholicam fidē re-
* dire; eo enim caſu eſſet vtique viuus comburendus, prout etiam
in Hiſpania ſeruari affirmat Couar.loco iam citato poſt num.10.
verſi.tandem in Hiſpania, cum enim nulla ſit ſpes ſalutis, parum
eſt de eius deſperatione curandum. Verùm curandum eſt, vt alij
ex genere mortis terreantur, & ita à delictis arceātur, & hoc præ-
ſertim in crimine hæreſis omnium atrociſsimo, & pernicioſiſsi-
mo. Sunt namq; aliqui, qui mortem non timent, ſed genus mor-
tis, vt meritò in aliorum exemplum pœna exacerbari debeat, vt
per Mant.ſing.16.nu.3.& alibi diximus.

453 Et † ſi in Ciuitate nullus eſset carnifex, ſiue miniſter iuſtitiæ,
prout in aliquibus eſse ſolent, qui ſententiam capitalem exequa
tur, poterit Iudex propter publicam vtilitatem cogere aliquem
hominem, quamuis liberum, vt ſit carnifex, ſiue executor, etiam
quòd ipſe in nihilò deliquerit, ſi tamen vilis ſit perſona, vt men-
dicus, & ſimilis. vt tenet Bar.in l. fi.§.Titius.nume.3. ff. de pigno.
* actio. quem ſequuntur omnes, vt ex alijs dicit Iul. Clar.d. q. 99.
verſi. ſed pone. qui etiam dicit, ꝙ his in caſibus ad executorem
iuſtitiæ debent ſolui quinque aurei pro eorum mercede, vt vide-
tur tex.in l.diuus.ff.de bon.damnat.& dicit Paris de Put. de Sin-
dic.in verb.Maniuoltus.nu.5. Bonacoſ. relatus inter d. cōmunes
opin.d.tom.2.lib.7.tit.15.nu.14.& Rip.in tract. de peſte. tit. de
remed.præſeruat.contra peſtem.nu.126.Ant.Gomez.cap.14.de-
lictor.nu.7.idem tradit etiam Tiraq.in tract. de nobilitate.c. 20.
nu.103.Lancellot.Conrad.in prac.crim.tit.de homicidis.poſt nu
me.10.verſi.8.in miniſtro iuſtitiæ. Et an poſsit Iudice liberare v-
num ex pluribus condemnatis, vt alios accidat, & an poſsit face-
re gratiam morituro, dum perpetuò, vel ad tempus ſit miniſter iu
ſtitiæ remiſsiue Marſ.in l.1.in prin.num.26.ff.de ſicar.& Parid.cū
quo



quo tranſit Conrad. in d loco poſt d. num. 10.

454 Poteſt † etiam aſinus, vel aliud animal cuilibet de populo, aut
currus pro portando malefactorem ad furcam condemnatum
auferri, ſecundum Barto.per illum tex.in l. iubemus nullam. C.
de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. & Saly. in l.fi. ff.de pignor.actio. Gu
liel.Benedic.in d.repet. cap. Raynutius. par. 1. in verb. mortuo
itaque teſtatore. num.100.de teſtamen. Rip.in d.loco.num.124.
& 127.vbi etiam dicit poſt Paridem de Puteo, quem alleg.quòd
Reſpublica, ſeu Princeps tenetur ſoluere pretium bonum acce-
ptorum ad trahendum hominem ad locum iuſtitiæ, quia dici ſo-
let à ruſticis, quòd d. boues de cætero non arabūt, vel ſi ara-
bunt, terra arata fructum non geminabit, vt per eos, & Eman.
Xuarez. in addi.ad Ant.Gomez.cap.14. delictor.nu.7. littera B.
& Io. Petr.Surd.conſi.83.nu.2. & 12.

455 Et † ſi bannitus captus ante executionem moriatur, vel natu-
rali fato, vel quia ſibi ipſi manus intulit, licèt de iure nullo mo-
* do ſuſpendi poſsit, contrarium tamen praxis tenet, & obſeruat,
præſertim in publicis, & famoſis latronibus, vt ex pluribus, quos
congerit atteſtatur Iul. Clar. d.lib.5.ſent.§.fin.q. 51.verſ. ſed hic
incidenter. quibus addo Ang. idem atteſtantem in l.2.in fin.C.
qui teſtamen.fac.poſſ. & ibi Dec.nume.8. qui ſubdit ex Bald. ibi
hoc eſſe in arbitrio iudicis, qui hoc facere poteſt ad terrorem
aliorum, quod & tradit Menoch. de arbitr. iud. caſ.284. num.
15.& latius caſ.ſeq.num.7. Ficard. & Bonacoſ.in eorum commu.
opin. relatis inter communes opin. recens collect.tom.2. lib.9.
tit.1.de public.iudic.num.109.& late Gig.de crimine læſæ maie-
ſtatis, tit.de pœnis committendis crimin. læſæ maieſt. quæſt.33.
per totum.

456 Et † expenſa executionis iuſtitiæ, vt furcarum, carnificis,
& ſimil.ad fiſcum pertinet, vt fuit deciſum per Capel.Tholoſ.de-
ciſ.41.Bonacoſ. vbi ſupra. Quod intelligit Iul. Clar.d.q.99.verſ.
quæro hic.niſi adſit conſuetudo in contrarium, vt quia loci com
munitas eſſet in poſſeſsione furcas ſuis ſumptibus, & expenſis eri
gendi, vt eſt in multis locis: nam eo caſu non eſſet ab ea conſue-
tudine recedendum.

457 Et † executa demum ſententia, cadauera punitorum deponi,
& tradi ſolent eccleſiaſticæ ſepulturæ de iure canonico.cap.quæ-
* ſitum.13.quæſt.2. prout in Italia obſeruatur, quicquid ſit de iu-
re ciuili. vt in tit. de cadauer. punitor. vt etiam in Gallia ſerua-
tur, vt dicit Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund.fol.94. poſt nu.5.
Sed tamen habita prius licentia à Iudice, aliàs enim non ſolent
deponi, & tradi ſepulturæ. glo.in clem.penul. verſi. pœnitentiæ.

de pœnit.& remiſsio. Dec. in d.l.2.numero 9. C.qui teſtam.fac.
* poſ. & declarant communiter Doct. vt dicit Anto. Gomez.c.14.
delict.numero 8.& ex eo Iul.Clar.d. lib.5.ſent.§.fin. quæſt.100.
quæ eſt fin.d. lib. 5. in princ.prout etiam ſeruatum fuit in ſacra-
458 tiſsimo corpore Saluatoris noſtri, qui † de licentia Pilati Præſi-
dis fuit à Cruce depoſitus, & ſepulturæ traditus. Ioan. 24.& ita
459 ſeruatur. Quàmuis † quandoque condemnati propter immani-
tatem criminis, vt læſę maieſtatis, & etiam aggreſſores publica-
rum viarum ſolent poſtquàm ſuſpenſi ſunt, relinqui in loco pa-
tibuli non ſolum per aliquas horas illius diei, vt ceteri omnes
relinqui ſolent, ſed perpetuò etiam, vt cæteris ſint exemplo,&
terrori, vt dicit Iul.Clar.d. q.100.in prin. vbi etiam refert Ioan.
Igne. dicẽtem in l.1.§.ſi ſibi manus.poſt num.49.ff. ad Syllan.ꝙ
hoc plerunque Gallia obſeruat, vt ſcilicet inſignium latronum
cadauera membratim diuiſa in locis, vbi frequentius graſſati
ſunt, pendere permittuntur, & in his etiam partibus quandoq;
obſeruatum vidimus.

460 Et † ſi fortè per errorem carnifex, & iuſtitiæ miniſter ma-
num delinquenti, & condemnato dexteram inciſerit, cum ſi-
niſtram, ex ſententia incidere debebat, non amplius in alia ma-
nu executio facienda eſt. ita Paris de Puteo in tract. de ſindic.in
verb. executio ſententiarum. cap. 1. poſt numerũ 4. per tradita
per Barto.in l. eleganter. §. qui probos. ff. de pignor. actio. vbi
quòd ſi condemnato dexter oculus extraheretur ab executore
per errorem, cum ſiniſtrum extrahere debuiſſet, non amplius
hic ſiniſter oculus extrahi debet ſecundùm formam condemna-
tionis, quia non poſſet ſibi amplius reſtitui dexter oculus. & idẽ
dicit Paris de Puteo, vbi ſupra in omni alia executione irretra-
461 ctabili. Licèt † ſecus eſſet, ſi per errorem executio facta fuiſſet,
cum contra alium fieri debuiſſet, vt quia decapitatus, vel ſuſpen-
ſus fuiſſet per errorem, puta Titius pro homicidio commiſſo in
Seium,& deinde repertum fuit quòd non fuit ille Titius, ſed al-
ter Titius, qui non erit propterea liberatus, quòd aliter Titius
pro eodem homicidio ſuſpenſus, ſeu decapitatus fuerit, ſecũdũ
Bal. in l.2. quib.res iudic.non noc. alleg.l. qui ſeruum. ff. de in-
terrog.actio.Cyn. in l.1.C.qui accuſ.& not.in l. Lucius. ff.de in-
fam.Conrad. poſt Marſ. quem alleg. in pract.crim.tit. de homi-
cidis. poſt numerũ 7. verſi. 13.amplia. Iaſ.in l.error.num.14.C.
de iur. & fac.ignor.Ioan.Roias in ſing.in fauorem fidei.ſing.38.
numero 3.Caſſan. in conſuetu.Burgund. rub.des iuſtices,& dro-
ictz d'icelles.nu. 124. fo. 218. Pari.de Puteo, de Sindic.d.verb.
executio ſententiarum. capitulo primo, poſt d. numerũ quartũ,





qui putat talem executorem extra ordinem de tali errore eſſe pu-
niendum. & plures recenſet Anto. Gomez. in cap.13. delictor.
numero 36.

462 Veſtes † verò cadauerum punitorum debentur ſpiculatoribus
de iure.l.diuus.ff.de bon. damnat. qui præter humanitatem, im-
maniter, & inſolenter eas adimere, & arripere non debent. &
meminit Ammianus Marcellinus, lib. 28. hiſtor.quod cum Cla-
rita, & Fluminiana de adulterio damnatis ſub Valẽtiniano, ha-
rum vni carnifex arripuiſſet veſtimenta, & ita ad pœnam traxiſ-
ſet, vt nec quidem vllum velamen pudendarum partium reli-
quiſſet, & ita nudam ad ſupplicium duxiſſet ſua authoritate, im-
maniter, & inſolenter, & contra pudorem, de adulterio ſum-
pto ſupplicio, ipſe viuus exuſtus fuit. Meritò certè, vt inquit Per.
Gregor.lib. 32. Syntagmat. iur. vniuerſi.par. 3. capitulo 28. nu-
mero primo, non quod culparetur rapacitas veſtium. Nam par-
ticulariter debentur ſpiculatoribus, ideſt veſtimenta, quibus
ſpoliantur momento, quo quis punitus eſt, d.l. diuus. ſed quod
viuenti præter humanitatem ademiſſet.Et veſtimenta hæc debe-
rent vendi, & pretium illarum conuerti in expenſas neceſſarias
officijs, vt in perſequendo malefactores, & huiuſmodi, vt dicit
Barto.in d.l.diuus.ff.de bon.damnat.& alibi, vt per Pari. de Put.
de Sindic. in dicto verb. expenſæ. cap. 2. numero 2. Sed conſue-
tudo Prouinciæ,& loci ſeruanda eſt. & quid in Francia obſerue-
tur habes apud Boer.deciſ. 349.poſt numerũ 5.& quid apud Me
diolanenſes apud Iul. Clar.d.quæſt.100.in fin.Et inter ipſos mi-
463 lites,& ſatelites diſtributæ † fuerunt veſtes SALVATORIS
noſtri tempore ſacratiſsimæ ſuæ paſsionis, cuius merita nos ad
cœleſtia gaudia perducant, illique ſit laus, & gloria in ſem-
piterna ſeculorum ſecula. Amen.

HAEC ſunt, quæ mihi de executione ſententiæ contumacia-
lis capto bannito pro breui Tironum exercitatione com-
memoranda, & differenda Dei ſingulari munere ſe obtulere. Et
ſi fortè, vt ſunt intellectus humani fallaces, ab illa ſententia, quã
Catholica docet, & tenet Eccleſia in hoc opere me deuiaſſe ali-
qua in re contigerit, illud ex nunc veluti per ignorantiam, aut
negligentiam dictum pro recantato haberi peto, & ipſius Catho
licæ Eccleſiæ iudicio, & cenſuræ opus hoc, & me ipſum ſu-
bijcio.

Quoniam verò ſuperius meminimus plurimarum litterarum
Apoſtolicarum huic rei de executione ſententiarum contra ban-

nitos captos congruentium uarijs temporibus à diuerſis Romanis Pontificibus æditarum; vtile, ac gratum Iudicibus fore putauimus, ſi in vnum colligerentur, quæ tractatum ipſum veluti cōmitarentur, & ad manus vnà cum ipſo ſic omnibus eſſent. & ſunt quæ ſequuntur. In quarum margine capita huic rei congruentia annotata ſunt, ne alijs plurimis, quibus illæ refertæ ſunt, ad rem hanc non pertinentibus, quæ ſeiungere ab illis non licuit, Iudices remorentur.

F I N I S.





# LITTERÆ APOSTOLICÆ DIVERSORVM SVMMORVM PONTIFICVM;

## In materiam executionis ſententiarum contra bannitos captos;

*De quibus ſupra ſit mentio.*

## Bulla generalis Pij Papæ V. contra homicidas, bannitos, & alios facinoroſos;

*In qua continentur omnes aliæ litteræ Apoſtolicæ contra eoſdem æditæ à prædeceſſoribus à Pio II. vſque ad Pium IIII.*

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

EX ſupernæ diſpoſitionis arbitrio gregis Dominici curæ pręſidentes inter varias animi ſolicitudines, quæ ex Paſtoralis officij miniſterio nobis incumbunt, illam à nobis potiſsimè amplectendā eſſe putamus, per quam inter ſingulos Gregis eiuſdem fideles, præſertim verò nobis & Romanæ Eccleſiæ ſubditos, pax, & concordia confouentur, ſeditiones ſedantur, ſcandalis obuiatur, & animarū ſalus procuratur. Vnde ea quæ ſedula meditatione hactenus à diuerſis Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris præmiſſorum ratione geſta fuiſſe, ac ordinata cōperimus, quò ſæpius fideles ipſi illa perſpicient innouari, eò feruentius, ac promptiùs ad illorum obſeruationem excitentur, cōfirmanda, innouanda, noſtræq; authoritatis munimine roboranda eſſe cenſemus, aliasq; deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus expedire. Sanè aliàs poſtquam fœlicis recordatio-

nis Pius Papa II. prædeceſſor noſter per eum accepto, ꝙ à certis
tunc elapſis annis citra in terris, locis, & tenimentis dictæ Ro-
manæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis, quàmplura ét
ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur homicidia, idem
prædeceſsor attendens crimen huiuſmodi inter alia pernicioſum
eſſe, & deteſtabile, & iuxta canonicas ſanctiones debere graui
animaduerſione puniri, & tanto ſęuerius puniẽdum, & extirpan-
dum fore, quantò manifeſtius cognoſcebatur, & eo ſcandala, &
plura mala ſubſequebantur, ac cupiens, ꝙ eiuſdem Eccleſiæ me-
diatè, vel immediatè ſubiecti pacifici forent, & modeſti, ac ter-
ras, & loca prædicta ſicarijs expurgare, inter alia per ſuas litte-
ras ſtatuerat, & declarauerat, ꝙ omnes illi, qui pro delicto hu-
iuſmodi forent condemnati, aut aliàs de Ciuitate aliqua, ſeu di-
ſtrictu ipſius banniti, non poſſent ad Ciuitatem, ſeu diſtrictũ hu
iuſmodi quocunque tempore, ſeu in eis, vel eorum altero morã
trahere, etiam habita pace ab hæredibus, & conſanguineis, ſeu fi
lijs ipſius occiſi, nec Legatus etiã de latere, aut Gubernator, qui
pro tempore foret, vel quiuis alius poſset authoritate Apoſtoli-
ca, ſeu ex officio ſuæ legationis aliquem homicidam, ſeu banni-
tum rebannire, & reducere, ſeu reuocare ad Ciuitatem, vel di-
ſtrictum, aut eorum alterum, ſeu ei licentiam, vel ſaluumcon-
ductum concedere, ſeu morandi in eis, vel eorum altero, in per-
petuum, vel ad tempus modicum, ſiue magnum, nec etiam ad diẽ
vnum, ſiue noctem. Quòd ſi ſecus per quemcunque ex prædi-
ctis factum foret, ipſo facto pœnam excommunicationis ſine vl-
terioris ſententia declarationis, à qua per alium, quàm per
Summum Pontificem, & tunc facta de hoc ſpeciali expreſsione,
non poſset abſolui, ac licentia, reductio, reuocatio, ſaluuſcondu
ctus, & caſsatio proceſsus, & banni huiuſmodi eſsent ipſo iure
nulla, nulliuſque roboris, vel momenti, incideretque etiam in
pœnam ducatorum mille auri Cameræ Apoſtolicæ applicando-
rum, quam Theſaurarius, cui hoc ſecretè, vel publicè foret rela-
tum, & denuntiatum retineri faceret, & mandaret, nullo ſuper
hoc expectato, ſeu requiſito Superioris mandato. Quod ſi non
faceret ipſe Theſaurarius eandem ſententiam excommunicatio-
nis ipſo facto cum eiſdem qualitatibus incurreret. Ipſeq; reban-
nitus, reductus, ſiue quocunque alio modo reuerſus poſset, de-
beretque capi, detineri, & incarcerari, ac de ipſo ſecundùm ſen-
tentiam contra eum latam, Iuſtitia fieri per Gubernatorem, Po-
teſtatẽ, vel alios Officiales, ad quos ſpectaret, & pertineret incõ
tinenti ſine vlteriori ſententiæ notificatione, requiſitione ſupe-
rioris, vel alterius ſub pœna ducentorum ducatorũ auri Camerę
præfatæ

*De executione ſententiæ contra bannitum captũ non obſtante quouis ſaluocõductu, & rebannitione aliter quàm à Ro. Pont. emanatis.*



præfatę applicandorum, quam Theſaurarius præfatus ſimili mo-
do, & forma, ac ſub ſimilibus cenſuris faceret retineri, & quòd
quęcunque appellationes interpoſitæ, vel interponendæ ab hu-
iuſmodi, vel alijs ſententijs, ſiue grauaminibus contra homici-
das latis, vel à proceſſu contra eos facto, & ſi lis, vel inſtantia ſu-
per eis penderet, & inhibitiones vigore ipſarum emiſſæ forent,
per Auditorem Camerę, vel alium quemcunque ordinarium, vel
delegatum, eſſent nullæ, & inualidæ, nec ad vlteriora ſuper his,
& ipſarum vigore procedi poſſet, aut deberet. Quinimo appella
tiones, lites, & cauſæ huiuſmodi cenſerentur auocatæ, extinctæ,
& inualidę, nec Poteſtates, ſeu Officiales, quibus inhibitum fo-
ret, mandatis, inhibitionibus litis pendentis, cenſuris, & pœnis
in eis contentis aſtringerentur, immo tenerentur, & deberent ad
executionem ſententiarum latarum procedere, poſſet tamen in
caſibus à iure, vel ſtatuto permiſsis appellari ad Gubernatorem
Ciuitatis, ſeu Prouinciæ, qui infra menſem cauſam diffinire te-
neretur, quo elapſo, inhibitio, & inſtantia ſuper eis eſſent nullę,
& libere ſine impedimento poſſet fieri executio ſentẽtiæ, vel bã-
ni, ac ſi non fuiſſet inhibitum, & appellatum, quodque banniti, &
condemnati propter huiuſmodi crimen homicidij cenſerentur
banniti ab omnibus circumuicinis locis vſque ad milliaria quin-
quaginta, infra quæ ſi reperti forent, poſſent, & deberent capi-
talis ſententiæ ſuæ condemnationis pecuniariæ executionis fieri
cõtra eos per Poteſtates, & alios Officiales ciuitatibus diſtrictus,
& loco Præſidẽtes ſub pœnis pecuniarijs ſimili forma incurren-
dis, ita quòd omnes, & ſinguli homicidæ, quorum delictorũ no-
torium foret, vel de homicidio infamati, ſeu condemnati etiam
ſi de delicto huiuſmodi ex forma ſtatuti non poſſet inquiri, vel
aliqua pœna imponi, vel etiam ſi ipſius delicti, vel pœnæ pro eo
impoſitæ authoritate Apoſtolica, vel alterius ab ea, vel à Roma-
no Pontifice poteſtatem habente eſſet facta remiſsio, caſsatio
proceſsus, & ſententia annullata, vel aliàs quomodolibet diſpo-
ſitum per viam gratiæ, vel iuſtitię remiſsionis in toto, vel in par-
te, non poſſet habere officia, vel dignitates in quibuſcunque lo-
cis, Ciuitatibus, & Terris, à quibus banniti forent, & in quibus
domicilium eorum, originemque haberent, ſeu aliàs morã trahe
rent, vel reſiderent, etiamſi forent abſoluti, rebanniti, vel aliàs
eorum ſententia, ſeu condemnatio, ſiue proceſsus irritati, vel
aliàs pro infectis habiti, ſed perpetuò eſsent infames, & omni of-
ficio, & dignitate priuati, nec poſsent ferre teſtimoniũ, nec tabel
lionatus officium exercere, neq; admitterentur ad iudicandum,
ſeu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis
X 4 eſſent

eſsent perpetuò ſuſpenſi, quinimo ſi huiuſmodi officia acceptarent, exercerent, ſeu aliàs ad ea exercenda admiſsi forent, tam ipſi, quàm Gubernator, Legatus, aut ſuperior, qui eum eligere, vocare, aut ipſum officium exercere, ſeu ei præeſse pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipſo facto incurrerent, & ſua gubernatione priuarentur, nec geſta in iudicio, vel extra iudicium, tam per eum, qui admiſsus foret ad officium, quàm per eum, qui illud exercere paſsus foret de cętero valida eſsent, & robur obtinerent, quinimmo eſsent nullius roboris, vel momenti: & ſi Eccleſiaſticæ perſonæ forent, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrerẽt ſine vlteriori declaratione, à qua pœna non poſsent præterquàm à Romano Pontifice cum ſpeciali delicti, ſeu homicidij huiuſmodi expreſsione abſolui. Et Theſaurarius Cameræ ſine vlteriori requiſitione, ſeu notificatione, aut inhibitione, vel monitione ſalarium eiſdem, vel alteri debitũ retinere deberet, ſi ab eo deberetur. Si verò non deberetur Poteſtati, Gubernatori, vel alteri, ad quem ſpectaret, ab eis, vel eorũ altero exigi, & ſatisfieri ſub eiſdem cenſuris eiſdẽ litteris, quas idem prædeceſsor per omnes Ciuitates Eccleſiæ publico preconio publicari mandauerat.

Dum ſæpius contingeret, ꝙ offenſionis ignarus, aut ob huiuſmodi exceſſus plurimum condolens horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam iniuriæ vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, ſeu vulnerari, vel occidi faceret, inde quoq; iuxta damnabilem abuſum Ciuitatis vtraque pars ſe domibus priuatis includeret, quas in contemptum Summi Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis armatis cõplebant, & interdom fores domorum, ac porticus ſteccatus communibant, vbi tanquàm ad officinas, ac aſylum ſcelerum perditi homines, & ſceleſti ab vtraque parte conueniebant illic inuidia factio coniungeretur atrociſsima ſceleris immanitate concordans illic dementia, & furia eſſet uenalis iniuria, dum hi, qui nulla erãt iniuria laceſsiti ad uindictam offenſorum inſana mente, & ſeruili crudelitate coniurarent, hi eſſent, quorũ pedes ueloces erant ad effundẽdum ſanguinem, qui uiam pacis non cognouerant, inter quos fœda, & obſcęna commercia, alienarum luſus pecuniarum effuſio, patrimoniorũ diſsipatio, diræ blaſphemiæ, & obſcęni agebantur inceſtus, ex his oriretur regentiũ Rempublicam, & Magiſtratuũ contẽptus, ac ſeditiones nonnũquã ſuſcitarentur. Et ſi qñ huiuſmodi rixæ, & diſſentiones intercederent,

non



non ſolum propinqui, atque cõiuncti, ſed etiam extranei vtrique parti ſe offerrent. Quod vulgo Apuleos, & materno vocabulo (*fare di bene*) nuncupabatur, ex quo plerunque totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, & non ſine graui nota Regentium, atque diſcrimine Reipublicæ armaretur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti occaſione ius humanæ ſocietatis, omnẽ charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu ſubuerterent, piæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædeceſſor noſter per ſuas litteras perpetuo ſtatuerat, & ordinauerat, ut quicunque ex tunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac ciuis Roman. vel quæuis alia Eccleſiaſtica, ſecularisque perſona cuiuſcunque conditionis, & qualitatis exiſteret, quacunque etiam atroci iniuria laceſsita pro ſua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel perſonaliter offendere pręſumeret, aut alia fieri faceret, vel mandaret. Similiter qui in Vrbe Roma, vel eius diſtrictu occaſione rixæ, vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adherentes, & complices, ac fautores brigæ auerſere, ſiue quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præſumeret per ſe, vel alium, crimẽ læſæ maieſtatis, rebellionis, & ſeditionis in Vrbe cõcitatæ reus cenſeretur, & haberetur, ac veluti talis à competentibus Iudicibus ſæueriſsimè puniretur: Eccleſiaſtici verò talia perpetrantes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio eſſent ipſo iure priuati, & perpetuò manciparentur, ac beneficia eorum liberè per illos, ad quos collatio pertinebat eorum cõferentur, omneſque prętérea talia committentes tanquàm Chriſtianę Religionis alieni publicæ pacis æmuli ab omni populo, Ciuitate, loco, & terra dictę Eccleſię mediatè, vel immediatè ſubiecta eſſent perpetuò diffidati, eorumq; bona tam mobilia, quàm immobilia eſſent ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ confiſcata. Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici, vel mũdani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet accẽſus. Et vt magis eſſet famoſa eorum infamia factio teſtamẽti actiuè, & paſsiuè eſset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta pãderetur, omni ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta. Et præter prædictas pœnas ſnĩam excõicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua abſolui non poſsent, niſi per Rom. Pontifices præterquàm in mortis articulo conſtituti. Illi verò, qui ipſis offenſis, vel offendentibus, ſeu brigoſis adherere fauorẽ, opẽ,

auxi-

auxiliumque promittere, aut in domibus, vel caſtris, locis, ſeu fortalitijs ſuis receptare, aut qui iuxta vulgare *fare di bene*, ex tunc deinceps præſumerent tanquàm fautores ſcelerum, & conſpiratores aduerſus publicam pacem omnino ſimiles rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, aut excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Et præterea vt domus, & habitationes principalium offendentium, qui vindictā in alios, vt præmittitur, ſumere, & exercere, aut etiam qui ex vtraq; parte domos ipſas munire, aut congregationes occaſione brigæ, aut collectas hominum adunare, vel armis, aut armatis, ſeu ſteccatis, aut propugnaculis communire auſi forent, in deteſtationem tanti facinoris demolirentur, & vſque ad ſolum ad perpetuam infamiam proſternerentur. Per hoc quoque ſecularibus, aut alij iudicibus ſuis competentibus non ademerat facultatem vtendi ſtatutis, & legibus aduerſus tales editis, & edendis.

Et ſucceſsiuè recolendæ memoriæ Sixtus Papa IIII. ſimiliter prædeceſſor noſter accepto per eum quòd contenta in litteris Pij prædeceſſoris huiuſmodi a certis annis tunc elapſis citra non fuerant obſeruata, & ex illorum non obſeruantia ſubditi præfatæ Eccleſiæ procliuiores erant ad homicidia committenda, ac ferè paſſim quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati, ideo ad illa cōmittenda promptiores exiſtebant, quia ſperabant latere, & ſuorum exceſſuum remiſsionem conſequi facile poſſe, ad deteſtabilem, & horrendam ſicariorum nequitiam talium ad aliorum cautelam iuris remedijs proſequi ſtudio cupiens indefeſſo habita ſuper ijs cum fratribus ſuis præfatæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura de illorum conſilio per ſuas litteras, decretaque Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ac prout illa concernebant omnia & ſingula in dictis litteris Pij prædeceſſoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat, & de eorundem fratrum conſilio ſtatuerat, & ordinauerat, ꝙ condemnati eatenus, & quos in poſterum condemnari contingeret vbilibet in Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis pro homicidio, ſiue vt principales, ſiue vt auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes ſuarum condemnationum remiſsionem, aut contra illas ſaluumcōductum, & licentiam ſecurè in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinquo nullatenus obtinere poſſent ab alio, quàm à Roma. Pontifice, qui pro tempore eſſet, & alicuius alterius etiam Legati de latere remiſsio nemini ſuffragaretur: & ſi forſan contingeret eundem Rom. Pontificem ad remiſsiones, ſiue ſaluumconductum huiuſmodi procedere talis remiſsio per præoccupationem proceſsiſſe cenſe-



retur, & nemini prodeſſe poſſet, niſi in illa verus litterarum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes inferius inſertus foret, ac ſpecifica, & determinata cauſa exprimeretur, quæ eūdem Rom. Pontificem induceret ad derogandum eiſdem litteris Sixti prædeceſſoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto prædeceſſore emanauerant.

Et ſubſequenter ſanctæ memoriæ Iulius Papa II. etiam prædeceſſor noſter habita ſuper ijs cum fratribus ſuis tunc, & dictæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio litteras Pij, & Sixti prædeceſſorum huiuſmodi, prout illas concernebant, omniaq; & ſingula in eiſdem litteris contenta per quaſdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuò obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, ſeditioſos, & rebelles, aut alios pro quocumque alio crimine capitali à quibuſuis officialibus, tam in dicta Vrbe, quàm extra eam, & in terris eidem Rom. Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis ius dicentibus pro tempore condemnatos, & brigoſos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ Vrbis Apoſt. authoritate approbatas facere recuſantes, nec non ius ſibimet contra alios dicentes, aut caualcatas ſine Rom. Pont. aut officialium ſuorum ſpeciali licentia facientes, vel mouentes præfata authoritate de eorundem fratrum cōſilio extenderat, ac vniuerſis, & ſingulis tam laicis, quàm Eccleſiaſticis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnō Communitatibus, Vniuerſitatibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum quorumcunque locorum dictæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectorum, diſtrictè præcipiendo mandauerat, & inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exitioſos, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigoſos pacem facere recuſantes, ſeu ius ſibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes in eorū Ciuitatibus, Caſtris, ſeu locis alijs quibuſcunque recipere, & retinere, ſeu auxilium, conſilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè per ſe, vel alium præſtare, aut in eorum domibus, ſeu Caſtris, vel locis recipere, & receptare præſumerent. Et ſi aliquis contra inhibitionem, & mādatum huiuſmodi quouis modo directè, vel indirectè de cætero venire præſumeret, idem Iulius prædeceſſor omnes, & ſingulos ſic contrauenientes excommunicationis maioris, & anathematis ſententia, à qua nō niſi ab ipſo Iulio prædeceſſore, & eiuſdem ſucceſſoribus (præterquàm in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione præmiſſa) abſolui poſsint, incur-

*Extēſio Bullæ Pij II. & Sixti IIII. ad omnes pro capitali crimine damnatos.*

incurrere, eosq; omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibusve, immunitatibus realibus, & perſonalibus, ac Ciuitatibus, Caſtris, Terris, locis, & dominijs, eorũ dignitatibus, & honoribus, iuribus, & officialibus, ac etiam feudis, & conceſsionibus quibuſcunque, quæ Roman. prefata, & quibuſcunque alijs Eccleſijs obtinere noſcebantur ſub quacunque verborum forma, & tenore, ac cum quibuſuis efficacisſimis, & inſolitis clauſulis etiam præſeruatiuis ab incurſu pœnæ priuationis eo ipſo priuatos, & inhabiles, ac indignos ad illa, & qualibet alia in poſterum obtinenda, ac quoſcunque actus legitimos exercendos fore nunciauerat, & illa per ipſum Iulium prædeceſſorem, & ſucceſſores ſuos abſque aliqua declaratione ſuper incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi, aut citatione eorum, qui priuationis pœnam incurrerent facienda alijs perſonis in feudum, ſeu vicariatũ, aut aliàs ac ſi per elapſum temporis cõceſsionis, aut finitam lineã ad dictam Cameram reuerſa eſſent liberè concedere, ac aliàs de illis diſponere poſſe decreuerat, & declarauerat. Nec non Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca prædicta Cameræ præfatæ confiſcauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac confiſcata, incorporata, & appropriata eſſe, ſicq; contrauenientes pro rebellibus eiuſdem Eccleſiæ haberi, & cenſeri debere voluerat eorum ſubditos, ac vaſallos, & Arcium, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum prædictorum, Caſtellanos, à quocunque fidelitatis iuramento, quo ipſi eſſent quomodolibet aſtricti penitus abſoluens, Ciuitates quoque, Terras, Caſtra, & loca prædicta ſi ab eiuſdem Eccleſiæ obedientia ſe non reducerent, ſeu in præmiſsis quomodolibet delinquerent, & etiam quorumcunque eis auxilium, conſilium, vel fauorem quouis modo directè, vel indirectè, publicè, vel occultè præſtantium etiam quæcunque Eccleſiaſtica, vel mundana, & regali præfulgerent dignitate, & excellentia, vt præfertur, & ad quem eos declinare contingeret, Eccleſiaſtico ſubijciens interdicto tandiu firmiter obſeruando, donec ibidem foret etiam per triduum poſt inde diſceſſum illos quoque, qui aliquem ſcirent culpabilem in prædictis, & eidem Iulio prædeceſſori, vel ſucceſſoribus ſuis intra trium dierum ſpeciem non referrent, vel alicui, per quem ad eum fideliter referretur ſimiles pœnas incurrere voluerat. Et inſuper per eundem Iulium prædeceſſorem accepto quòd cum non nulli Ciuitatum, Caſtrorum, & locorum tam Regni noſtri tunc, ſui Siciliæ citra Pharum, quàm aliarum partium dictæ Eccleſiæ ſubiectarum etiam vrbi prædictæ adiacentium, quàm propter homicidia, aliaque nefanda per eos perpetrata exceſſus crimina, & delicta, & aliàs eorum deme-



demeritis id exigentibus, a Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur, exules, rebelles, & banniti, quòd in illis propterea ſecure morari nequirent, alij de ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis dictæ Eccleſiæ ſubiectis ad regnum, & alias adiacentes huiuſmodi: alij autem ex Regno, & adiacentibus partibus prædictis, ad Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca eidẽ Eccleſiæ ſubiecta prædicta etiam dictæ Vrbi adiacentia ſe transferrent nõnulli, Barones, Proceres, & Domini, ſeu Vicarij in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, ac Regni, & partium adiacentium prædictorum, eorumque officiales, & ſubditi dictos homicidas, bannitos, criminoſos, atq; rebelles homines ſcienter receptare, & quod grauius erat, protegere, & defendere non formidabant ſe reos tantorum ſcelerum per homicidas, & alios bannitos prædictos perpetratorum apud Deum conſtituentes, & tam ipſis homicidis, & malefactoribus, quàm alijs ſimilia, vel grauia delicta perpetrãdi, & committendi audaciam, & ſcelerum huiuſmodi impunitatem tribuentes in animarum ſuarum periculum, Iuſtitiæ conculcationem, ac dictæ Sedis authoritatis contemptum, & ſcandalum plurimorum. Idem Iulius prædeceſſor Motu proprio omnes, & ſingulos Barones, Proceres, Milites, ac Dominos, & Vicarios in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum eorundem: Nec non noſtros, & eorundem Baronum, Procerum, Militum, & Dominorum Vicarios, officiales, & ſubditos per ſuas litteras requiſierat, & monuerat, eiſque, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipſo incurrerent diſtrictius inhibuerat, ne homicidas, bannitos, criminoſos, rebelles, aliosq; infames homines præfatos, qui propter eorum delicta banniti in locis originis ſuæ, ſeu alijs Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam commorari non poterant ex tunc de cętero nullatenus receptare, aut eis conſilium, auxiliũ, vel fauorem quouis quæſito colore præſtare præſumerent. Quinimmo tales ad eorum dominia declinãtes, ſeu in eis commorantes capi, & ad forum, ſeu iuſtitias, vel officiales, ad quos punitio, & caſtigatio criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum, vt præfertur, de iure, vel conſuetudine pertinebant, & ſpectabant deſtinare, aut ſi partibus læſis, & offenſis vtilius foret illos iuxta criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem ad pœnas iure ſtatutas in locis, vbi deprehenſi forent procedere procurarent.

Præterea fœlicis memoriæ Leo Papæ X. etiam prædeceſſor noſter

ſter ſimiliter per eum accepto, quòd nequiſsimi ſicarij eo ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur, quo in opprobrium iuſtitiæ, & animi ſui indignationem non ſolùm in Ciuitatibus, Terris, Caſtris & locis ipſius Eccleſiæ dominio ſubiectis, & non ſubiectis dictæ Vrbis conuicinis, ſed etiam in ipſa Vrbe intra ædes, & palatia retinebantur, & recipiebantur, aut ob fauorem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum Capitaneorum, ductorumque, & aliorum Magnatum auxilium confouebantur, Iudicum quoque, & Officialium animaduerſio in eos ſæpe, & ſæpius omiſſa fuerat. Item Leo prædeceſſor Motu ſimili, & ex certa ſcientia priores litteras Iulij prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta per ſuas litteras approbauerat, & innouauerat. Adijciens, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuens, quòd ſi Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, feudatarij, armorum Capitanei, Ductores, Magnates, Principes, Communitates, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectorũ, homicidas, bannitos, exitioſos, rebelles, aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos, necnon brigoſos pacem facere recuſantes, treguarum, ſiue induciarum violatores, ſeu fractores ius ſibimet contra alium dicentes, caualcatas, aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes propria authoritate, vel mouentes ad eorum Terras, Ciuitates, Caſtra, loca, territoria, & dominia declinãtes nõ ſolũ reciperent, retinerent, vel eis auxilium, conſilium, opem, fauorem tacitè, vel occultè, directè, vel indirectè præſtarent, aut contra mandata, & inhibitiones in eiuſdem Iulij prædeceſsoris litteris contentas deuenirent, ſed etiam ſi eoſdem manu forti non acciperẽt, apprehenderentq;, & captos ad mandatum Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, aut ſuorũ Officialium exhiberẽt, traderentq; non ſolum omnes, & ſingulas ſententias, ac etiam priuationis pœnas in eiſdem litteris expreſſas, verum etiam læſæ Maieſtatis reatum, & verum ac nulla iuris, aut hominis fictione confectum crimen eo ipſo incurrerent, & in eos ſic contrafacientes modo, & forma, quibus in veros criminis læſæ Maieſtatis reos à iure procedi debere ſtatutum erat procederetur, etiam ad præfatas, quam huiuſmodi lęſæ Maieſtatis criminis à iure inflictas pœnas executiuè deueniretur. Et inſuper omnia, & ſingula per Iulium prædeceſſorem, & vt præfertur per Leonem prædeceſsorem huiuſmodi innouata, & de nouo ſtatuta, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat.

Porrò



Porrò ad notitiã ſimilis memoriæ Clemẽtis Papę VII. pariter prędeceſſoris noſtri, perueniſſe plures Vrbis, Ciuitatum, Terrarũ, Caſtrorum, locorum, & tenimentorũ, ac Regni, & partium prædictorum contra litteras prædeceſſorum huiuſmodi elata ceruice deuenire, & ſe aduerſus iuſtitiæ clypeum, & tutelam rebelles conſtituere præſumant, ac cenſuras, & pœnas præfatas in eiuſdẽ litteris contentas ſenſu reprobo paruipendere non verebantur, in animarum ſuarum perniciem, diuinæ Maieſtatis offenſam, & Reipubl. læſionem. idem Clemens prædeceſſor ne litteræ præfatæ, quæ prouida deliberatione ab ipſius prædeceſſorib. emanauerant contemptibiles redderentur, ſed exceſſuum perpetratores debita animaduerſione punirentur, opportunis remedijs prouidere volens, Motu proprio, non ad aliquorum eidem ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de ſua mera liberalitate, & ex certa ſcientia ſingulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, & Leonis prædeceſſorũ litteras huiuſmodi cum ſtatuti, ordinationis, extẽſionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiſcationis, incorporationis, applicationis, voluntatis, & mandati, ac ab omnibus, & ſingulis alijs in eis reſpectiue contentis clauſulis authoritate Apoſtolica per ſuas litteras approbauerat, & innouauerat, ac perpetua firmitate roboris ſubſiſtere, & per ſingulos, quos litterę ipſę concernerent, ſub excõmunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, ſuſpenſionis, diffidationis, criminis læſę maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, & alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & temporalibus in eiſdem litteris contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrerent perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat, illaſq; etiam ad hoc, vt homicidæ ſicarij, extititij, criminoſi, rebelles, alijq; infames propter homicidia, aut alia nefanda per eos perpetrata, exceſſus, crimina, & delicta in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, vel locis eorũ, ſeu in quibus tũc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filijs, ſeu conſanguineis occiſorum, aut partium læſarũ, non ſolũ à locis circũuicinis vſque ad quinquaginta milliaria, ſed etiã ab omnibus, & ſingulis Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis etiã Regni, & partium prædictarum, nobis, & dictæ Romanæ Eccleſiæ quomodolibet mediate, vel immediate ſubiectis banniti, & exules eſſent, & eſſe cenſerentur, nec in illis, ſeu eorum aliquo ẽt prætextu cuiuſuis licentiæ, ſaluiconductus, remiſsionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentę, morã trahere poſſent. Et ſi in eis reſiderẽt, vel reperti forent, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta crimi-

*Extenſio ad omnes p̃ capitali crimine damnatos.*

num,

*De executione ſententiæ contra bannitos captos per officiales loci, in quo illi deprehēſi ſorent, vel de illis ad ſuos Iudices mittendis.*

num,& exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem, vel litterarum Pij prædeceſſoris huiuſmodi tenorē ſub pœnis in eiſdem litteris contentis per officiales Ciuitatis, Terræ, Caſtri, uel loci, in qua, vel in quo deprehenſi forent debitis pœnis plecti, ſeu inde educi,& ad forum, ſeu officiales, ad quos criminum,& exceſſuum eorundem punitio, vel de iure, vel conſuetudine pertineret, remitti deberent, extenderat,& ampliauerat. Et nihilominus præmiſſa omnia,& ſingula prout per Pium, Paulum, Sixtū, Iulium,& Leonem prædeceſſores præfatos ſtatuta,& ordinata, inhibita, decreta,& declarata fuerant, ita vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, communitates, Ciues, officiales,& perſonæ, ac alij, quos prædictæ litteræ concernebant, ac ipſorum ſinguli litteras, & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes, & illis quomodolibet directè, vel indirectè contrauenientes, ac eis adherentes, eorumque fautores,& complices ſingulas cenſuras,& pœnas prædictas eo ipſo abſque alia declaratione incurrerēt,& incurriſſe cenſerentur. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum etiam Regni,& partium prædictarum ſibi,& eidem Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectarū, aliquos ſuos, & dictæ Eccleſiæ hoſtes, & inimicos, aut ſubditos exules, bannitos,& facinoroſos cuiuſcunque ſtatu, vel conditionis eſſent, publicè, vel occultè vllo vnquam tempore recipere,& acceptare nullatenus præſumerent. Et ſi aliquos ad eorum dominia,& territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominijs, vel territorijs huiuſmodi expellere, ſeu ad ſimplicem iuſsionem ſuam, vel ſucceſſorum ſuorum, quo voluiſſet, ſeu ſucceſſores ipſi voluiſſent tutè conduci facere. Ac quòd præmiſſa a ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruarentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare ſub ſimilibus priuationis, & rebellionis, ac criminis læſæ Maieſtatis pœnis ſi contrafacerent eo ipſo incurrendis. Nec non vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri poſſent, quòd Communitates, Ciuitatum,& vniuerſitates Terrarum, Caſtrorum,& locorum, in quibus, ſeu quorum territorio, diſtrictu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur ſub interdicti Eccleſiaſtici,& duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per Vniuerſitates, nec non Ciuitatum, Terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarij, ac alij in temporalibus Domini ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, & quinque millium ducatorū aurei Cameræ Apoſtolicæ irremiſibiliter applicandorū eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis, eoſdem



eoſdem homicidas, complices,& fautores ſtatim capere, & omnem exactiſſimam diligentiā, de qua per publica documenta fidem facere tenerentur, capi facere,& ſi eos capere nequirent, ſtatim commiſſum homicidiū Vniuerſitatibus, ſeu incolis, & habitatorib. Oppidorum, & locorū circumuicinorum, ad quæ declinarēt, aut declinare poſſent notificari. Cōmunitates verò, & Domini in temporalibus prædicti ad quorum ditionem tales declinaſſent, cum primū id ad eorum notitiam deueniſſet, eos apprehendere, ſeu apprehendi facere, quod ſi non poſſent, ſimiliter id Vniuerſitatibus, ſeu incolis,& habitatoribus vicinorum Oppidorum,& locorum, ad quæ declinarent, aut veriſimiliter declinare poſſent, inſinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere,& tradere ſub ſimilib. pœnis tenerentur,& deberent, ſtatuerat, ordinauerat, inhibuerat,& declarauerat. Et ne facilitas venię incentiuum præbeat delinquendi, quibuſuis dictæ Sedis Legatis etiam de latere, ac Nuntijs,& prouinciarum Rectoribus necnon noſtris, & dictæ Romanæ Eccleſiæ Vicarijs in temporalibus pro tempore exiſtentibus, & præfatis Cummunitatibus omnem ſup abſolutionibus homicidiorum huiuſmodi per nos, & prædeceſſores noſtros Rom. Pontifices, & Sedem eandem ſub quauis forma,& verborum expreſsione conceſſam, approbatam,& innouatam authoritatem,& facultatem reuocauerat, caſſauerat, irritauerat,& annullauerat. Etſi quando ſimiles abſolutiones per eum,& ſucceſsores ſuos Rom. Pontifices, ac ſedem præfatam concedi cōtingeret illas per Iudices,& officiales, ad quos pertineret, niſi trinæ literæ Apoſtolicæ ſub interuallo vnius menſis pro ſingulis literis huiuſmodi cum expreſsa derogatione præſentium deſuper emanarent, nullatenus admitti, vel obſeruari voluerat.

Piæ memoriæ Pius Papa IIII. ſimiliter prædeceſsor noſter ſingulas Pij II. Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis prædeceſſorum literas huiuſmodi cum ſtatutorum, ordinationum, extenſionum, ampliationum, reuocationum, caſsationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiſcationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requiſitionum,& mādatorum, ac omnibus, & ſingulis alijs in eis reſpectiuè contentis clauſulis dicta authoritate Apoſtolica per ſuas literas approbauit,& innouauit, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere,& per ſingulos, quos literæ ipſę concernebant,& concernerent in futurum ſub excōmunicationis, anathematis, maledictionis, infamię ſuſpenſionis, diffidationis, criminis læſę maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, cōfiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis,& interdicti, ac alijs cēſuris,& pęnis eccleſiaſticis,& tēporali-

*Confirmatio extēſionis prædictæ per Piū IIII.*

ralibus,ac corporis afflictiuis in iiſdem literis contentis, quas contrauenientes, eo ipſo incurrerent, perpetuò inuiolabiliter obſeruari,illaſque etiam ad homicidas,ſicarios,exitioſos,criminoſos,rebelles,aliosq; infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata, exceſſus,crimine, & delicta etiam ad hoc, vt ipſi in Ciuitatibus,Terris,Caſtris,vel locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur,banniti,& condemnati,etiam habita pace ab hæredibus,filijs,ſeu conſanguineis occiſorum,aut partium læſarum non ſolum à locis circumuicinis uſque ad quinquaginta milliaria,ſed etiam ab omnibus,& ſingulis Ciuitatibus, Terris, Caſtris,& locis etiam Regni, & partium prædictorum nobis, & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate quomodolibet ſubiectis banniti,& exules eſſent,& eſſe cenſerentur,nec in illis, ſeu eorū aliquo,ēt prætextu cuiuſuis licentiæ,Saluicōductus,remiſsionis,reductionis,reuocationis, vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tēpore obtentæ moram trahere poſſent.

*Confirmatio Pij IIII. de executione ſentētiæ in loco ubi bāniti deprehenſi eſsēt, vel de illis ad Iudices ſuos remittendis.*

Et ſi in eis reſiderēt,vel reperti eſſent,capi,& detineri,incarcerari,ac iuxta criminū, & exceſſuū p eos ppetratorū qualitatē, & literarum Pij II,& Clemētis prædeceſſorum huiuſmodi tenorem,ſub pœnis in eiſdem literis contentis per officiales Ciuitatis,Terræ,Caſtri,uel loci,in qua,uel in quo deprehenſi forēt debitis pœnis plecti, ſeu inde educi, & ad forum, ſeu officiales, ad quos criminum,ſeu exceſſuum eorundem punitio de iure,uel cōſuetudine pertineret remitti deberēt,extēdi,& ampliari debere, & in eis locum habere decreuerit. Et nihilominus præmiſſa omnia,& ſingula prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem,& Clemētem prædeceſſores præfatos ſtatuta,ordinata, extenſa,ampliata,reuocata,caſſata,annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerant,ēt ad hoc,vt Duces,Barones,Marchiones,Comites,Domini temporales,Vicarij,Feudatarij, Capitanei, Magnates,Principes, Cōmunitates, Ciues, officiales,& perſonæ,ac alij,quos prædictæ,& præſentes literæ cōcernūt, ac ipſorum ſinguli literas,& in eis contenta huiuſmodi nō obſeruātes,& illis directè,vel indirectè quomodolibet cōtrauenietes, ac eis adhærentes,eorumq; fautores,& cōplices,ſingulas cēſuras,& pœnas prædictas eo ipſo abſque aliqua declaratione incurrerēt,& incurriſſe cēſerētur. Ipſique Duces,Barones,Marchiones,Comites,Domini in tēporalibus,Vicarij, & Feudatarij Ciuitatum, Terrarū, Caſtrorum,& locorum ēt Regni,& partium prædictorum ſibi,& eidem eccleſiæ immediatè ſubiectorum, aliquos ſuos, & dictæ Eccleſiæ hoſtes,& inimicos,aut ſubditos exules,bannitos,& facinoroſos cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis eſſent, publicè, uel



vel occultè vllo vnquam tempore recipere,vel acceptare nullatenus præſumant. Et ſi aliquos ad eorum dominia, & territoria cōfugere contingeret, illos ex eorum dominijs, vel territorijs huiuſmodi expellere,ſeu ad ſimplicem iuſsionem, vel requiſitionē ſuam,& ſucceſſorum ſuorum quo vellet, & ſucceſſores ipſi vellēt tutè conduci facere. Ac quòd præmiſſa ab eius ſubditis inuiolabiliter obſeruarentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare ſub ſimilibus priuationis,& rebellionis, ac criminis læſæ Maieſtatis pœnis,ſi contrafeciſſent,eo ipſo incurrēdis,nec non vt homicidæ,fautores,& cōplices præfati facilius capi, & puniri poſſent,ꝙ Cōitates Ciuitatum,& Vniuerſitates Terrarū,Caſtrorū, & locorū,in quibus,ſeu quorū territorio,diſtrictu,& ditione dicta homicidia perpetrarētur ſub paribus interdicti Eccleſiaſtici, & duorū milliū p Cōitates,ac mille ducatorū per Vniuerſitates, nec nō Ciuitatū,Terrarū,& locorū eorūdē Domicelli,Barones, Vicarij,& alij in tēporalibus Dñi ſub maioris excōicationis latæ ſniæ,& quinq; milliū Ducatorū auri præfatæ Cameræ irremiſsibiliter applicandorū eo ipſo abſq; alia declaratione incurrēdis pœnis,eoſdē homicidas, cōplices,& fautores ſtatim capere, & oēm exactiſsimā diligentiā,de qua p publica documenta fidē ēt facere tenerētur capi facere,& ſi eos capere non poſſent,ſtatim commiſſum homicidiū Vniuerſitatibus,ſeu incolis,& habitatoribus oppidorū,& locorū circūuicinorū,ad quæ declinabūt, ſeu declinare poterūt notificari: Cōitates verò,& Dñi in tēporalibus prædicti,ad quorū ditiones tales declinabūt, cū primum id ad eorū notitiam deuenerit,eos apprehendere,ſeu apprehēdi facere,ꝙ ſi non potuerint ſimiliter id Vniuerſitatibus ſeu incolis,& habitatoribus vicinorū locorum ad quæ declinabunt, aut veriſimiliter declinare poterunt,inſinuare,& captos ad eorum iudices ordinarios traducere,& tradere ſub ſimilibus pœnis tenerentur, & deberent,de nouo ſtatuit,ordinauit,inhibuit,& declarauit. Et ſimiliter quibuſuis dictæ ſedis Legatis ēt de latere,ac Nuncijs,& prouinciarū Rectoribus,nec nō ſuis,& dictæ Romanæ Eccleſiæ Vicarijs in temporalibus pro tēpore exiſtētibus, & præfatis Cōitatibus oēm ſuper abſolutionis homicidiorum huiuſmodi per eum, & prædeceſſores ſuos,ac ſedem eandem,ſub quauis forma,& verborum expreſsione conceſſam,approbatam,& innouatam authoritatem,& facultatem reuocauit,caſſauit,irritauit, & annullauit. Et ſi quando ſimiles abſolutiones per eum, & ſucceſſores ſuos Rom. Pontifices,& ſedem præfatam concedi contingeret, illas per Iudices,& officiales,ad quos pertineret,niſi trinæ literæ Apoſtolicæ ſub interuallo vnius Menſis pro ſingulis literis huiuſmodicum

di cum expreſſa derogatione præſentium deſuper emanarẽt nullatenus admitti, & obſeruari voluit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

*Confirmatio Pij V. omniũ præcedentium literarum Pij II. Pauli Sixti, Iulij Leo. Clementem, & Pij IIII.*

Cùm autem ſtatim vbi nos ad Summi Apoſtolatus apicem diuina cooperante prudẽtia aſſumpti fuimus ob earundem literarum non obſeruationem in eaſdem Ciuitatibus, Terris, & locis, ac etiam in alma Vrbe noſtra varias diſſentiones, diſcordias, & odia vigere, latrocinia, & homicidia, aliaq; nefandiſſima crimina perpetrari, ac præfato Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonẽ, Clemẽtem ac Piũ IIII. prædeceſſores pro fœlici, ac trãquillo ſtatu, & commodo perſonarum tam dictæ Vrbis, quàm aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorum, præmiſſa ſtatuiſſe, ordinaſſe, & peregiſſe pſpexerimus. Idcirco nos quoque eadẽ ratione quietis, videlicet, ac pacis moti habita ſuper his cum venerabilibus fratrib. noſtris eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalib. deliberatione matura, ac de illorum vnanimi conſilio, & aſſenſu ſingulas Pij II. & Pauli, ac Sixti, nec non Iulij, & Leonis, & Clementis, & Pij IIII. prædeceſſorum literas huiuſmodi cum ſtatutorum, ordinationum, extenſionum, ampliationum, reuocationum, caſſationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiſcationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requiſitionum, & mandatorum, omnibusq; & ſingulis alijs in eis reſpectiuè cõtẽtis clauſulis Apoſtolica authoritate prædicta tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnib., & ſingulis, quos illæ concernunt penitus, ac ſub prædictis per contrafacientes irremiſſibiliter incurrendis pœnis obſeruari volumus, atque decernimus, eaſdemque literas ad hoc, ut ſi homicidæ, ſicarij, banniti in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerunt, ipſique damnis taliter illatis à Ciuitatum Communitatibus, ac Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi Vniuerſitatibus capti, & deprehenſi non fuerint, ſed taliter delinquẽtes impunè euaſerint, Cõmunitates, ac Vniuerſitates huiuſmodi præter hoc, ꝙ ad damnorum quorumcunque ſic illatorũ parti læſæ, damnaque huiuſmodi patienti, eorumque hæredibus plenariam reſtitutionem, & ſatisfactionem omnino teneantur ad tãtumdem, quantũ damna illata huiuſmodi extimata fuerunt Cameræ Apoſtolicæ realiter, & cum effectu perſoluendum omnino ſint aſtricti authoritate, & tenore præfatis extendimus, & ampliamus, mandantes eiſdem Communitatibus, & vniuerſitatibus, quatenus ipſæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub maioris excõmunicationis,





nicationis, ac alijs nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici bene viſis pœnis, eoſdemque ſicarios, & bannitos in eorum Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis commorantes, ſeu per eas, & ea tranſeuntes capere, & ad populum conuocandum, & coadunadum campanas pulſare, eoſque ſic captos ad carceres conducere, aut Curiæ temporali conſignare omnino teneantur. Quocirca dilectis Vitellotio S. Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, & Cameræ præfatæ Theſaurario, Præſidentibus, clericis, ac uniuerſis, & ſingulis Legatis, & Vicelegatis prouinciarum noſtrarum, & alijs Rectoribus, ac officialibus Ciuitatum, Terrarum, & partium prædictarũ nobis, & dictæ Sedi mediate, vel immediate ſubiectarũ diſtrictè p̃cipiendo mandamus, quatenus præſentes literas ſolemniter in ſingulis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis publicari, nec non omnia, & ſingula in eis contenta inuiolabiliter obſeruari faciãt, & mandẽt contrafactores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunq; ſtatus, gradus, & preeminentiæ fuerint, ſententias, cenſuras, & pœnas præfatas damnabiliter incurriſſe declarent, & declarationem huiuſmodi per eos faciendam in libris maleficiorũ conſcribi, & annotari mandent, & faciant, Nec non capitales p̃fatas ſententias à Miniſtris Iuſtitiæ abſque alicus incurſu irregularitatis exequi procurent, ac realiter, & irremiſſibiliter exigãt, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nec non pro exactione pœnarum pecuniariarum huiuſmodi contra Communitates, & Vniuerſitates, ac in eorundem inobedientium in temporalibus Dominorum vaſallos propter eorum huiuſmodi inobedientiam repreſalias cõcedãt, nec non, & cum effectu exequi faciant. Attentius hortantes, & requirentes in Dominos, Barones, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti Regni, nec non illius Prouinciarum, Ciuitatum, & locorũ Gubernatores, & officiales pro tempore exiſtentes, vt præfatos, homicidas, fautores, & complices capiãt, & capi procurẽt, captosq; ad Præſides noſtrarum Prouinciarũ, vnde ipſi homicidæ, fautores, & complices originem traxerunt conduci, & eis realiter conſignari ſimiliter cum effectu faciant. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in præfatis eorum literis voluerunt non obſtare, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo, ad verbum, de

indulto huiuſmodi mentionem: Et quibuſcunque alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſuper recipiendis bannitis, homicidis, & brigoſis, ac alijs prædictis quorumcunque tenorem exiſtant, per quæ præſentib. non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quo ad hoc cuiquam noluimus vllatenus ſuffragari. Volumus autem, quòd præſentes literæ noſtræ poſtquam in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in Campo Flore de Vrbe affixæ fuerint omnes, & ſingulos Ciues Roma. & alios in Vrbe cõmorantes, effluxis quindecim diebus, alios verò Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, & Vicarios, Communitates, & Vniuerſitates Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſedi præfatæ mediatè, vel immediatè ſubiectorum huiuſmodi decurſo Menſe arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus, & per omnia perinde ac ſi eis omnibus, & ſingulis contrafacientibus perſonaliter, & particulariter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, decreti, extenſionis, ampliationis, mandati, hortationis, requiſitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXVI. Tertio Non. Iulij. Pontificatus Noſtri Anno Primo.





# BREVE Pij IIII. de bannitis, & homicidis non audiendis in carcere non conſtitutis, & de probanda eorum innocentia ſuper delicto, ſuper quo habiti ſunt pro confeſsis in vim fictæ confeſsionis ſtatutariæ, vt antea Iulius II. ſtatuerat.

## PIVS PAPA IIII.

### AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AT ſi cuncta, quæ ex multa Romanorũ Pontificũ prædeceſſorũ noſtrorũ prouidentia proceſſerũt, executioni debitæ demandanda eſſe cenſemus, illa tñ præcipue, quæ ad ſalubrẽ tẽporalis ditionis Apoſtolicæ ſedis directionem, & pro Cameræ Apoſtolicę indemnitate prudenter ordinata cõperimus, vt illibata, firmaq; perpetuo ſubſiſtant, libenter non ſolum noſtræ approbationis, verumetiã opportunę innouationis munimine roboramus. Dudum ſi quidem cũ Fe. Re. Iulius Papa II. prædeceſſor noſter ex plurimorũ fide dignorũ relatione pcepiſſet multa homicidia ab octo præcipue annis in Prouincia noſtra tunc ſua Marchię Anchonitatæ ppetrata, ex eo præſertim, ꝙ ipſi tã atrocis criminis rei per procuratorẽ defendi ſolebant, & plerunque ſub dolis, & cauillationib. abſolui, & ꝙ etiã tam à ſe, quàm anteceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus p cõmentitias, & minus veras narrationes, ac ẽt ſub prætextu obtẽtæ pacis, abſolutionẽ, & caſſationẽ ſentẽtiarũ, ac proceſsuũ deſuper habitorum impetrauiſſent. Quo exẽplo pleriq; ad hmõi homicidia perpetranda procliuiores reddebantur. Adeo vt non tantum in priuatos, & inimicos homines, ſed etiã in fratres, & alios propinquos, Prætores, & officiales populorum, & (quod nimis graue erat) à ſacerdotibus manus impias non continebant. Dictus prædeceſſor attendens, ꝙ ex facilitate veniæ frequẽtius huiuſmodi homicidia committebantur, ſalutareq; remedium in his adhibere volens, ſua firma, ſtabili, incõmutabili, perpetuoq; duratura conſtitutione ſanciuit, & decreuit.

Vt nullus in cauſa criminali, ex qua capitis, vel ſanguinis, aut alia quæuis grauior arbitrio Iudicis pœna infligẽda eẽt, maximè

in cauſa homicidij,per procuratorem,excuſatorē, defenſorē,vel vt quêlibet de populo quouis pacto admitteretur, nec pater pro filio nec Abbas,ꝑ monacho,nec ꝑlatus,aut Dñs pro ſubiecto,vel contra audiretur,niſi reus ſeipſum prius in carcere conſtituiſſet.

Et ſi fortè Iudex aliqua ratione indultus ad excuſandum Rei abſentiam,vel innocentiam, ſeu aliam ob cauſam aliquā ex prędictis duxiſſet admittendū, poſſet in quocunque iudicij ſtatu, & inſtantia cauſę etiam ad concluſionem deductę,ac etiam poſt ſententiam,ſi reus ſupplicauiſſet, & in carcere conſtitutus innocentiam ſuam patefacere vellet (niſi fortè extaret ſtatutum in loco, quod contumax haberetur pro confeſſo, quo caſu nō audiretur, niſi ex liquidiſsimis probationibus conſtaret,Iudici,prætenſum reum non commiſiſſe maleficium, ſuper quo habitus fuiſſet pro cōfeſſo in vim fictæ confeſsionis ſtatutariæ) huiuſmodi criminis, reum, aut conuentum coram ſe ad perſonaliter comparendū vocare,& tanquàm veritatis conſcium in carceribus audire. Qui ſi fortè venire diſtuliſſet,proceſſus,& ſententia pro ipſo reo lata,& inde ſequuta quecunque etiam Fiſco, vel parte non agente, nullius eſſent roboris,aut momenti,prorſusque pro infectis haberētur. Quinimmo reus ipſis pœnis iuris, & conſtitutionum dictæ Prouinciæ, quemadmodum ante proceſſum, & ſententiam huiuſmodi fuerat,eſſet obnoxius,quacunq; ipſius Prouinciæ cōſuetudine(quę corruptela rectius dici poterat)non obſtante. Qđ ipſum extendi voluit ad cauſas criminales præfatas, tam in Curia Maceratenſi,quàm in alijs locorum dictę Prouinciæ Tribunalibus in quacunque inſtātia etiam per appellationem pendētes.

*Bānitus habitus pro cōfeſſo ex ſtatuto probare dēt ſuā innocentiā ex liquidiſſimis probationib.*

Dictæ præterea conſtitutioni, & ſanctioni adiecit, ꝙ ſi quis à ſe,vel à ſede prædicta, vel à Legato de latere pro tempore dictæ Prouinciæ, vel S. R. E. Camerario huiuſmodi veniam, & remiſſionem, ſententiarumque & proceſſuum deſuper habitorum abſolutionem,cancellationem,caſſationem,& integram reſtitutionem,ſeu in priſtinum ſtatum repoſitionem impetrauiſſet, etiam ſi in literis ſuper huiuſmodi abſolutione factis,certæ ſcientiæ, & proprij motus, aut quæuis aliæ inſolitæ clauſulæ apponerentur, deberent literas ipſas Legato, ſeu Gubernatori, Locumtenenti, Rectori,vel cuicunque ipſius Prouinciæ Præſidi exhibere, illiſq; exhibitis de illarum veritate, vel ſubreptione docere, ipſeque in carceribus,vel in alio loco pro carceribus aſsignando, vel ſuperioris arbitrio,datis fideiuſſoribus, vocatis vocandis audiri, de veritate præcum docere legitimè, ac narrata in literis ad gratiam obtinendam,& Principem leniendum, & facilius inducendum verificare, & ſuper ſubreptione, vel obretione impetratæ

gratiæ



gratiæ iudicio ſtare. Quibus non obſeruatis,vel eis in probatione deficientibus,veniam,remiſsionem, ſententiarūq; & proceſſuum deſuper habitorum abolitionem,cancellationem,caſſationem,reſtitutionem integram,ſeu in priſtinum repoſitionem pro nullis,nulliusq; ſtabilimenti habendas eſſe, eoſq; ipſos iuris dictarumq; conſtitutionum pœnis aſtrictos remanere voluit, & mandauit,dictis obtemptis gratijs, & deſuper etiā in forma Breuis expeditis literis non obſtantibus. Et non ſolùm remiſsiones deinceps faciendas,ſed etiā literas Apoſtolicas in forma Breuis, aut aliàs iam obtemptas,quæ nondum effectum cācellationis, & caſſationis ſortitæ fuiſſent ſub eadem conſtitutione comprehendi ſtatuit,ſuper quo nec ætas iunior annis viginti quinque homicidas ipſos excuſaret,& homicida ſic delinquens,qui vigeſimum annum ſuæ ętatis attigiſſet,haberetur,& reputaretur pro maiori in omnib.ꝑmiſſis delictis,nec propterea pœnis iuris,cōſtitutionum,vel ſtatutorum eximeretur,vel liberaretur,nec apud Iudicē minoris ętatis huiuſmodi cōſideratio alicuius eſſet mometi. Decernens irritum,& inane quicquid contra præmiſſa, ſeu eorū aliquod attentaretur, vel quicquid etiam à Legato de latere, ſeu à quouis alio dictæ Prouinciæ Rectores in derogationem,modificationem,ſeu quamlibet aliam diſpenſationē omnium,& ſingulorū præmiſſorū in poſterū contigiſſet attētari ſine ſua expreſſa licentia,quæ in ſcriptis oſtendi poſſet. Nec literas Apoſtolicas à ſe,vel ſede prædicta pro tempore cōcedendas contra præmiſſas, aut eorum aliquid cuiquā ſuffragari voluit,niſi per trinas literas īterpolate emanatas ſuæ cōſtitutioni huiuſmodi in ſpecie de verbo, ad verbum,& ſpecialiter fuiſſet derogatum,illaſq; cōtra mentem ſuam, & dictæ Sedis fore conceſſas ex tunc declarauit.

Et deinde piæ memoriæ Paulus Papa III. etiam prędeceſſor noſter per eum ex plurium fide dignorū teſtimonio accepto, quòd nonnulli Ciuitatum, Terrarum, ac locorum eidem R. E. mediatè,& immediatè ſubiectorum, & præſertim Prouinciæ noſtræ Romandiolæ ad euitandum, ſeu differendum pœnarum condemnationes, & ſolutiones ad appellationes etiam friuolas plerunque recurrebant, cauſaſque appellationum huiuſmodi coram diuerſis Iudicibus ordinarijs,& delegatis,etiam in Roma. Cur. per diuerſa reſcripta à ſe, vel à ſignatura ſua iuſtitiæ extorta, introduci procurabant contra formam diuerſarum conſtitutionū plurimorum, præſertim Iulij prædicti, & record. memoriæ Leonis X. & Clenmen. VII. & Romanorum Pont. prædeceſsorum ſuorum, quibus inter alia cautum fuerat, quòd appellationes in cauſis condemnationum, & fiſcalibus, niſi facto depoſito pœ-

næ,

næ, ad quam appellans fuiſſet condemnatus non admitti potuiſſent, ſed ad pœnæ huiuſmodi exactionem procedi debuiſſet. idcirco idem Paulus prædeceſſor indemnitati Cameræ Apoſtolicę huiuſmodi in quantum potuit prouidere, cupiens per alias ſuas litteras motu proprio, & ex certa ſcientia conſtitutiones præfatas, & in eis contenta quæcunque confirmauit, & approbauit, illaſque in quantum opus eſſet, innouauit. Et nihilominus Motu & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de nouo ſtatuit, & ordinauit, ꝙ nullæ appellationes, & prouocationes in cauſis criminalibus, ſeu mixtis, ac Fiſcum, & Camerã Apoſtolicam quomodolibet concernentes, non facto depoſito pœnę, in qua delinquentes, aut illi, qui pro delinquẽtibus ipſis fideiuſſiſſent, vel ex contractu quoquomodo condẽnandi venirent, aut eatenus condemnati fuiſſent, recipi, & admitti poſſent, ſed appellationes, & prouocationes in cauſis huiuſmodi interpoſitas, & in futurum interponendas, ac appellantes ipſos reijci debere, illas, ac quæcunque reſcripta, & commiſſiones ſimilium cauſarum ad cuiuſuis inſtantiam per quemcunque ad commiſſiones ſignaturæ iuſtitiæ ſignandas deputatum etiam per ſe, & ſucceſſores ſuos Rom. Pont. eatenus ſignatas, & in futurum ſignandas, non facto dicto depoſito, nullius fore, & eſſe roboris, vel momenti, ſed illis non obſtantibus ad vlteriora in cauſis ipſis vſq; ad pœnarũ prædictarum effectualem exactionẽ procedere debere mandauit. Et inſuper quòd nullæ Commiſsiones Fiſcum, & Cameram Apoſtolicam quomodolibet concernentes per quemcunque à ſe, & ſede Apoſtolica ad commiſſiones in ſignatura iuſtitiæ ſignandas, vt præfertur deputatum, nec etiam per ſe, & ſucceſſores ſuos prædictos ſignari poſſent, niſi Fiſci, & Cameræ præfatæ Procuratore, & Theſaurario Prouinciæ, de cuius etiam intereſſe ageretur, ſi in Rom. Cur. præſens foret, citatis, & aliter ſignatæ nullius roboris, vel momenti eſſent, prout in ſingulis litteris præfatis plenius continetur.

Nos igitur, ne litteræ prædictæ, ex eo quod illarũ executio ab aliquibus neglecta fuit, ſeu propter earum forſan non vſum indeſuetudinem abijſſe, à quoquam prætẽdi, ſeu aliter quomodolibet allegari, deque earum viribus hæſitari contingat, ſed illæ (vt par eſt) ſuos debitos ſortiantur effectus, & ab omnibus obſeruentur, prouidere volentes, Motu, & ſcientia ſimilib: præfatas, & alias quaſcunque (quarum & inde ſecutorum quorumcunque aliorumque circa præmiſſa latius etiam de neceſſitate exprimendorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum ſimiliter inſerti forẽt, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus) aliorum

præde-



prædeceſſorum noſtrorum ſuper præmiſsis tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis æditas literas, & in eis contenta, ac inde ſequuta quæcunque Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, eiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac ea valere, perpetuaque roboris firmitate ſubſiſtere, ac ſuos effectus plenè ſortiri, & ab omnibus, quos illa concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum, integrè obſeruari debere decernimus, omneſque & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan tunc interuenerint in eiſdem ſupplemus.

Et nihilominus Motu, ſcientia, & authoritate præfatis per hãc noſtram conſtitutionem in perpetuum valituram ſtatuimus, & ordinamus. Quòd nullus in pœnam capitis cõdemnatus, qui ſub prætextu, quòd ipſe aliquem bannitum occiderit, aut aliàs quouis modo ad manus Curiæ peruenire fecerit, & propterea à dicta pęna capitis, in qua condemnatus fuit, liberari, & abſolui debere, aut alium bannitum per ipſum condemnatum nominandum iuxta formam bannimentorum deſuper emanatorum remittere poſſe prætendit, per procuratorem, excuſatorem, defenſorem, vel vt quemlibet de populo audiri, vel admitti poſsit, aut debeat, niſi prius reus ipſe, qui liberationem, aut abſolutionem, vel nominationem, & remiſsionem huiuſmodi conſequi, aut fieri poſſe, vel debere prætendit, ſe ipſum in carceribus iuxta formam literarum Iulij II. prædeceſſoris noſtri huiuſmodi perſonaliter conſtituerit. Quodque literis prædictis, & huic noſtræ diſpoſitioni, niſi de ipſis clara, & expreſſa mentione facta, & per noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum Rom. Pont. manus propriæ ſignaturam derogari non poſsit. Sicque & non aliter omnibus, & ſingulis præmiſsis, ac tam præſentibus, & pendentibus, quàm futuris cauſis, & litibus per quoſcunque Iudices, etiam S.R.E. Cardinales, & de latere Legatos, ac Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari debere. Ac quicquid contra præſentium tenorem contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & Prouinciæ noſtræ Marchię Anconitanæ ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis illi, ac Ciuitatibus, Terris, & locis præfatis, eorumque Gubernatoribus, & Communitatibus ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie etiam motu, & ſcientia ſimilibus conceſsis, etiam

iteratis

iteratis uiribus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus (illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum infererent præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes) illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcũque, &c. Datum Romæ, &c. die 10. Aprilis. M. D. LXII.

MOTVS proprius particularis Pij Papæ IIII. De executione ſententiarum capto bannito poſt ſex Menſes. Ac etiam de nonnullis alijs capitulis cauſas criminales concernentibus.

PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio, &c. Licèt dudum per Fe. Re. Paulum III. & forſan alios Roma. Pontif. prædeceſſores noſtros, ac deinde per nos inter alia iuſtiſsimis rationibus tunc expreſsis prouiſum, ordinatumque fuerit, quòd in cauſis criminalibus, ſeu mixtis Fiſcum, & Cam. Apoſtolicam quomodolibet concernentibus, in quibus reos condemnari contingeret, appellationes, vel prouocationes, niſi prius facto depoſito pœnarum, in quibus ex delicto delinquentes ipſi, aut illi, qui pro eis fideiuſsiſſent, vel ex contractu quoquomodo condemnandi venirent, aut eatenus condemnati fuiſſent omnino recipi, & admitti non poſſent, ſed appellationes, & prouocationes in cauſis huiuſmodi interpoſitę, & in futurum interponendæ, ac appellantes ipſi reijci deberent, aut ſi ſententia eſſet in pœnam capitis condemnatoria, non admitteretur appellatio, neque aliter andiretur reus, niſi in carceribus conſtitutus. Et inſuper quòd quæcunque reſcripta, & commiſsiones cauſarum ſimilium appellationum, & prouocationum ad cuiuſuis inſtantiam, per quemcunque ad commiſsiones ſignaturæ Iuſtitiæ ſignandas deputatum, aut etiam manu noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum non facto dicto depoſito nullius eſſent roboris, vel momenti, ſed illis non obſtantibus ad vlteriora in cauſis ipſis vſque ad pœnarum prædictarum effectualem exactionem deberet procedi. Quodque commiſsiones cauſarum, in quibus de intereſſe Fiſci, & Camerę prædictis ageretur nõ deberent ſignari, neque expediri niſi citato procuratore Fiſcali, & Theſaurario prouinciæ, ex qua quælibet cauſa exiſteret, aliaſque aliter prout in ſingulis, Pauli, & aliorum prædeceſſorum, & noſtris ſub anulo Piſcatoris ſub die decima Aprilis 1562. expeditis literis, quarum tenores hic pro expreſsis haberi volumus, latius continetur. Tamen ordinationes, & diſpoſitiones huiuſmodi, noſtraque



ſtraque & dictorum prædeceſſorum in illis edendis intentio, cauillantium calumnijs in dies eluduntur, & ſuper reum ſiniſtris interpretationibus agentes pro Fiſco, & Camera prædicta fatigant, & ex eo præſertim, quòd nonnulli circa faciendum depoſitum prædictum contendant ſatisfactum eſſe ſtatutis, & diſpoſitionibus prædictis ex ſola cautione in forma depoſiti, & quòd citare procuratorem fiſcalem, & Theſaurarium in expeditione ſingularum commiſsionum, tanquàm nimis rigoroſum uideatur eſſe præter noſtræ mentis intentionem. Inſuper aduerſus obligationem conſtituẽdi reos appellatos in carcere diuerſas etiam cauillationes opponunt. Vnde prouenit, quòd ipſi rei non coacti facere actuale depoſitum, non curant cauſas ſuarum appellationum expediri, ſed potiùs de induſtria procurant illas in longum protrahi, maximè cum non citatis procuratore fiſcali, & Theſaurario prædictis contingat per eos impetrari commiſsiones directas iudicibus, uel in Alma Vrbe exiſtentibus negociorum multitudine impeditis, uel extra Curiam eorum amicis, & in locis, in quibus non ſunt qui iura Fiſci tueri poſsint, aut uelint narrando etiam in ipſis commiſsionibus multa mendacia, vt illorum medio poſsit ad retardandum executionem, & cauſam intricandum inhibitiones ab ipſis Iudicibus extorquere. Quæ omnia non ſolùm tendunt in Cameræ prædictæ detrimentum (quod tollerabilius eſſet) ſed etiam proueniente inde delictorum impunitate datur alijs materia delinquendi, & vniuerſis populis ſcandalum non modicum.

Nos igitur calumnijs, & alijs inconuenientibus huiuſmodi quantum cum Deo poſſumus obuiare, & in his opportunè prouidere volentes, hac noſtra in perpetuum valitura declaratione, ordinatione, & conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, Quòd in ſupradictis ſeu criminalibus, aut ciuilibus, vel ex delicto, ſiue cõtractu, vt præfertur, procedentibus cauſis Fiſcum, & Cameram prædictam, illiusque intereſſe quomodolibet concernentibus, non liceat alicui condemnato cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis, etiam ſi vniuerſitates, & Collegia fuerint à condemnationibus huiuſmodi, & ſententijs deſuper latis, ſeu illæ diffinitiuæ fuerint, ſiue interlocutoriæ, aut vim diffinitiuæ habentes appellare, prouocare, aut de nullitate dicere, neque quomodolibet interpoſitæ appellationes, prouocationes, & nullitates dictiones huiuſmodi per quoſuis Iudices ordinarios, vel delegatos in Rom. Curia, vel extra commorantes, etiam per Camerarium noſtrum, ac Præſidentes, & Clericos dictæ Camerę, necnon eiuſdem Ca. Apoſtolicæ cauſarum generalem Auditorem

rem modernos, & pro tempore exiſtentes, aut eorum aliquem ſub indignationis noſtræ, ac excommunicationis pęna recipi, ſeu admitti poſsint, niſi prius eis, & eorum cuilibet per publica inſtrumenta conſtito, quod ante interpoſitam vnamquamque appellationem, ſeu prouocationem, vel nullitatis dictionem, ſi condemnatio contineat pęnam pecuniariam, ſeu pecunia ęſtimabilē, fuerit eiuſdem pęnæ, ſeu illius æſtimationis factum integrale, actuale, & purum depoſitum in manibus Theſaurarij Prouinciæ illius, ad quod quidem actuale, & integrale depoſitum quoſcumque teneri volumus, niſi forſan ſumma deponenda reſpectu perſonæ condemnata ſit adeò magna, vt inſpecta quantitate, & qualitate facultatum illius non ſine maximo diſpendio in breui temporis ſpacio prouideri poſsit. Quo caſu habita fide ſuper hoc à Gubernatore, ſeu Vicelegato illius Prouinciæ, quòd conſideratis præfatis condemnatus integre deponere non valeat, uolumus ad medietatis, ſeu alterius minoris ſummæ, prout reorum facultates poſſe ferre per d. Gubernatores, ſeu Vicelegatos iudicabitur, depoſitionem omnino teneri, dummodo hoc caſu præſtent cautionem in forma depoſiti de ſoluēdo reſiduum pœna, in qua condemnati fuerint infra annum, niſi abſolutionem legitimè obtinuerint, & de prædicta abſolutione docuerint: Dummodo per nos, vel ſignaturam noſtram aliud ſuper dicto depoſito, citato tamen ſemper Fiſco ordinatum, ſeu decretum non fuerit. Et ſi pęna ſit capitalis, pecunia non æſtimabilis, niſi prius ipſo condemnato in carceribus conſtituto, ac etiam facto depoſito præfato talium appellationum, prouocationum, & nullitatum commiſsiones ſignari, aut aliàs iuriſdictione ordinaria per Iudices ſupranominatos, ſeu alios, inhibitiones, monitoria, aut citationes extra Curiam decerni, & expediri, vel per eorum Notarios ſcribi, & relaxari non poſsint, niſi prius antequam illarum ſingulæ ſignentur, aut reſpectiuè decernantur, & expediantur cum competenti tęrmino ad dicendum cauſam quare ſignari, aut expediri non debeant, vt moris eſt, Procurator Fiſcalis, & Theſaurarius, vel procurator in Curia Romana exiſtens Theſaurarij illius prouinciæ, ex qua fuit condemnatio facta coniunctim citati fuerint, & ſi ſignandæ veniant, non niſi hic in Curia, vel in Curia generali, & loco reſidentiæ Præſidis illius Prouinciæ, ex qua cauſa ipſa eſt, cōmitti poſsit. Et ſi ob inaduertentiam, ſeu aliàs aliquas commiſsiones ſeu inhibitiones, aut monitoria, & citationes ſuper pręmiſsis, aut aliquo præmiſſorum expediri contingat, Iudices, quibus illa præſentabuntur reſpectiuè illorum vigore ad inhibitionis decretum, aut ad aliquem alium actū ſub ſimili indignationis noſtræ, ac ex-



ac excommunicationis pęna non audeant, neque poſsint procedere, niſi prius, & ante omnia ſibi apud acta legitimè conſtito, quod depoſitum fuerit, vt præfertur, factum, quodque in expeditione commiſsionis, inhibitionem, monitorij, & citationum extra Curiam, citationes prædictæ interuenerint, & rei ipſi ſe in carceribus conſtituerint.

Et inſuper quoniam eò hominum proteruitas deuenit, vt hi qui homicidium, vel maleficium aliquod committere deliberarunt, prius quærant eos, quos pro hoſtibus habent treguæ, vel pacis prætextu aſſecurando decipere, quò facilior poſtea delicti perpetratio reddatur, expeditque propterea, vt quos Dei timor non retinet, pœnarum vigor deterrendo coerceat, populorum quieti conſulere, & flagitioſos ſicariorum ac ſcandaloſorum auſus reprimere, necnon cauillationibus, quas ad ſolutiones pęnarum effugiendas hominum malitia in dies excogitat, ſubuenire volentes, quòd pœnæ conuentionales pacis, & treguæ ruptæ, & fideiuſsiones de non offendendo ſtipulentur in futurum per Notarios in fauorem Cameræ Apoſtolicæ, non communitatum, vel alterius, & ſi aliter factæ fuerint, in ipſius Cameræ fauorem ſtipulatæ cenſeantur. Quodque in cauſis treguarum, paci ſuę fractarum ipſi fractores, uel eorum fideiuſſores allegare non poſſint, quod offenſa ex noua cauſa proceſsit, nec allegata cuiquam ſuffragetur.

Et quia in ca tionibus de non offendendo partes intendūt, ut ſibi eo, quo melius fieri poteſt, modo cautum ſit, ne offendantur impunè, & ideo promittunt non ſolum pro ſe ipſis, ſed etiam pro alijs eorum coniunctis, quòd nō offendent, neque offendi faciēt, ſed aliquando Notariorum imperitia ſenſum, & intentionem partium peruertente, contingit eos ſcribere, quòd partes promittūt non offendere per ſe, & alios, vbi ſcriptum oportuiſſet pro ſe, & alijs, differentiam videlicet inter has voces, per, et, pro, neſcientes, vel confundentes, ac propterea præbentes anſam cauilloſis, & delinquentibus prætendendi, quòd facta offenſione per vnum ex comprehenſis in fideiuſsione non ſit commiſſa ſtipulatio pęnę, niſi conſtet quòd ille, qui offendit de mandato principalis offenderit, vnde etiam infinita ſcandala eueniunt, illaque remanēt impunita: Idcirco, quòd ſi quis Notarius errorem huiuſmodi cōmiſerit, mille ducatorum auri Cam. Apoſtolicæ applicandorum pęna plectatur. Et nihilominus, ſiue ex dictione, per, ſiue ex dictione, pro, ſtipulatio concepta, & offenſa ſequuta fuerit, principales promittentes ad pœnam conuentionalem perinde teneantur, ac ſi ipſis mandantibus offenſio emanaſſet, & de eorum mandato legitimè cōſtaret, ijdemque Notarij ſub ſimili pœna in inſtrumentis

mentis fideiuſsionem de non offendendo apponant clauſulam, Quòd data contrauentione alicuius comprehenſi in ſtipulatione, ſi contingat talem contrauenientem verè, & realiter confiteri, vel fictè propter contumaciam in non comparendo, pœna cōuentionalis committatur, & exigi poſsit à fideiuſſoribus nulla excuſatione, uel exceptione pœnitus admiſſa: Immo habeantur crimen, & contrauentio, ac ſi per teſtes, vel aliàs legitimè probatum, vel probata fuiſſent. Et ſi clauſula huiuſmodi in ſtipulatione ommiſſa fuerit, illa nihilominus pro appoſita, & contrauentio pro legitimè approbata habeantur. Et ſimiliter ſi per principalē, vel alium in fideiuſsione comprehenſum ſtipulationi contrauentum, & offendens, ſeu contraueniens contumax, isque in meram contumaciam condemnatus fuerit, fideiuſſor ſtatim ad ſoluendum pœnam conuentionalem cogatur, nec poſsit audiri, ſuum principalem offendiſſe ex cauſa neceſſariæ defenſionis allegādo, & deducendo, ne uidelicet delinquentes indirectè per procuratorem, & interpoſitam perſonam audiantur, & quod dictum eſt in exemplo exceptionis huiuſmodi, id etiam ad omnia alia extēdatur. Et ſi talis clauſula fuerit in prædictis ſtipulationibus ommiſſa, nihilominus ſimiliter appoſita intelligatur, quod & ad legitimam per parentes ſoluendam extendimus, ut illam ſoluere teneantur, etiam ſi eorum filij in meram contumaciam de aliquo delicto condemnati, aut banniti fuerint, non obſtante quocunque ſtatuto, aut forſan conſuetudine in contrarium exiſtēte, quibus omnibus nos per præſentes in ampliori forma derogatum eſſe cenſemus, & decernimus.

*Caput in materiam executionis ſententiarū contumacialium.*

*Banniti in contumaciā non niſi infra ſex Mēſes ad ſuas defenſiones faciēdas admitti poſſunt, quòd à Pio V. extenſū eſt ad annū.*

Præterea, quoniam ſæpe contingit, ut qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint perdurāt ad multos annos in contumacia expectantes occaſionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impoſsibilis reddatur, & tunc quærūt cōtumaciam ſibi remitti, & ſuper defenſionibus audiri, cum criminis probandi facultas eſt fiſco ſublata, cauſam plerumque vel coram Iudicibus in ipſos propenſis, uel in locis, vbi iura Fiſci deduci non poſſunt introducentes, ſtatuimus, quòd Rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti nō poſſint, niſi infra ſex menſes, quoad faciēda, videlicet à die condemnationis, quo verò ad iam factas condemnationes à die publicationis præſentium computandos, nec alibi, quàm in loco, ubi condemnatio ſequuta eſt, vel in Curia generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit commiſſum. Et ſi ſecus fieri contingat, quæcunque abſolutiones deſuper obtinendæ, etiam ſi vigore commiſsionis ſignaturæ noſtræ nullius ſint roboris, uel momenti, ſed ad ipſarū





demnationum iam factarum executionem deueniri poſsit, & debeat. Quo termino ſex menſium elapſo ſententiæ in contumaciā latæ crimen notorium efficiant, & tanquàm in rem iudicatam tranſiuerint, realiter, & perſonaliter executioni demandentur. Nec homicidis proſit minor ætas viginti annorum, dum tamen maiores quatuordecim annorum extiterint. Quòd ſi banniti huiuſmodi in contumaciam condemnati veniant poſtmodum abſoluendi, Iudices ſub pœna mille ſcutorum, & infamiæ perpetuæ illos gratis, & ſine vlla ſportularum, ſolutione abſoluere debeant.

In cauſis Clericorum criminalibus merè eccleſiaſticis, ordinarij eccleſiaſtici priuatiuè ad ſeculares iudices cognoſcant, ſed in alijs mixtis ſit locus præuentioni inter ordinarium, & Iudicē ſecularem, dataque præuentione ex parte ordinarij eccleſiaſtici, non niſi contra clericos tantum procedere poſsit. Et ſi prætenderetur ratione connexitatis adiuncti, vel aliàs quomodocunque laicum eius forum ſortiri debere. Iudex tamen ſecularis ita præueniens quauis inhibitione ſibi facta non obſtante abſque cenſurarum, vel ſimilium pœnarum incurſu procedere poſsit.

Nec non quibuſcunque appellationibus, prouocationibus, nullitatum dictionibus, commiſsionibus, inhibitionibus, & alijs decretis contra formam ſuperius traditam per quoſcunque etiam Iudices præfatos pro tempore quolibet emanatis, & factis non attentis liberè, & licitè per Iudices, à quibus ad ſuarum condemnationum totalem executionem aliàs tamen legitimè ſub ſimilis indignationis, & excommunicationis pęna procedi poſſe, & omnino debere, aut procedant præcipimus, & mandamus.

Et inſuper tam Iudicibus præfatis, quàm Notarijs ſub eadem excommunicationis, ac indignationis noſtræ, priuationisq; officiorum pœna ne contra præmiſſa, aut quicquam pręmiſſorum facere, & attentare præſumāt, diſtrictius inhibemus. Sicque & non aliter in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunque &c. Sublata &c. iudicari, & interpretari in quauis cauſa, & inſtantia debere, irritum quoque &c. decernimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutisque, & conſuetudinibus ſingularum Prouinciarum prædictarum, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum eorundem, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, Vniuerſitatibus, Cōmunitatibus, & hominibus Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum, ac etiam ſingulis prænominatis, & alijs quibuſcumque Iudicibus &c. per nos, & prædeceſſores no

ſtros conceſsis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus &c. illorum tenores &c. hac vice latiſsimè derogamus, cæteriſq; in contrarium facientibus quibuſcumque cum clauſulis opportunis, & conſuetis. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum Cal. Iunij anno ſexto. publicat. die 26. Maij. 1565.

MOTVS proprius Pij Papæ V. per quem præcedens Motus proprius Pij IIII. moderatur.

PIVS PAPA V.

MOTV proprio &c. Cum ob innumeras Rom. Pont. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet ſtatus ignorantiam contingat ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præiudicium redundare noſcuntur, minimè reprehendendum eſſe videtur, ſi tamen præiudicio cognitio literas huiuſmodi, etiamſi per eius prædeceſſorem emanauerint tanquàm per inaduertentiam æditas reuocat, & limitat, aliaſque deſuper diſponit, prout rerum, & temporum qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire: Dudum ſiquidem Fel. Rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter cupiens criminibus, & exceſsibus, qui in dies oriebantur prouidere, per quaſdam ſuas in formam Motus proprij editas literas inter alia ſtatuit quòd in cauſis treguarum, & pacis fractarum ipſi fractores, vel eorum fideiuſſores allegare non poſſent, quòd offenſa ex noua cauſa præceſsiſſet, nec allegata cuiquam ſuffragaretur. Et etiam quòd in cauſis mixtis inter Iudicem Eccleſiaſticum, & laicum locus ſit prę uentioni, ita tamen, quòd Iudex Eccleſiaſticus in caſu præuentionis non poſsit procedere contra laicum, ſed illum debeat remittere ad Iudicem laicum, & aliàs prout in eiſdem literis pleniùs continetur.

Nos conſiderantes à ratione, & iuris debito alienum eſſe eos, qui criminis innoxij fuerint, eorumque fideiuſſores, ſi treguæ, pax, ſeu fideiuſsiones de non offendendo poſtea ex noua emergente occaſione fractæ fuerint, earum occaſione grauari debere, cum præcipue pace, treguæ, ſeu fideiuſsiones huiuſmodi de non offendendo non ad offenſionem ex futuris cauſis, ſed ex præteritis tantum oriantur, literas præfatas quoad pręmiſſa reuocantes, caſſantes, & moderantes, effectumque ſuum ſortiri in præmiſsis non poſſe decernentes: Motu ſimili &c. nouam cauſam in pacis, treguarum, ſeu fideiuſsionum huiuſmodi fractione principales tantum, videlicet qui fuerunt in cauſa pacis, treguarum, ſeu fideiuſ-



ſionũ de non offendendo huiuſmodi factarum, ſeu faciendarũ, præſtitarũ, ſeu præſtãdarũ ſi ipſi aliquo modo, ſeu aliquis eorũ in dictis fractionibus interuenerint, ſeu interuenerit, videlicet ſi aliquis ex dictis principalibus aliquem ex cõprehenſis in pace, treugua, ſeu fideiuſsione de non offendendo offenderit, uel ipſe ab aliquo ex ipſis comprehenſis offendatur non excuſare. Si vero ſupradicti principales, ſeu aliquis eorum in fractione pacis, treguæ, ſeu fideiuſsionis huiuſmodi, vt ſupra non interuenerint, ſeu interuenerit ipſos eorumque conſanguineos, & fideiuſſores, cæteroſque in pace, tregua, ſeu fideiuſsione de non offendendo comprehenſos, & quemlibet eorum nouam cauſam huiuſmodi allegare poſſe, & ea probata excuſari debere, & quoquomodo grauari, perturbari, aut inquietari non poſſe, neque debere, idque tam in cauſis motis, & indeciſis pendentibus, quàm etiam finitis, & in quibus etiam pronunciatum fuit (dummodo ſententiæ deſuper latæ totaliter non ſint executioni demandatæ) locum ſibi vendicare poſſe, & debere declaramus.

*Tẽpus ſex Menſium bannitis ſupra à Pio IIII. ad ſe ſe expurgãdum cõceſſum ad annum prorogatur.*

Cumque etiam ſæpe contingat partes ipſas contra quas in contumaciam procedi conſueuit, uel ita negociorum mole grauari, uel ita longè abeſſe, vt ipſorum contumaciam ſex menſium ſpacio huiuſmodi expurgare minime queant, terminum ſex menſium ad annum prorogamus, & contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere, ac quaſcumque aliter quàm, vt præmittitur ferendas ſententias nullas, inanes, nulliuſque roboris, & momenti fore, & eſſe, prout nos eas ex nunc tanquam contra iuris debitum, & de facto latas annullamus, caſſamus, & irritamus.

Quò verò ad præuentionem inter iudicem eccleſiaſticum, & laicum, declaramus illam habere locum in terminis, & ſtatu prout ante dictum Motum proprium erat, ac ipſum ad terminos iuris in hoc reducimus, & volumus, vt in præuentionibus procedatur iuxta formam iuris, & ſacrorum Decretorum, Concilij Tridentini, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices, &c. etiam S.R.E. Cardinales, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus pro potiori præmiſſorũ validitate omnibus & ſingulis iudicibus tã ordinarijs, quàm delegatis, & ſubdelegatis, delegatis, ac eorum locatenentibus, & Notarijs ſub excommunicationis maioris, ac indignationis noſtræ, officiorumque ſuorum priuationis pœnis, nè cõtra præmiſ-

ſa, aut illorum aliqua facere, & attentare præſumant diſtrictus inhibemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumcunque Ciuitatum, Prouinciarum, & locorum etiam iuramento, &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, Vniuerſitatibus, Communitatibus, & hominib. Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum quomodolibet conceſſis, &c. Quibus omnibus, &c. etiamſi de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latiſsime derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis.
Publicatam die XX. Iunij 1566.

DECLARATIO Pij Papæ V. Quomodo rei in contumaciã condemnati, & infra annum capti admittendi, vel non admittendi ſint ad faciendum eorum defenſiones. Et de executione ſententiæ contra eos captos ſi legitima ad inquirendum indicia præceſſerunt.

PIVS PAPA V.

MOTV proprio, &c. Dudum poſtquàm Fel. Rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter cupiens ſubterfugijs delinquẽtiũ obuiare per quaſdam ſuas in forma Motus proprij editas literas, ſub datę Romæ apud S. Petrum 12. Kal. Iunij. Anno ſexto inter alia ſtatuiſſet, ꝙ rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſsint, niſi intra ſex mẽſes quoad faciendas videlicet à die condemnationis, quò vero ad iam fœtus condemnationes die publicationis earundem literarum computandos, per aliàs noſtras etiam in forma Motus proprij emanatas literas, Die 20. Menſis Iunij Pontificatus noſtri Anno Primo publicatas, terminum ſex menſium huiuſmodi ad annũ prorogauimus, ac contumacibus huiuſmodi defenſiones nõ niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere decernimus. Cumque ſicut accepimus à nonnullis ordinationem, & diſpoſitionẽ huiuſmodi, noſtramque & dicti prædeceſſoris in illis ædẽdis intentionem varijs, calumnijs eludere, & ſuper earum ſiniſtris interpretationibus agentes pro Fiſco, & Camera Apoſtolica fatigare, & cauſas in longum protrahere, & illas intricare, ſententiarumq; executionem euitare ſatagentibus, ſæpe in dubium verti contingat, licèt ex verborum proprietates res clara ſit, An ſcilicet tam ſponte comparentes, de quibus loquitur Motus proprius præfati prædeceſſoris, quàm etiam capti intra dictum tempus, indiſtin

*Declaratio, quod præcedens Motus proprius Pij IIII. loquitur de ſponte comparẽtibus.*



ctè admitti debeant ad faciendum ſuas defenſiones, maxime ſtãtibus in eodem noſtro Motu proprio appoſitis ſupra relatis verbis, videlicet, Ac contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere, quæ indefinite prolata ſunt, & videntur poſſe comprehendere tam ſponte comparẽtes, quàm captos. Nihilominus conſiderantes, quod verba ipſa nihil aliud diſponunt, quam prorogationem termini ijs, quibus ex forma motus prædicti prædeceſſores denegari non poterat.

*Banniti in pœnam capitis, & vltimi ſupplicij capti ẽt infra annũ ad nouas, vel aliàs defenſiones admitti nõ debent per Iudices ſine gratia ſpeciali Sumi Pont.*

Nos igitur ad tollendum omne dubium, & abſurdum euitandum, quod capti, & ſponte comparentes paris eſſent cõditionis, necnon calumnijs, & alijs inconuenientibus huiuſmodi, quantũ cum Deo poſſumus obuiare, omnemque diſputandi materiã tollere, & in his opportunè prouidere volentes, necnon ſingularum literarum prædictarum, ac inditiorum, inquiſitionũ, proceſſuũ, condemnationum, & ſententiarum deſuper formatarum, & latarum, ac formandarum, & promulgan. huiuſmodi aliorumq; forſan latiùs exprimendorum tenores, continentias, formas, & compendia, ac reorum delictorum, criminũ, & exceſſuum, ac pœnarum huiuſmodi, & Iudicum nomina, cognomina, gradus, & qualitates ac quantitates, & loca pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes, & decernentes, necnon ſingulas prænarratas literas cõfirmantes, & innouantes Motu ſimili, &c. Quod banniti, & in cõtumaciam condemnati in pœnam capitis, & vltimi ſupplicij, ſi capti ad manus Curiæ deuenerint ꝑ Iudices ad nouas, ſiue aliàs defenſiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, niſi habita à nobis, vel ſignatura noſtra deſuper gratia ſpeciali, nec literæ ipſæ, quæ in eorum odium editæ ſunt eis in aliquo ſuffragentur, aut illis ſe iuuare, ſeu defendere poſsint. Quinimmo quod Iudices præfati ſententias ipſas condemnatorias tam in Vrbe, quàm extra eam latas, & ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus indicijs ad inquirendũ promulgatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter ſuis loco & tempore congruis reſpectiuè totaliter, & integre contra ſic captos demandent, & demandari faciant, hac noſtra perpetuò valitura declaratione, declaramus, & decernimus, & quatenus opus ſit de nouo ſtatuimus, & ordinamus, & ita mentis, & intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe atteſtamur.

*Contra bannitos captos etiam infra annũ ſentẽtia exequẽda eſt negatis per Iudices defenſionibus ſi legitima ad inquirẽdum indicia præſſerunt.*

Præterea Almæ Vrbis noſtræ Generali Gubernatori, cæteriſque Iudicibus, ordinarijs, vel delegatis in Rom. Curia, vel extra eam reſidentibus quibuſcunque in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna committimus, & mandamus diſtrictè præcipiendo per præſentes quatenus huiuſmodi noſtram decla-

declarationem,ſeu nouam conſtitutionem, & ordinationẽ, nec non ipſas præſentes,& in eis contenta omnia,& ſingula in cauſis criminalibus,ſeu mixtis,ac alijs Fiſcum, & Cameram Apoſtolicam, illiusque intereſſe quomodolibet concernen. nunc, & pro tempore pendentibus quibuſcunque etiam ſi forſan aliqui capti nunc in carceribus detineantur,perpetuò inuiolabiliter obſeruari mandent,& faciant,& illi obſeruent,& ita & non aliter in præmiſsis omnibus,& ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios,&c.etiam S.R.E.Cardinales, ac Palatij Apoſto. cauſarum Auditores, ſublata &c.iudicari, interpretari, & diffiniri debere irritum quoque &c.decernimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſuis conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutisque, ac conſuetudinibus Prouinciarum, Ciuitatũ,Oppidorũ, & locorum quorumcunq; etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegijs quoque, indultis,ex literis Apoſtolicis,Vniuerſitatibus, Communitatib. & hominibus Prouinciarum, Ciuitatum,& locorum prædictorũ, ac etiam ſingulis ꝑnominatis,& alijs quibuſcunq. Iudicibus,&c. per nos,& prædeceſſores noſtros conceſsis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus,&c.illorum tenores,&c.hac vice latiſsimè derogamus,ac ſtylo Palatij, cęterisq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Volumus autem,quòd præſentis Motus proprij etiam abſque data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio,& extra,regula contra non obſtante,eiusque tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ, ſeu literæ deſuper breue noſtrum expediri poſſint, etſi videbitur,cum omnium, & ſingulorum prænarratorum, & expreſſorum,aliorumq; neceſſariorum ſpecificatione,& inſertione, & cum alijs clauſulis opportunis, & conſuetis.

Finis Bullarum, & Tractatus.

UNIVERSITARIA DE GRANADA